ATHENAE LUBECENSES SIUE DE ATHENAEI LUBECENSIS...

Johann Heinrich : von Seelen

Digitized by Google

6
7–D
22

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 I
6

K 3 5

M

~~6-7-D-21~~
6-7-D-22

Digitized by Google

ATHENARVM LVBECENSIVM

PARS III

CVIVS

SECTIO I

IVRISCONSVLTOS;

SECTIO II

MEDICOS;

SECTIO III

PHILOLOGOS

ET

PHILOSOPHOS

EXHIBET.

INSERTVM EST SECT. II. PAG. CCLXVII SQQ.

NOTARVM INEDITARVM IAC. HOLSTII

IN CELSVM, MEDICVM,

SPECIMEN

ACCESSIT

CONSVLTATIO DE NOVA

HELMOLDI ET CONTINVATORVM

EDITIONE ADORNANDA.

AVCTORE

IO. HENR. VON SEELEN

RECT. LVBEC.

LVBECAE

APVD PETRVM BOECKMANNVM

A. MDCCXXI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.
IO. HENR. VON SEELEN.

ACcipe Athenarum Lubecenſium Partem tertiam, cuius potiora contenta ipſa docet inſcriptio. Produxi primum ICtos. Licet enim in Parte prima aeque ac ſecunda multi viri iuris conſultisſimi iam laudati, reſtabant tamen, qui in Parte tertia ſingularem poſſent Sectionem conſtituere. Hos inter nonnulli ſunt ad Partis ſecundae Sectionem primam referendi. Medici Lubecenſes fuerunt, & ſunt, plures, quam hic recenſentur: ſed, pro inſtituti ratione, nemini in his Athenis locum dare potui, de quo non certo conſtaret, quod fuerit olim Athenaei noſtri alumnus. Daniel Georgius Morhofius potuiſſet inter ICtos; Ioachimus Iungius autem inter Medicos locum obtinere. Quia vero illius nomen ex Philologia: huius ex Philoſophia clarius eſt, vtrumque Sectioni tertiae malui inferre. Haec tertia Sectio vti nonnulla habet ad Hiſtoriam Athenaei ſpectantia, ita ex eadem integra poterit in poſterum ſuppleri. Primum autem locum in Parte IV *Hi-*

ſtoria

ſtoria Athenaei occupabit. *Supplementa* ad omnes Partes antecedentes ſequentur. In his non ſolum plura commemorabuntur de multis, quorum mentio iam iniecta, verum ii etiam, qui Athenis Lubecenſibus nondum adſcripti, ad eas tamen pertinent, iisdem inſerentur. Si qui ergo ſunt, qui vberiora de ſe, aut de ſuis dici cupiunt, quam adhuc dicta, poterunt ea mecum communicare, vt in Supplementis commodum locum inueniant. Illis, qui nonnihil ſuppeditarunt, quod mihi fuit vſui, gratias nunc debitas ago: ſicuti iis, quorum humanitas me iubet in poſterum nonnulla ſperare, easdem polliceor. Quae partim inedita, partim rariora paſſim legenda dedi, non omnibus forſan diſplicebunt; quemadmodum grati erunt fortasſis etiam *Indices*, quos adiicere animus eſt. Tu, Lector optime, pro aequitate ac prudentia Tua, neque mihi voluptatem, quam ex iucundo hoc (forte etiam non omnino inutili) *παρέργῳ* cepi, neque Parti huic beneuolentiam, qua antecedentes ornaſti, inuidebis. Pro *natura* pag. 87. l. 28 leges *natiuitate*: reliquis etiam operarum erroribus veniam benigne largieris. Vale.

ATHE-

ATHENARVM LVBECENSIVM PARTIS III

SECTIO I

EXHIBENS

IVRISCONSVLTOS.

ANDREAS AMSELIVS.

PErtinet ad celebres Kirchmanni diſcipulos, quod docet Progr. Inaug. Roſtoch. 1652 euulgatum, in quo pag. 7 iſthaec leguntur: „Virtute & eruditione non vulgari „praeditus noſter Candidatus, Dn. *Andreas Am-* „*ſelius*, Roſtochienſis, non in turpi otio delite- „ſcere, ſed literis ſe mancipare, easque ſtudio- „ſe excolere voluit. Proinde cum in Schola pri- „mum triuiali patria linguarum cognitionem „hauſiſſet, poſt autem annum aetatis decimum

Digitized by Google

„ſextum agens ad vberiorem ſtudiorum progreſ-
„ſum ſub celebri illo Philologo, Dn. M. *Iohanne*
„*Kirchmanno*, inſequenti anno defuncto, facien-
„dum Lubecam a parentibus ire iuſſus eſſet, tan-
„dem, eorundem conſenſu impetrato, poſt tri-
„ennii decurſum ad Electoralem Academiam,
„quae in Boruſſia Regiomonti eſt, ſe contulit,
„vbi, quamdiu commoratus, ſtudio Philoſophi-
„co ſtrenue operam dedit." Iurisprudentiae deinceps in Academia patria auſpiciis *Georgii Lubbechii*, *Ioach. Schnobelii* & *Nicolai Schützen* ſedulam operam & audiendo & diſputando nauavit. Dignus poſtea fuit iudicatus, qui, cum patriae Academiae per XIX annos fuiſſet a Secretis, primum Inſtitutionum, mox Pandectarum Profeſſor & Conſiſtorii Ducalis Conſiliarius conſtitueretur. Obiit Iudicii ſanctioris Director an. 1685. d. 27 Maii. aet. 60. Vid. Witte Diar. Biograph. ad h. a. Lexic. Erud. Germanic. p. 115. In Programmate, quod in honorem relictae ab ipſo Viduae, *Margaretae Schmids*, an. 1713 D. Io. Nic. Quiſtorpius euulgauit, *vir eruditione ac doctrina domi ſimul ac foras celebratiſſimus, ac de ſingulis ſuis officiis optime meritus* apellatur. Ioannes autem Feſtingius in Progr. de Arduo Rectoris Academici Munere, Roſtoch. 1690, eum vocat *virum practica prudentia conſiliorumque plenitudine ac experientia clariſſimum.* Scripſit

Diſputationem Politicam de Legibus. Vid. Progr. Inaug.

Diſputationem Iuridicam de Iniuriis & Famoſis Libellis, Roſtoch. 1647. 4. Praeſ. *Nicol. Schützen.*

Diſpu-

Diſputationem Inauguralem de Poſſeſſione. Ibid. 1652. 4. Praeſ. Eod.

De Collectis. Vid. Witte l. c.

ANDREAS BILDERBECK.

Editus in lucem eſt Lubecae an. 1643. d. 23 Octobris. *Tirocinia,* inquiunt celeberr. Auctores Nou. Lit. Mar. Balth. 1701. p. 124, *poſuit Lubecae ſub praeceptoribus IVSTO TRIBBECHOVIO atque BANGERTO.* Praeter hos *Io. Frid. Arcularium* & *Herm. Grube* etiam habuit doctores. Proſecutus litterarum ſtudia Ienae ac Lugduni Batauorum, variaque per Belgium, Galliam & Germaniam itinera emenſus, Heidelbergae an. 1672 pro Licentia diſputauit. Obiit an. 1701 d. 14 Mart. Honorificum eſt teſtimonium, quod de eius ingenti, qua flagrauit erga litteras, cupiditate offenditur l. c. p. 125: *Aeuum ille in litteris exegit, auide, imo calide nullas non in ipſo vitae flore ſtudiorum partes ſectans, vt inter libros aſſiduus, accubuus vere dici poſſit deceſſiſſe, ab vniuerſis aliis deliciis longe remotus.* Ex Inaugurali Diſſertatione natae ſunt

Iuris Lubecenſis Patrii a communi Romano-Germanico Iure Differentiae, noua eaque luculenta ſerie digeſtae. 1672. 4.

FRIDERICVS LVDOLPHVS BRAVER.

Etſi natus ſit Spirae Nemetum, in noſtra tamen ciuitate eſt educatus. Patrem nactus eſt BERNHARDVM DIETERICVM

BRAVERVM ab HACHENBVRG, magnificum quondam & illuſtre Lubecae decus, de quo non poſſum non aliqua hic commemorare. Excellentisſimus fuit ICtus, cuius rei luculentum dedit ſpecimen, cum d. 1. Iun. an. 1655 Heidelbergae pro ſummis in Iurisprudentia honoribus conſequendis *Poſitiones ex vniuerſo Iure*, praeſente Serenisſimo Electore Palatino CAROLO LVDOVICO, defenderet. Principi enim ita ſe probauit, vt eum ſtatim iudicauerit dignum, qui ſplendidam Conſiliarii ſui ſpartam ornaret. Anno 1667 vocatus eſt Syndicus Lindauienſis ac Lubecenſis: noſtram tamen elegit ciuitatem, cui operam ſuam dicaret, ſimulque munus Syndici Ciuitatum Hanſeaticarum in ſe ſuſcepit. Non multo poſt tempore Rev. Capituli Lubecenſis Praepoſitus & an. 1669 d. 11. Sept. Conſul Reipublicae noſtrae fuit declaratus. Anno 1678 illuſtre Aſſeſſoris in Caeſareo Iudicio Camerali munus ei fuit oblatum, ſed cum ſedem, quam Lubecae fixerat, inuitus mutaret, hunc honorem modeſte declinauit, manſitque in noſtra ciuitate vsque ad finem vitae, quam an. 1686. d. 19 Ian. amiſit. Hunc vti noſter coluit patrem, ita veneratus eſt matrem SOPHIAM MARGARETAM, FRIDERICI BRANDES, Patricii Hildeſienſis, Haereditarii in Veckenſtedt & Camerae Imperialis Aſſeſſoris filiam, cuius Matronae laudes B. Suantenius an. 1699, quo obiit, ſingulari Programmate funebri enarrauit. Litterarum fundamenta iecit in noſtro Athenaeo, atque, teſte Albo, præter alios, *Hinckel-*

mannum

Digitized by Google

mannum fideliſſimum expertus eſt praeceptorem. Aptus ad ſtudia Academica rite tractanda an. 1681 abiit Roſtochium, vbi in primis *Lemkenio*, hoſpiti ſuo, adhaeſit. Anno ſubſequenti Giſſam ſe contulit, atque non ſolum *Nitſchii* conuictu, ſed inſtitutione etiam valde eſt delectatus. Eadem ipſi fortuna per *Frommannum* Tubingae, quae biennii ſpatio ſuis eum annumerauit, & Argentorati, quod an. 1685 inuiſit, per *Rephanium* obtigit. Hinc Galliam intrauit, commoratusque per aliquot menſes Aureliae atque Lutetiae, ac Verſaliam, Fontem Bellaqueum, Fanum S. Clodoaldi, aliaque commemorabilia loca contemplatus, contulit ſe Andegauum, vbi triſtisſimum de Patris obitu nuntium ei fuit allatum, quod etiam reditum eius maturauit. Perluſtrauit tamen prius vtrumque Belgium, quam verno anni 1686 tempore Lubecae redderetur. Expeditis aliquo modo iis, quae ad haereditatem pertinebant, profectus eſt Spiram, eaque, quae in Iudicio Camerali agebantur, per nouem menſes attente obſeruauit. Inuiſit porro Helvetiam, quam relicturus V. I. Doctoris honores impetrauit, defenſa egregie *Inaugurali Diſputatione, poſitiones ex vniuerſo Iure* complexa.

IOANNES BROKES.

Numerat inter maiores ſuas BROKESIOS, Conſules de Republica noſtra meritiſſimos, & idcirco P. I. Athen. Lubec. pag. 125 ſqq. iure

meritoque a me laudatos. Grato agnoſcit animo inſtitutionem, qua in patrio Lyceo, cuius alumnis an. 1686 fuit adſcriptus, frui ipſi licuit ope fidelisſimorum doctorum *Marci Widae*, *Iac. Pagendarmii*, Cantoris, *Mich. Freudii* ac *Sixt. Chriſt. Lipenii*, Subrectorum, *Mart. Lipenii*, Conrectoris, & *Enoch. Suantenii*, Rectoris. Anno 1695 m. Aug. Gymnaſtica ſtudia permutauit cum Academicis, ea fruitus felicitate, vt illuſtrem ICtum, *Ioannem Kleinium*, Roſtochii & hoſpitem & praeceptorem nanſciceretur; auctorem quoque, vt ſummos in iurisprudentia capeſſeret honores, quos Noſter, dignus iis iudicatus, etiam accepiſſet, niſi iſto tempore illos nunquam ambire apud animum, quem tamen deinceps nonnullis de cauſis mutauit, conſtituiſſet. Roſtochio abibat an. 1698 Francofurtum ad Viadrum, vt inter auditores excellentisſimi *Cocceii*, Grotium ac Compendium Lauterbachianum interpretantis, iusque publicum ſuis etiam praeceptis illuſtrantis, nomen ſuum profiteretur. Elapſus erat annus, cum Halam peteret, a Cocceio commendatus ſummo *Strykio*, cuius vtriusque beneuolentiam valde praedicat. Abſoluto quinquennio Academico, duos annos itineribus per Belgium, Angliam, Galliam, Italiam & Germaniam factis impendit. Inter memorabilia peregrinationum ſuarum refert, quod Romae an. 1702 non ſolum ritum oſculandi pedes Pontificis attente obſeruarit, verum etiam Dominica Palmarum die ex ipſius Pontificis manu oleae ramum acceperit, quem hodieque curioſius asſeruat.

Digitized by Google

ſeruat. Kilonii an. 1708 ſummos in vtroque iure honores impetrauit, cum antea *Diſputationem Iuridicam Inauguralem Selectas ex Iure Naturae Controuerſias breuiter ſiſtentem* (quam ductu praelectionum Cocceianarum ad Grotium elaborauit), praeſide *Sim. Henr. Muſaeo* publico eruditorum examini, non ſine audientium plauſu, ſubmiſiſſet.

GEORGIVS CLÄDEN.

Quod locus ei in his Athenis ſit asſignandus, ex iis apparet, quae P. I. pag. 76 de eo iam commemoraui. Quamobrem hic vitae ipſius rationes ſunt ineundae. Protulit ipſum ciuitas Seehuſana, in Marchia Veteri Brandenburgica ſita, in cuius etiam ſchola iecit prima litterarum fundamenta, quibus in Lyceo Soltquellenſi, cuius alumnis anno 1680 adſcriptus, plura ſuperſtruxit. Anno 1684 Gymnaſio noſtro dedit nomen, in quo triennium laudabiliter abſoluit. Ipſe, cum Flensburgi eſſem, amicitiaqꝫ Clädenii fruerer, ſaepe eum audiui praedicantem ſummum fauorem, quo laudatisſimi viri *Abrahamus Hinckelmannus* & *Martinus Lipenius* illum dignum iudicarunt. Anno 1686 adiit Kilonium, vbi praeſtantisſimorum ICtorum *Schultzii*, *Martini*, *Reyhēri* ac *Muſaei* praelectiones magna attentione, nec minori fructu auſcultauit. Notarius publicus deinceps an. 1690 creatus tum aliis, tum praecipue Nobilibus Holſatis officia Actuarii & Notarii praeſtitit. Anno 1696 diuinis auſpiciis (nullum enim antea hominem ex

Digitized by Google

Flensburgenſibus nouerat) vocatus eſt ad ornandam Secretarii Flensburgenſis ſpartam, quod munus grauisſimum hodieque multa fide & induſtria adminiſtrat.

PETRVS BERNHARDVS CLASEN.

Patriam habuit noſtram Lubecenſem ciuitatem, quae eum an. 1675. d. 22. Iul. natum ſuis coepit annumerare. Veneratus eſt patrem, ICtum excellentisſimum, *Petrum Claſen*, primum a praecipuis Aulae ac Regiminis Conſiliis Serenisſimo quondam Saxoniae, Angriae ac Weſtfaliae Duci, deinde Electoris etiam Saxoniae Conſiliarium, an. 1711, aet. 78, Lubecae defunctum & publicis ſcriptis laudatum; matrem vero *Magdalenam Iudithham Sonnemanniam*, ornatisſimam Matronam. *Vt liberalibus*, inquit B. Suantenius in eius Memoria, *erudiretur diſciplinis egregia florentisſimi iuuenis indoles, ad publicum perrexit ludum literarium Lubecenſem, praeclaro atque asſiduo Magiſtrorum Moderatorumque ductu, eximia ſtudiorum emolumenta ſibi accumulans. Sed enim non diuturna haec fuit perceptae inſtitutionis probae oblectatio. Cum enim obſequioſus veluti comes neceſſum haberet commigrare, Raceburgum euocato ad Serenisſimum Ducem Lauenburgicum parente conſultisſimo, committebatur tunc Scholae oppidanae Rectori, Franciſco Dieterico Kohlio, vt vlteriores doctrinae profectus ſolerter compararet. Redux non ita multo poſt Lubecam (humanis valedicente in florentisſima aetate rebus*

rebus Sereniſſimo Duce Lauenburgico IVLIO FRANCISCO, & ſupremam ſtirpi maſculae an. 1689 *conſummationem funeſto obitu conciliante) ſit vlterius laudabiliter profecit in bonis ingenuisque artibus, vt perpolitus ſolidae candidatus literaturae ad Academias progredi valeret.* Conf. Nou. Lit. Mar. Balth. 1702. pag. 288, vbi legitur inter alia, quod *in Gymnaſio Lubecenſi ſtudiorum fundamenta poſuerit.* Ienam deinde an. 1693 perrexit, tum aliorum, tum praecipue illuſtris ICti, *Lynckeri*, factus auditor. Poſt biennium, & quod ſupereſt, Lubecam repetiit; ſed exacto ſesquianno rediit ad Salanas Athenas, quarum doctores longe lateque celeberrimi, *Treunerus*, *Schubartus*, *Slevogtius* & *Schröterus*, Philoſophiam, Hiſtoriam, Genealogiam, rem litterariam & iurisprudentiam ipſi aſſidue auſcultanti feliciter tradiderunt. Multa igitur ſcientia ornatus anno 1699 patriam reuiſit. Cum vero e re ſua eſſe admodum prudenter iudicaret, cognoſcere; quomodo in Camerali Iudicio Caeſareo cauſae agantur, Wetzlariam anno huius ſaeculi primo ſe contulit, ibidemque non ſine fructu fuit commoratus. Quo facto, per Haſſiam, Ducatumque Brunsuicenſem profectus eſt, atque Gieſſae, Marpurgi & Helmeſtadii ex colloquiis cum magni nominis viris, *Hertio*, *Zaunſchliffero*, *Eiſenbarto* inſtitutis vtilitatem haud exiguam percepit. Conſumto deinceps in patria exiguo temporis ſpatio, Academiam ſalutauit Gryphicam eo fine, vt ſummos in vtroque iure honores conſequeretur. Impetrauit etiam oſtenſa

in conſuetis examinibus iuris peritia non vulgari, habitaque an. 1702, *Petro Maſcovio* moderatore, *de Praeſcriptione Feudi Inaugurali Diſputatione*, cuius contenta extant in Nou.Lit.Mar.Balth. 1702. p 285 ſqq. Renunciatus itaque I. V. Doctor operam ſuam tractandis in foro noſtro cauſis addixit, vsque dum an. 1708 m. Febr. diem ſuum obiret. Conf. cit. Progr. Suanten.

ALEXANDER HIERONYMVS CLASEN.

Petri Bernhardi, modo laudati, frater, qui non minus ex Iurisprudentiae ſtudio inſigniter exculto nobilisſimus eſt, clarisſimusque. Nonnulla litterarum fundamenta iecit in Ephebeo noſtro Cathariniano, *Chriſtophori Chryſii* (cuius fidem ac induſtriam ſe nunquam ſatis praedicare poſſe, fatetur) ac *Marci Widae* opera vſus. Pater, iam honoris cauſa nominatus, *Petrus Claſen*, Conſiliarius ac ICtus doctus, ingenuus, &, quod in primis commendandum, vere pius (1), deinceps

(1) Vt dicta teſtimonio confirmem, iuuat ex Vita ipſius Germanica lingua ab Anonymo conſcripta, ſequentia ſiſtere: „Es fand ſich inſonderheit bey Ihm eine ſolche „Liebe und Begierde zur Gerechtigkeit, daſs Er von Eifer „recht brennete, dieſelbe zu befordern, oder befordert „zu wiſſen. Weshalben Er dann manchem armen Clien„ten, der eine gerechte Sache gehabt, mit ſeiner Feder „gratis adſiſtiret, davon ſo wohl hie in der Stadt, als auſs„werts, annoch Exempla gnug vorhanden. Mit geiſt„reichen Predigern zu converſiren war Ihm eine Freude, „welchen er auch gern alle Liebe zu erweiſen pflegte. In der

Digitized by Google

deinceps alias ſtudiorum rationes eum iuſſit inire. Addebantur vero non ſolum, quae hu- humanioribus deerant ſtudiis, verum ipſe etiam Pater rudimenta iuris, explicando Inſtitutiones, ipſum docebat, ſicuti Frater Philoſophiae pra- cticae elementis iuxta Treuneriana principia illum imbuebat. Optime igitur praeparatus *Academica auſpicabatur* ſtudia, quae tanta ab- ſoluit felicitate, vt exeunte anno 1702 in cele- berrima Ienenſi Academia, ſub praeſidio prae- clarisſimi nominis ICti, *Guil. Hieron. Brückneri*, pro Licentia maxima cum laude potuerit diſpu- tare. Primo functus eſt publico munere, dum an. 1704 vsque ad 1705 Serenisſimae Princip. Holſatiae, ELEONORAE CHARLOTTAE, Viduae, ortae ex illuſtrisſima domo Saxo-Leo- burgenſi, Frantzhagae fuit a Conſiliis. Bero- linum inde petiit, vbi non ſolum in Iudicio, quod ibi floret, Camerali cauſis in foro rite agendis ſe aſſuefecit, verum etiam haud paucis iuuenibus, illuſtri & nobili loco natis, viam ad Iurispru- dentiam vniuerſalem & poſitiuam monſtrauit. Redditus an. 1707 Lubecae, patriae ſuae, cauſa- rum

„der Schrifft, ſonderlich Neues Teſtaments, forſchete er „täglich, mit Zuziehung und Conferirung der Expoſi- „tionum Novi Teſtamenti Georgii Calixti und Conradi „Horneii. Die rechte Kern- und Krafft-Theologie aber „ſuchte er, nechſt der Bibel, in des ſehl. Johann Arends Bü- „chern vom Wahren Chriſtenthum, als welche er vor ein „unſchätzbares Kleinod unſerer Kirchen hielt. Anderer „geiſtreichen Bücher, die er zu gleichem Zweck gebrauch- „te, und dabey er offt mit eigner Hand viel erbauliches ge- „ſchrieben, nicht zu gedencken.

Digitized by Google

rum in foro ventilandarum patrocinium in ſe ſuſcepit. Menſe Novembri eiusdem anni a Rev. Capitulo Lubecenſi eligebatur Secretarius, quo munere optime geſto ſe ita probauit Venerabili huic Collegio, vt cum an. 1709 nobilisſimus conſultisſimusque D. *Niemannus*, Syndicus longe meritisſimus (de quo ſuo loco), itineri in exteras regiones faciendo ſe accingeret, illi etiam munia Syndici adminiſtranda deferrentur, quae dignitas deinceps a laudato Capitulo fuit confirmata. Comitis quoque Palatini Caeſarei charactere eſt inſignitus, quem anno 1719. d. 27 Nov. V. I. Doctoris honores, Ienae ipſi collati, exceperunt. Scripta, quae edidit, magna ex parte practica, ſunt:

Diſputatio Inauguralis de Auctoritate Iuris Canonici, Ien. 1702. 4.

Kurtze Acten-mäſſige Facti Species, in Sachen der Knochenbauer zu Lübeck, wegen der friſchen Fleiſch-Acciſe. 1713. fol.

In Facto & Iure wohlgegründete Cauſales, warumb das von E. Edl. Hochw. Rath, und der geſamten Ehrliebenden Bürgerſchafft der Kayſerl. und des H. Römiſ. Reichs Freyen Stadt Lübeck, vor einigen Iahren angerichtete Reige-Brauen, Bier- Probe- und Verkauff-Haus, auf bloſſes Andringen der Aembter und Handwercker daſelbſt, nicht wieder abzuſtellen, ſondern vielmehr zu conſerviren und beyzubehalten ſey, anietzo von der Brauer-Zunfft zu Lübeck allen redlich geſinneten Patrioten, und jedem Unpaſſionirten zur Cenſur und Dijudicatur übergeben, auch um beſſerer und bequemerer Nachricht für männiglichen zum Druck

Druck befordert. 1713. fol. Summaria, quae docent totius huius Tractatus contenta, apponam: I. Praemittitur Series Facti. II. Oſtenditur, denegationem loci ad vendendum Cereviſiam eſſe (1) contra ius naturae & gentium, num. 1. (2) ius ciuile Romanum, n. 2. (3) ordinationes & decreta Senatus anteriora, n. 3. (4) legem priuatam, ſeu conventionem Senatus & Braxatorum, num. 4. (5) vtilitatem publicam, num. 5, quod ibidem probatur per 4 rationes. (6) vtilitatem priuatam omnium & ſingulorum Ciuium, num. 6. (7) conſuetudinem & obſeruantiam vicinae Ciuitatis, vbi ſimile inſtitutum reperitur, n. 7. (8) vergere in totalem deſtructionem Collegii Braxatorum, quod tamen non minimam Ciuitatis & Ciuium partem conſtituit, num. 8. III. Recenſentur argumenta contraria hactenus ab Aduerſariis obmota, quae locum ad vendendum cereviſiam Braxatoribus non eſſe concedendum ſuadent. IV. Ad dicta argumenta ordine reſpondetur, eaq; probanda haud probare per reſponſionem ad ſingula fuſius deducitur.

An die Röm. Kayſerliche, auch zu Hiſpanien, Hungarn und Böheimb Königliche Majeſtät in Antwort auf der Schonen-Fahrer & Conſort. eingegebene Gegen-Remonſtration, aller-unterthänigſte Refutation-Schrifft, cum adjunctis ſub Lit. G, usque Aa. incluſive, abſeiten der Brauer-Zunfft, und der ſämtlichen Aempter in Lübeck, in puncto liberi commercii, oder der freyen Handlung über See und Sand. 1713. fol. Prae-

Praeter iſthaec elaborauit ſcriptum, hoc titulo edendum:

Introductio in Prudentiam forenſem, in qua, praemiſſo diſcurſu praeliminari, de theoria & praxi ingenere, ac ſepoſitis maxima ex parte illis, quae ad praecepta proceſſus ſpectant, regularum prudentiae forenſis primae lineae, maturiori meditationi anſam ſuppeditantes, exhibentur. Licuit mihi perluſtrare hunc Tractatum, quem, ſi quid ego iudico, ii etiam non ſine voluptate legent, quorum princeps ſtudium non eſt iurisprudentia. Multa hic ex humaniori doctrina, multa ex diſciplina morali & aliis ſcientiis, vero ICto ſcitu neceſſariis, depromta offenduntur. Dabo ex praeliminari Diſcurſu quaedam ſpecimina: „§. XIV. Vt ad faſtigium & ſummum quaſi „in iurisprudentia apicem, quo omnes eniti „debent, perveniamus, duo extrema vitanda eſſe, ex praemisſis theſibus ſuapte ſponte fluit. Quorum vnum eſt, ne poſthabitis „omnibus iuris fundamentis, cruda adhuc „ſtudia in forum protrudamus, & poſtea omnem vberiorem doctrinam ſeponamus: „alterum, ne inanibus & inutilibus quaeſtionibus ac iuris apicibus inſeneſcamus, ſed „mature ea diſcamus, quorum vſus in vita „ciuili & iudiciis eſt maximus, quorumque „ignorantia efficit, vt nos non ſolum riſui imperitorum rabularum, ſed & ſaepius clientes damno exponamus. §. XV. Prius euitatur, ſi, praeſuppoſita humaniorum literarum ſcientia neceſſaria, cum notitia legum „exactam

„exactam hiſtoriae iuris, & antiquitatum „Romanarum, ac in primis iurisprudentiae „vniverſalis ſcientiam, coniungimus. Inter- „dum enim textus iuris vel ex ſola purioris „linguae Latinae ignorantia, aut obſcuri eſſe „videntur, aut male explicantur, cuius rei „exemplum notabile obſeruaui in l. 26. ff. de „*damno infecto*, in qua explicanda mire ſe „torquent interpretes, & ipſe doctiſſimus „Gothofredus in not. ibidem, corrigendo le- „gem, violentas textui manus adhibet, ac de- „nique quaſi deſperabundus addit: viderint „alii oculatiores, mihi nunc ſane non melior „occurrit ad hunc locum interpretatio vel „emendatio; cum tamen hic nulla opus ſit „emendatione, ſed omnia plana ac perſpicua „ſint, modo phraſis illa: *damnum facere*, non „actiue, ſed paſſiue intelligatur, pro Scha- „den leiden/ prout apud probatae latinitatis au- „ctores occurrit, vt apud Plautum: Eſt vbi „profecto damnum praeſtat facere, quam lu- „crum: Es iſt zu zeiten beſſer Schaden leiden/ „als gewinnen; apud Curtium lib. 5. cap. 9. „vbi Nabarzanem, Darii belli ducem, ita lo- „quentem inducit: Sed Medici quoque gra- „viores morbos aſperis remediis curant, & „gubernator, vbi naufragium timet, iactura, „quicquid ſeruari poteſt, redimit. Ego ta- „men, non vt damnum quidem facias, ſuadeo, „ſed vt te, ac regnum tuum, ſalubri ratione „conſerues. Apud Cicer. VII Epiſt. ad Fam. „vlt: Declamationibus noſtris cares, damni

„nihil

Digitized by Google

„nihil facis. Vid. plura loca ap. Nizol. in „Theſaur. Ciceron. §. XVI. Quod ſtudium „morale attinet, omni iurisprudentiae parti„culari, ſiue priuatae, ſiue publicae, iungen„da eſt iurisprudentia vniverſalis, tanquam „fundamentum & ſupplementum illius, prout „ipſi Practici, Struvius ac Mevius, citati ap. „Kulpiſ. in Colleg. Grotian. p. m. 8 fateri ne„ceſſum habent. Neque ſcita ciuilia a na„turalibus ſecerni, neque quae a iuris ciuilis „interpretibus traduntur, absque iurispru„dentiae vniuerſalis adminiculis recte diiu„dicari poſſunt. Sic v. g. communis doctri„na eſt, quod conſuetudo, ob praeſumtam „Principis voluntatem, tollat legem anterio„rem, etiam expreſſam. Licet vero lubens „concedam, poſſe populum, etiam in ſtatu „monarchico, introducere conſuetudnem, „quae eſt *praeter* legem, attamen haud video, „quomodo populus poſſit actibus ſuis in„troducere conſuetudinem, quae eſt *contra* „legem, cum non poſſit quis prouocare ad vo„luntatem Principis praeſumtam, qui expreſ„ſam in lege promulgata habuit, vt proinde „iſti populi renitentis actus pro legis trans„greſſionibus magis, quam legitimae conſue„tudinis introductiuis, habendi ſint. In ſta„tu vero democratico aliter hac de re ſta„tuendum eſſe, haud ambigo. — — Ne„minem poſſe pro parte teſtatum & inteſta„tum decedere, eiusque rei naturalem eſſe „pugnam, ait l. 7. ff. de reg. iur., cum tamen „haec

Digitized by Google

„haec regula e ſolis Romanorum moribus „ſit petita, ac pugna teſtati & inteſtati ſaltem „ex ſuppoſita teſtamenti definitione Romana „oriatur, quod ſcil. hoc ſit diſpoſitio de bonis „*vniuerſis*, ita vt qui de bonis ſuis vniuerſis per „teſtamentum diſpoſuit, poſtea eadem bona „vniuerſa ab inteſtato haeredi ſuo proximo „relinquere nequeat. Vid. Ziegler. ad Grot. „lib. 2. cap. 12. in fin. Titius in Iure priv. VII. „4. 12. Beier. Ius Div. c. 22. p. 148. — — Per „bellicam occupationem mobiles res tum de„mum acquiri, quando intra caſtra deductae „ſunt, leges Romanae diſponunt. Naturali „vero iure ſtatim, & eo momento, quo oc„cupatae ſunt, acquiſitae cenſentur, prout „contra diſſentientes iuris naturalis interpre„tes recte tuetur Dn. Gribner in Princip. Iu„risprud. Nat. III. 10. 4. Reparationem damni „a ſeruo aut quadrupede dati poſſe nos a Do„mino poſtulare, ius ciuile permittit, ſingu„laribus eam in rem conſtitutis actionibus. „Eaſdem vero merum iuris Romani inuen„tum eſſe, ſtatuit Grot. I. B. & P. 2, 17. 21, cuius „ſententiam contra diſſentientes, Puſend. „Schilter. alioſque iuris ciuilis interpretes „bene defendit Dn. Wolff. in Inſt. Iurisprud. „nat. part. 2. ſect. 1. cap. 3. §. 8. Traditio„nem eſſe modum acquirendi dominii, in iu„re Romano docetur. Aſt traditionem actum „ſaltem eſſe in dominio transferendo interue„nientem, rem autem ipſam acceptione de„mum acquiri, Puſend. I. N. & G. IV. 9. 5

 ſcribit.

„ſcribit. Quae tamen philoſophia, ſi verum „fateri liceat, nimis ſubtilis & ſpeculatiua eſſe „videtur. Quomodo enim traditio absque „acceptatione fieri posſit, vix concipio. Certe „traditio eſt actus duorum. quo rem a me „in alium transfero. Quae a iuris ciuilis in„terpretibus tradi ſolent tres regulae de cul„parum in contractibus praeſtatione, iure ci„vili non aeque, ac naturali ratione niti ait „Gribner. IV. 3. 3. Quicquid ſit, in foro ſane, „non magnus harum regularum erit vſus, „poſtquam materia praeſtandae culpae ex ar„bitrio iudicis dependet, Dn. B. de Lynck. in „Anal. ad Struv. tit. de reb. cred. p. 157 in fin. „Hoc autem arbitrium, pro diuerſo ingenio „& moribus iudicantis, quam maxime va„riare, experientia docet quotidiana. Cul„pam enim, quam e. g. auarus pro lata habet, „voluptuoſus vix leuisſimam eſſe reputat. „Legem 2 Cod. de reſcind. vendit. ob laeſio„nem vltra dimidium, vt aequam & in iure „naturali fundatam, laudant iuris ciuilis DD. „Nullis vero eandem niti fundamentis natu„ralibus, docet Dn. Thomaſ. Diſſ. de Aequita„te cerebrina huius legis, quem merito ſequi„tur Dn. Gribner. I. 7. 6. Supponit enim di„cta lex laeſionem in pretio communi. Hoc „autem variat pro varia affectione & aeſti„matione venditoris, vel emtoris, cui, cum „inuitus vendere non teneatur, licet, tantum „rei ſuae pretium conſtituere, quantum vult. „Sane in praxi vſus huius legis fere rarior eſt.

„Nam

Digitized by Google

„Nam ob defectum fundamenti, & quia pre-
„tium commune quam maxime variat, diffi-
„cillimum eſt, laeſionem probare. Vid. quae
„ex Heigio refert Dn. Thomaſ. in Not. ad
„Pand. tit. de reſcind. vendit. Aequitatem
„in iuris applicatione obſeruandam eſſe, com-
„mendat Struvius, eamque definit: quod ſit re-
„cta conformatio iuris indefinite lati, ad caſus
„in lege non expreſſe deciſos. Sed hac ratio-
„ne fere cum interpretatione extenſiua con-
„funditur aequitas, quae magis commode de-
„ſcribi poteſt cum Dn. Treuero ad Pufend.
„de Off. hom. & civ. I. 17. 12, quod ſit officium
„hominis, quo ſecundum principia honeſti
„rigor iuris perfecti vel temperatur, vel ex-
„acerbatur. Idem Struuius, & cum eo mul-
„ti alii iuris Romani interpretes, plurimas
„fingunt interpretationis ſpecies, ſcil. decla-
„ratiuam, extenſiuam, reſtrictiuam, authen-
„ticam, eamq; aut expreſſam, aut tacitam,
„ſeu vſualem. Nos cum Schiltero in Manud.
„Philoſ. Moral. cap. 9. §. 47 duas ſaltem ge-
„nuinas interpretationis ſpecies agnoſcimus,
„extenſiuam ſcil. & reſtrictiuam, quarum
„fundamentum eſt ratio legis, quae eiusdem
„anima recte dicitur. Haec ſi plene & in to-
„tum in caſu aliquo ceſſet, reſtrictiua: ſin
„vero ſimilis adſit ratio, extenſiua interpre-
„tatio obtinet. At vbi eadem in pluribus
„caſibus eſt ratio, proprie non eſt extenſio, ſed
„per vnam illam deciduntur omnes, non ex-
„tenſiue, ſed comprehenſiue, vt genus ſuam

Digitized by Google

„comprehendit ſpeciem. Ziegler. ad Grot.
„lib. 2. cap. 16. §. 20. §. XVII. In ipſa iuris-
„prudentia poſitiua addiſcenda non tam eo
„laborandum eſt, vt caſus multos memoria
„complectamur, ſed potius, vt ex Compen-
„dio quodam (quorum tamen ad hunc vſum
„perpauca extant) eiusmodi vniuerſalia iu-
„ris principia probe & cum iudicio diſcamus,
„in quibus totius legalis ſcientiae quaſi ſemi-
„na quaedam latent, quaeque per totum iuris
„latifundium vſum praebent, ac ex qvorum
„accurata cognitione infinitorum caſuum
„particularium deciſio, in praxi iuris, deſu-
„menda eſt, prout illis, qui theoriam cum
„praxi coniunxerunt, haud ignotum eſt. Qui
„enim iſtiusmodi vniverſalia bene concoxit,
„eius iudicium, accedente vſu & exercita-
„tione forenſi, facile ad iſtam maturitatem,
„talemque habitum perduci poteſt, quo me-
„diante aptus ſit, caſus particulares (quorum
„deciſio in terminis, vt aiunt, terminantibus,
„propter infinitam negotiorum & circum-
„ſtantiarum varietatem, in libris reperiri haud
„poteſt) ex hiſce principiis vniuerſalibus re-
„cte intellectis, & dextre applicatis, proprio
„Marte decidere, qua in re potiſſima iuris-
„prudentiae forenſis pars conſiſtit. Vnde &
„iuris ſubtilitates, quae ipſa attingunt funda-
„menta, haud negligendas eſſe monet Dn.
„Berger in Elect. proc. poſſ. §. 2. p. m. 111. ad-
„ducto exemplo de controuerſia: an poſſeſ-
„ſio ſit ſpecies iuris in re, cuius verba quia no-
„ſtram

„ſtram theſin optime confirmant, non pigebit
„hic adſcribere: quo, inquit, argumento di-
„ſcas velim, non negligendas eſſe omnes iuris
„noſtri ſubtilitates, eas praeſertim, quae ipſa
„iuris attingunt fundamenta, nec minus ad
„forum, quam ad ſcholas pertinent, ne publi-
„cis aliquando priuatisque admotus negotiis,
„*te iis carere non* poſſe, ſero nimis comperias.
„Sane hoc noſtro ſeculo certatim iurium in-
„terpretes in id incubuerunt, vt pauca ac ge-
„nuina cupidae legum iuuentuti inſtillarent
„fundamenta. Nec tamen ſemper, qui noui-
„tates ſectantur, rem acu tetigerunt. Exem-
„pla vbique proſtant. Eſt qui ſcribit, prae-
„ſtare, ſi legitimam vocemus, portionem por-
„tionis ab inteſtato. Quid vero ſi filius ſal-
„tem ſit vnicus? Certe hoc caſu legitima non
„erit portio portionis, ſed portio totius. Por-
„ro iuramentum, aiunt, a iudice deferri vel
„actori, vel reo: illud ſuppletorium, hoc pur-
„gatorium vocari. Quis vero eſt, qui igno-
„ret, ſuppletorium deferri ſemiplene proban-
„ti, purgatorium indiciis grauato, ſine di-
„ſtinctione, an quis ſit reus, an actor? No-
„minatum contractum ſubdiuidunt in ve-
„rum, & quaſi, perinde ac ſi innominatus
„contractus non etiam eſſet ſpecies veri con-
„tractus. Diſtinctionem contractuum in
„reales, literales &c. reiiciunt, & hodie omnes
„contractus conſenſuales eſſe aſſerunt, atque
„ſic etiam in foro obſeruari aiunt. Sed fal-
„lunt & falluntur, qui hoc ſibi aliisque per-

 „ſuadent.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

„ſuadent. Ipſe vidi in proceſſu maximi mo-
„menti, acriter hac de re concertatum eſſe, an
„contractus realis, vel conſenſualis, ſubeſſet.
„Scilicet in loco litis ius Lubecenſe vigebat,
„quod depoſito, in concurſu creditorum,
„praelationem, prae aliis creditis, tribuit. De-
„ciſio ergo totius litis ex hac vnica quaeſtione
„dependebat, an caſus propoſitus ad contra-
„ctum depoſiti, vel mandati, ſpectaret. Prius
„actor, poſterius curator bonorum defende-
„bat. Ius in re haereditatis immediate ex le-
„gis diſpoſitione oriri, non pauci neoterico-
„rum profitentur. Nobis dicendum videtur,
„ius iſtud prouenire demum ex aditione, vel
„immixtione, praevia delatione haereditatis,
„per legem vel teſtamentum facta: vnde &
„ius haereditarium, aditione acquiſitum, ve-
„ra eſt cauſa haereditatis petitionis. Ante
„aditionem enim non eſt ius in re, ſine quo
„nec eſt actio realis. Vid. Zoeſ. ad tit. de in-
„offic. teſtam. n. 7. Ius rerum, iuri perſona-
„rum contradiſtinctum, alii duplex faciunt,
„vt alterum illorum iudicia petitoria fundet:
„alterum poſſeſſoria. Alii addunt adhuc, de
„iure perſonarum neminem vnquam cogitaſ-
„ſe, quod illud remedia poſſeſſoria producat.
„Aſt nec hic deſunt, quae aliter conſtitui poſ-
„ſunt. Scilicet, aut (1) actor perſequitur
„ius, quod ſibi debetur, ex iure perſonarum,
„vel ex ſpecie quadam iuris in re: aut vero (2)
„ius, ex iure ad rem, & obligatione certae
„perſonae, ſibi competens. Poſteriori ca-
„ſu

„ſu nullam habet actionem, niſi petitoriam.
„Nam ratione iuris ad rem actio poſſeſſoria
„prodita non eſt. Priori vero caſu, in eius
„arbitrio eſt, an velit petitorie, vel poſſeſſo-
„rie agere. Quemadmodum enim ratione
„ſpecierum iuris in re, ita & ratione iuris per-
„ſonarum, tam actiones poſſeſſoriae, & inter-
„dicta, v. c. *vti poſſidetis*, de liberis exhi-
„bendis, de liberto exhibendo, de homine li-
„bero exhibendo, vid. l. 2. §. 1. ff. de Inter-
„dict., quam actiones petitoriae competunt,
„quales ſunt actio praeiudicialis, confeſſoria
„& negatoria. vid. Schilter. Exerc. 3. ff. th.
„22-26. Eſt adhuc alius quidam axiomati-
„bus incedens, qui inter cetera & hoc adfert:
„Cuicunque competit ius in vniuerſa defun-
„cti bona, ille eſt ſucceſſor vniuerſalis. At ve-
„ro in diiudicando, an aliquis ſit ſucceſſor
„vniuerſalis, vel ſingularis, non eſt reſpicien-
„dum ad obiectum, & bona, an illa ſint vni-
„verſalia, vel particularia, ſed vnice ad cauſam
„efficientem, i. e. ad titulum, ex quo quis
„rem habet. Sunt autem in iure certi & de-
„finiti tituli vniuerſales, v. c. haereditas, bo-
„norum poſſeſſio. Sunt etiam particulares,
„vt legatum, donatio, emtio. Sic ergo, li-
„cet quis non habeat bona defuncti vniuerſa,
„nec ſit haeres ex aſſe, ſed ſaltem ex ſemiſſe,
„vel triente, nihilominus eſt ſucceſſor vni-
„verſalis. Contra, qui habet omnia defuncti
„bona, ſed ex donatione, aut qui emit alicu-
„ius bona vniuerſa, non eſt vniuerſalis, ſed

 „ſingu-

„ſingularis ſucceſſor, quia titulus eſt ſingula-„ris, & non repraeſentatiuus anteceſſoris. „Haec multaque eiusdem farinae alia paſſim „apud neotericos, etiam bonae alias notae „auctores, occurrunt, quae certe ſatis ar-„guunt, quod licet einsmodi illuſtrium viro-„rum ſcripta, ab eorum ingenio & induſtria, „merito habeantur commendatisſima, tamen „caute & cum iudicio legenda ſint, ne quis „promiſcue eorum tradita arripiat, atque ni-„mium illorum auctoritati tribuendo, falſis „adſueſcat principiis, ex quibus deinde non „aliae, quam concluſiones erroneae profluere „poſſunt.„ Haec ſpeciminis loco ſufficiant.

ERNESTVS CREGELIVS.

Praeclari nominis ICtus hic Altdorfinus hoc loco commemorandus venit, quoniam perinſignis Athenaei noſtri fuit diſcipulus. Natus eſt an. 1628 Vlzae, patre *M. Heinone Cregelio,* Praepoſito ac Superintendente. *Πρώτοις μαθήμασι inſtructus*, inquit Iac. Pancrat. Bruno, Medicus Altdorfinus, in Memoria eius apud Wittenium Memoriar. ICtor. Decad. IV p. 543, *ſimul munitus aduerſus ſaeculi corruptelas domeſticis monitis, e paternis laribus emitti deſiderans Lubecam conceſſit, inter diſcipulos iſtius Gymnaſii nomen profeſſus, & honeſta ambitione aemulantium ſtudia ita accendens, vt intra biennium linguae Latinae & Graecae, ligato pariter & ſoluto ſermone conſtantis, peritiam ad ſpem tollere effingendae eloquentiae, ad quam acriter contendebat, auderet. Eo certe ſucceſſu induſtria iſta iuuenilis*

mactata

mactata fuit, vt poſt in luce publicae Profesſionis collocatus ſeueritatem laborum iam pangendo carmine, eoque eleganti & facili Minerua deducto, iam detexenda Oratione temperaret, nec vulgarem eloquentiae gloriam aſſequeretur. Sic rite praeparatus Roſtochium profectus eſt, vt ſanctiorem excoleret diſciplinam. Hanc cur commutauerit cum ſtudio legum, exponit Bruno l. c. p. 544 his verbis: *Dum Cregelius in linguis & ſtudiis ſacris vigilat, ſudat, legit, ſcribit, nihil non molitur, denique omnes neruos intendit, affertur domo triſtis nuncius, paternos penates iuxta cum omni ſupellectile & domeſtica & libraria infeſto Vulcani furore eſſe vaſtatos, ſpemque adeo luculentam, conuertendi in vſum ſacrum bibliothecam locupletisſimam, in fumum abiiſſe. Ipſe vero de pietate quidem nihil remittere, voluntatem ſuam diuino nutui ſubſtringere, animum titubantem ſacris oraculis confirmare: ſimul tamen ex erepto tam nobili comparandae eruditionis Theologicae inſtrumento augurium capere de ſanctisſima Dei voluntate in iuris & aequi ſacerdotem ſeſe commutare decernente.* Iusſit hanc etiam mutationem Deus bene ipſi ac feliciter euenire. Roſtochii enim, Lipſiae & Altdorfii iura tam egregie didicit, vt non ſolum in Academia Altorfina an. 1654 Inauguralem Diſputationem cum applauſu haberet, verum etiam ab inclyta Republica Norimbergenſi in numerum Profeſſorum Altorfinorum cooptaretur, atque conſtitueretur etiam laudatae Reipublicae Conſiliarius. Ornauit vtramque ſpartam vsque ad vitae finem, qui ipſi an. 1674 obtigit. Inter memorabilia vitae eius referri forſan meretur, quod

vna eademque die factus ſit Doctor & Maritus; quodue ipſe vna vice an. 1671 octo Iuris Doctores crearit. Conſcripſit varias *Diſputationes Iuridicas*:

De Diſpenſatione Poenarum.
De Iuſtitia & Iure.
De Lege Regia Romanorum.
De Iuris Retorſione.
De Iuriſdictione Foreſtali.
De Differentiis Iuris Ciuilis & Municipalis.

Aliae Diſputationes Cregelianae cognoſci poſſunt ex Indice, quo D. Frid. Gottl. Struuius nouam Bibliothecae Iuridicae Lipenianae editionem ornauit. Leg. etiam de Cregelio Wittenii Mem. ICtor. l. c. p. 541 ſqq. Eiusd. Diar. Biograph. ad A. 1674. d. 16 Iul. Freheri Theatr. Viror. Erud. pag. 1205 ſq. Koenigii Biblioth. pag. 221. Lexic. Erud. Germ. pag. 545.

HENRICVS ENGENHAGEN.

In lucem editus eſt Lubecae, cum annus milleſimus ſexcenteſimus quinquageſimus & quartus ageretur. Patrem coluit *M. Henr. Engenhagen*, Paſtorem quondam Iacobaeum ac ven. ordinis ſacri Lubecenſis Seniorem inclytum per inſignibus meritis, quae iure a Mart. Lipenio ſunt celebrata, inque excellentiſſ. Goetzii Elogg. Germanor. Theologor. p. 596 ſqq legi poſſunt. Matrem veneratus eſt Matronam honeſtisſimam *Eliſabetham Feldhauſen*, *D. Io. Feldhauſen*, ICti celeberrimi ac Senatoris Lubecenſis

ſis amplisſimi, filiam. *In patrio laudo*, teſte Io. Sibrando in Progr. Inaug. Roſtoch. 1680, *nactus eſt informatores vndiquaquam ab induſtria & doctrina laudatisſimos Viros* Davidem de Brûgge, *Poëtam excellentem*, Polzium & Hermannum Nottelmannum, *p. m.*, *qui omnem in eo erudiendo mouere lapidem.* Prima, quam inuiſit, Academia fuit Roſtochienſis, in qua per biennium litteras elegantiores, philoſophiam & iurisprudentiam auſpiciis *Dringenbergii*, *Sibrandi*, *Redekeri* ac *Radovii* ſedulo tractauit. Altera fuit Wittebergenſis, in qua non ſolum viris longe celeberrimis *Zieglero*, *Leiſero*, *Martino*, *Strausſio*, *Schleenſtenio* atque *Schurzfleiſchio* tanto ſolidae eruditionis comparandae ſtudio adhaeſit, vt publico edito ſpecimine potuerit innoteſcere, verum etiam a laudato Polyhiſtore Schurzfleiſchio rei praeclare geſtae teſtimonium haud vulgare obtinuit. Conſervatur iſtud in ipſius Epiſtolar. T. I. p. m. 375 ſq, vbi haec ad Henricum Engenhagium, Theologum Lubecenſem, ſcripta perelegans epiſtola reperitur: „Filius tuus, cuius in me propenſa „voluntas, & magnus ſtudiorum amor eſt, pro-„pter arctiorem vitae doctrinaeq; conſuetudi-„nem huc me adduxit atque excitauit, vt de „moribus eius, atque inſtituti rationibus ad te „referrem. Etſi autem hoc aevum fere licen-„tia corruptum eſt, tamen ita ſe gerit, atque ho-„neſte moderatur, vt neque viuat liberius, neq; „leuibus ſodalitatibus indulgeat, infra ſe exiſti-„mans, ſi tale quid ab aliis admittitur, quos „cum ſapientes nullo loco numerant, tum ipſe

„viuit

„viuit prudenter, & cauet. In ſcholis iuris aſſi-
„duus eſt & toto die occupatus, breui daturus
„ſpecimen, ſi tuo aſſenſu ſuffragioque compro-
„betur. Nec alienas a ſe exiſtimat literas, a
„quibus omnis ratio honeſtae laudis proficiſci-
„tur: excolit eloquentiam: res, actaque tem-
„porum, conſilia, euentusque in hiſtoria con-
„templatur, non eo modo, quo multi ſolent;
„ſed quatenus rempublicam capeſſere volenti,
„& initia cauſasque ciuilium actionum rimanti
„expedit. Ego, poſtquam ab Hinckelmanno
„mihi commendatum ſenſi, ſtatim omnibus
„modis ornandum putaui, neque etiamnum
„deſino, & pro viribus iuuo inſtruoque. Libri,
„muſeum, aditus ad me liber patet: operam,
„quam a me petit, non recuſo, vt intelligas,
„optare me & magnopere eniti, vt cum ille fi-
„lius tuus eius honeſtae diligentiae fructum ca-
„piat, tum vero ſenium tuum optatisſimo hoc
„praeſidio nitatur. Ita te Deus, inclytamque
„rempublicam veſtram, & ſacrorum ordinem,
„quem multis ornaſti meritis, volens, propitius
„ſeruet. d. VI. Iun. cIↃ IↃ c LXXVI. Relicta
Wittenberga, luſtratisque Dresda, Lipſia & Ie-
na, ſalutauit Altorfium, per Sueuiam ac Tyro-
lim profectus in Italiam, neque ſolum Vene-
tiis ſpectator fuit deſponſationis maris Hadria-
tici, verum alia etiam, partim vtilia, partim cu-
rioſa obſeruauit. Idem fecit Viennae, multis-
que in locis aliis, quae in patriam remigrans
tranſiuit. Anno 1680 Roſtochium iterum adiit,
& praeſtitis laudabiliter praeſtandis, ab hac alma
ſtudio-

ſtudiorum ſuorum matre ſummos honores Iuridicos facile impetrauit. Exeunte anno 1693 e viuentium coetu exceſſit. Auctor eſt

Diſſertationis Iuridicae de Compendio Naufragiorum, Wittenb. 1677. 4. Praeſ. Godofr. Nicol. Schleenſtein.

Diſſertationis Iuridicae Inauguralis de Interceſſione Mulieris pro Marito, ex Auth. Si qua mulier. C. Ad Sct. Velleian. Roſtoch. 1680. 4. Praeſ. Io. Sibrando.

IOANNES FESTINGIVS.

De hoc viro, qui tam inter praeſtantiſſimos ICtos, quam elegantiſſimos humaniorum litterarum cultores honorificum meretur locum, nihil fere, quod dolendum, memoriae proditum reperitur. Vnde etiam eſt inter viros eruditos, quorum vitas iam an. 1698 (vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1698. p. 65) deſiderauit Cl. Mollerus, qui an exactam deinceps acceperit βιογραφίαν, docebit Cimbria eius Literata, a multis dudum auide exſpectata. In cauſam huius obliuionis diu multumque inquiſiui, donec tandem forte fortuna incidi in Ioach. Mantzelii Commentat. Gloriam Academiae Roſtochienſis ex Profeſſoribus Longaeuis expendentem, Roſtoch. 1706. 4, in qua pag. B 2 ſq. de Mich. Cobabo & Feſtingio noſtro ſequentia offendi: *Vitae ipſius curriculum a nemine hactenus eſt conſignatum, & vtroque Programmate, Rectoris nempe Magnifici & Facultatis ſuae carere voluit. Cuius rei exemplum habemus*

etiam

Digitized by Google

etiam in B. D. Iohanne Feſtingio, Profeſſore iuris litteratiſſimo. Quantum tamen comperire mihi licuit, cum beneuolo Lectore communicabo. Patria fuit Lubecenſis, parente lanione quidem, honeſto tamen viro, prognatus. Didiciſſe eum in Schola noſtra certum eſt. Etenim ſignificauit mihi Collega meus honoratisſimus, Dn. Io. Schevius, quod B. Ioach. Schevii, patris ſui, (de quo in Hiſtoria Athenaei D. V. agam) fuerit auditor. Vti vero illi, quibus Noſter ab ineunte aetate cognitus fuit, vno ore fatentur, quod ad magna ſemper contenderit, ita etiam, renunciatus I. V. Doctor, ſplendidis muneribus eſt admotus. Fuit enim in celeberrima Roſtochienſi Academia Pandectarum Profeſſor publicus valde inclytus: ornauit ſpartam Conſiliarii Sereniſſ. Ducis Suerino-Megapolitani: Aſſeſſoris in Ducali Conſiſtorio munia non ſine maxima laude obiuit. Anno 1689 purpura Academica eum decorauit, quod patet ex B. Io. Nicol. Quiſtorpii Catalogo Rectorum Magnificorum Academiae Roſtochienſis, quem dedit in Progr. Feſto Natiuitatis Chriſti ſacro an. 1700. In hoc pag. C 4 b. ſcribit: *An. 1689 ipſo Tiburtii die primo Rector nominatus & mox ſolemniter inauguratus eſt Dn. Iohannes Feſtingius, ICtus, tenuitque ſceptra per integrum annum, ac inſcripſit* 115. Idem Quiſtorpius l. c. ad an. 1691, quo Io. Fechtius magiſtratum Academicum geſſit, mortem eius refert his verbis: *Deceſſit morte luctuoſa durante hocce Rectoratu Academiae noſtrae D. Io. Feſtingius, ICtus optimus.* Scripta Feſtingii (quae parua quidem, elegantia

tamen,

tamen, & non iuris ſolum, ſed humanitatis etiam ſtudiorum documenta minime vulgaria) a nemine etiam, quod ego quidem ſciam, ſunt enarrata, ſi aliqua excipiantur, quae Lectori, Indicem nouae editionis Bibliothecae Iuridicae Lipenio-Struuianae euoluenti, occurrent. Adiiciam tot, quot ex αὐτοψίᾳ mihi innotuerunt. Haec autem ſunt

Semicenturia Controuerſiarum Ciuilium, cum vlterioribus Additionibus ex Iure publico, feudali & canonico, pro Licentia ſummos in vtroque Iure honores capeſſendi ſub praeſidio *Engelberti Wippermanni*, ICti & Anteceſſoris, Profeſſorum aliorumque eruditorum examini d. 7 & 8 Nov. 1678 ſubmiſſa. Rinthel. 4. In Praeloquio dicit Feſtingius, quod elaborauerit *Agrorum Religioſorum Tractationem Hiſtorico Iuridicam.* Hanc vero nunquam vidi.

Programma Diſputationibus XIIX Ludwellianis, quas ipſo praeſide publicis eruditorum diſquiſitionibus ſubiicient nonnulli Iurisprudentiae cultores nobiliſſ., praemiſſum. Roſtoch. 1682. 4. Diſquirit in hoc Programmate primum: Num Germania laboret hodierna ciuium literatorum multitudinae? Deinde diſſerit de vero verae eruditionis pretio. Tandem Diſputationum vtilitatem & legitimum diſputandi modum exponit.

Meditatio Academica de Honoribus Iuriſperitorum, eorumque Inſidiatoribus. Roſt. 1682. 4. Praeſcripta eſt Epiſtola ad Ordinem Doctor. Iuris

ris Lubecenſem, quae quoniam non paucas Lubecae laudes complectitur, hic inſerenda:

„ Nobilisſimo Ampliſſimoque
„ *Doctorum Iuris*
„ Ordini
„ in inclyta & illuſtri
„ Sacri Romani Imperii Libera Republica
„ Lubecenſi
„ S.

„Habet ſuas laudes vnaquaeque ciuitas, quae
„a barbarie recedit, & honeſtis praebet arti-
„bus dulce domicilium. Eo vero nomine
„haud dubito, quin optima mea patria, in-
„clyta Lubeca, palmam prorſus ſit latura. Et-
„enim, quod obſeruatum ibi hactenus diutur-
„nis moribus, non tantum magna cum cura
„primis in principiis doctrinae efformantur
„pueri, augentur adoleſcentes artibus, & prae-
„parantur ad ſublimiora illa ſtudia, quibus
„poſſunt inſeruire commodis Reipublicae, ſed
„asſidui labores, cum ad maturitatem pro-
„duxerunt eruditionem, parata cernunt ſua
„praemia. Non dicam de inſignibus Eccle-
„ſiae Chriſti columinibus, quae ſubſtituit ma-
„gna pietate, & opimis ſalariis nutrit ciuitas;
„nec magis recenſebo, quomodo ad Curiam
„deducatur culta Iuriſperitorum eruditio:
„quanta referatur gratia experientiae, qua
„morborum vim ſiſtunt doctisſimi Medici:
„quantoque foueantur opere, qui in linguis
„elegan-

„elegantias, imo roſas ferunt, Philologi. In
„his certe omnibus praedicare poſſum cum
„Poëta:

„ — — *Haec tantum alias inter caput extulit*
vrbes
„ *Quantum lenta ſolent inter viburna cupresſi.*

„Sed illud tamen diſſimulandum non eſt,
„quod ordini Iuriſperitorum Doctorali ſuam
„hactenus dignitatem illibatam conſeruauerit
„inclyta Respublica. Sic poſſunt ibi induſtriae
„fructus computare in honoribus, reſponſis-
„que auctoritatem ſumere in ſubſelliis primis,
„non inferiores Romanis ICtis optimi clien-
„tum ciuium Patroni. Equidem gratulor
„Vobis de illaeſa hac dignitate Veſtra, & vt
„floreat ſemper, animitus voueo, Amici in
„hoc ordine ſplendidisſimo conſultisſimi!
„quippe ſicut varia quondam amoris & fauo-
„ris ſigna inter dulces ſermones veſtros lege-
„ram, & hodienum de iisdem certus ſum, ita
„de veſtris commodis atque incrementis co-
„gitare aliquando iubet ingenua amicitiae
„memoria. Haec ipſa autem eſt, quae impu-
„lit, quo Meditationem hancce Academicam
„veſtro Ordini Ampliſſimo offerrem, & qui-
„dem ſuo, vt videbatur, iure meritoque. Quan-
„doquidem cum in laudem veſtrae dignitatis
„haecce a me omnia ferme ſcripta ſint, non
„aliis magis, quam amicis Vobis, doctis &
„ſinceris, aduerſus eos, qui male interdum
„ſentire ſolent, commendari poſſe arbitratus
„ſum. Vos interim, prout curam Ordinis

„habere fas eſt, tuemini eum veſtris ſtudiis; „faxitque Deus, vt porro cedant feliciter.

Diſputatio Iuridica de Actione Inani. Roſt. 1686. 4.

Meditatio Academica de Numero Auditorum in Academiis, expoſita in Praefatione, cum inciperet publice interpretari materiam Iuris practicam de Succesſione tam ex Teſtamento, quam ab Inteſtato. Roſtoch. 1687. 4.

Meditatio Academica de Disputationum Vtilitate & vera Diſputandi ratione, expoſita primum an. 1682 *in Programmate Diſputationibus Ludwellianis publice ventilandis praemiſſo; nunc vero an.* 1687 *repetita, vbi Theſes Diſputationis X Ludwellianae, cum auctario de Succesſione ab Inteſtato publico eruditorum examini alternis vicibus ſubiecturi erant Rud. Mart. Fiſcher, Boeckel Paul. Bornefeld, Auguſtus Fridericus Gerdes, Lubecenſes.* Roſt. 4.

Diſputatio Iuridica de Succesſione ab Inteſtato in genere, & in ſpecie de Succesſione liberorum naturalium & legitimorum ſimul, ex Ludwelli Exercitatione decima, cum Auctario. Roſtoch. 1687. 4.

Meditatio Academica de Iudice Imperito, recitata primum an. 1682 *in Praefatione Lectionum publicarum; nunc vero an.* 1688 *repetita publicaeque luci expoſita.* Roſt. 4.

Quaeſtio: An apud Romanos potuerint eſſe Iudices, qui Legum imperiti? vna cum Disputatione ſecunda de Succesſione ab Inteſtato ex B. Ludwell. Excercitat. X. th. 2 *&* 3. Roſt. 1688. 4.

Programma ad audiendam Diſputationem vltimam de Succesſione ab Inteſtato ex Ludwelli Exercit. X. th. IV & V. Roſtoch. 1688. 4. Differit eleganter in

in hoc Programmate de Studiis Principum & Nobilium.

Diſſertatio Academica de reddita e Coelo Terrae Iuſtitia, vna cum B. Ludwelli Exercit. Itb. I vsque ad XI incluſ. Roſt. 1688. 4.

Diſputatio Iuridica de Artificiis Aduocatorum. Roſt. 1688. 4. Inaug. Io. Ioach. Beſelin, Roſt.

Diſputatio Iuridica de Domicilio. ibid. 1688. 4. Inaug. Io. Georg. Weidenkopff, Roſt.

De Honoribus Doctoralibus Epiſtola ad Henr. Köneke, Regiorum in Ducatib. Brem. & Verdenſ. Dicaſterioriorum Aduocatum ordinarium, I. V. Doctorem ſolemniter renunciandum. Roſt. 1690. 4.

Programma, quo ad Diſputationes Circulares ſub Dnn. Profeſſoribus ſolenniter habendas inuitauit. Roſt. 1690. 4. Conſcripſit hoc Programma, cum eſſet Rector Magnificus, ideoque *de arduo Rectoris Academici munere* apte diſſeruit.

Diſputatio Circularis de Motivis Studiorum, Cupidine Lucri & Honoris. Roſt. 1690. 4.

BERNHARDVS FRIESIVS.

Suſceptus eſt in lucem Lubecae an. 1644, patre *Bernhardo Frieſe*, Ciue ac Mercatore florentisſimo, matre *Eliſabetha Engenhagen*, Femina honeſtisſima. *In Gymnaſio patrio*, teſte Frid. Gerdeſio in Progr. Inaug. Gryphisw. 1674. 4. edito, *Dn. Iuſtum Tribbechouium, & Dn. Ioh. Polzium, nunc Gymnaſii iſtius Conrectorem, inprimis vero, cum adoleuiſſet, virum clarisſimum Dn.*

M. Henricum Bangertum, *qui doctiſſimo in Helmoldi Chronicon Commentario pridem inclaruit, praeceptores fideliſſimos nactus eſt.* — — *Orationem valedictoriam* de Ciconia *habuit.* Abiit, comitem itineris nactus *Georgium Greenium*, Profeſſorem Wittenbergenſem celeberrimum, perluſtratis primum potioribus Holſatiae, Daniae, Mecklenburgi, Pomeraniae ac Marchiae vrbibus atque Academiis, an. 1664 Wittenbergam, vbi exceptus fuit hoſpitio *Caſp. Ziegleri*, huncque pariter ac *Notnagelium*, *Kirchmajerum*, & in primis *Greenium* magna ſedulitate audiuit. Neque minorem auſcultandi operam Argentorati clariſſimis ICtis, *Erharto*, *Rebhanio*, *Stoeckenio* atque *Wurmſero* nauauit. Vidit deinceps Belgium vtrumque, Angliam, Galliam, Hungariam, & ita vidit, vt litterarum atque prudentiae rationem ſemper habuerit. Ipſam Germaniam noſtram non reliquit intactam, ſed, praeter caput ipſius, Viennam, permultas notabiles vrbes eſt conſpicatus. Laboris, qvem & diſcendo & peregrinando conſumſit, praemium dedit an. 1674 Alma Gryphica, ſummos ſcilicet in vtroque iure honores, cum duplici ſpecimine ſe Gryphicis Patribus probaſſet. Rediit hinc Lubecam, inque dulciſſima patria an. 1687 vitam cum morte commutauit. Leg. Memoria Frieſiana, ſcripta a B. Suantenio, qui vitam Noſtri ſuſius enarrauit. Prae ſe ferunt ipſius nomen

Diſputationes tres de Imperio Magnae Britanniae. Witteb. 4. Praeſ. Georg. Greenio.

Discur-

Diſcurſus Iuridicus de Clamore Violentiae, vulgo Zetter-Geſchrey. Gryphisw. 1674. 4. Praeſ. Petr. Maſcovio.

Diſputatio Inauguralis de Iure Praecedentiae. Gryphisw. 1674. 4. Praeſ. Frid. Gerdeſio.

GERHARDVS GRANSIN.

Patria fuit Lubecenſis, a celeberrimo ICto *Ioachimo Schnobelio* in Progr. Inaug. Roſtoch. 1645 ſcripto, hoc elogio ornatus: „Impulit dignitas & „& praeſtantia (materiae de Actionum Ceſſio- „ne) eximium & praeſtantisſimum Dn. Candi- „datum Gerhardum Granſin, vt cum probato „nobis in rigoroſiori ſcrutinio profectu ſuo, ex „decreto & auctoritate Facultatis noſtrae Inau- „guralem habendi Diſputationem, & publico ſe „ſiſtendi examini licentiam nactus eſſet, hanc in „primis pro argumento eius eligere, & in ea ela- „boranda ingenium, diuturno legum ſtudio & „exercitatione frequenti feliciter excultum, oc- „cupare voluerit. In cuius laudes vt ſtylum pro- „lixius laxemus, pro conſuetudine aliorum, qui „longo totius vitae praeconio, quo Candidatos „exornant, totum ferme Programma abſoluere „conſueuerunt, opus eſſe neutiquam exiſtima- „mus. Sufficiat paucis dixiſſe, Dn. Candida- „tum noſtrum, ab ineunte aetate ſtudiis littera- „rum conſecratum, praecipue dexterrima diu- „turnaque informatione vſum viri vndiquaque „eruditisſimi Dn. *Iohannis Kirchmanni* p. m., Aca- „demiae quondam noſtrae Profeſſoris, ac poſt in-

Digitized by Google

„inclytae Scholae Lubecenſis Rectoris per mul-
„tos annos celeberrimi, cui merito illud Theo-
„criti in laudem Epicharmi relictum epitaphii
„loco accini poteſt:
„ Πολλὰ γδ ποτ῀αν ζωὰν τοῖς παισὶν ἔιπε χρήσιμα,
„ μεγάλα χάρις αὐτῷ.
„Iactis deinde humaniorum litterarum & ar-
„tium fundamentis, ſtudio iuridico in celeberri-
„mis aliquot Germaniae Academiis, praeſertim
„hac ad Varnum fundata, ac poſtea Colonienſi &
„Marpurgenſi, per totos vndecim annos operam
„aſſiduam impendiſſe, vt nullum facile tempus
„vacuum ab auſcultatione publice docentium,
„lectione domeſtica & exercitiis tum publicis,
„tum priuatis profectum maxime augentibus
„paſſus ſit praeterire.„ Hactenus Schnobelius, quo praeſide noſter *Inauguralem Concluſionum Iuridicarum Decadem de Ceſſione Actionum & Iurium* Roſtoch 1645 defendit, cum ante nouem annos, anno ſcilicet 1636, in eadem Roſarum Academia *Diſputationem Iuridicam de Furto & Rapina*, praeſidio *Nicolai Schützen* vſus, examinandam propoſuiſſet.

SIMON IOANNES GVTZMER, ſiue a GVSMAN.

Luce frui coepit Suerini an. 1682 d. 28 Nouemb. Patre gauiſus eſt D. *Io. Gutzmero*, ICto celeberrimo, qui ex Conſiliario intimo Sereniſſ.
Ducis

Ducis Meklenburgenſis factus eſt Syndicus Lubecenſis, quam dignitatem ornans ante paucos annos e vita migrauit; matre autem *Agneta Sophia Willebrandia*, Matrona ſexus ſequioris ornamentis accenſenda. *Iuuenilis aetas*, do verba Io. Ioach. Schoepfferi ex Progr. Inaug. an. 1709 ſcripto, *formanda data eſt viris amplisſimis atque celeberrimis Dn.* Lipenio, *Subrectori, Dn.* Göldelio, *Conrectori & Dn.* Suantenio, *Gymnaſii Lubecenſis Rectori meritisſimo ac celeberrimo. Quorum cura ac laudabili informatione cum aptus redditus eſſet ad altiora ſtudia tractanda, a Patre excellentisſimo Halam miſſus eſt.* Audiuit ibi viros dudum famam conſecutos, *Buddeum, Strykios, Thomaſium, Ludouicum*, viam & ad Philoſophiam & ad Iurisprudentiam monſtrantes. Halenſem deinceps Academiam permutauit cum Roſtochienſi, in qua celeberrimis viris *Schoepffero* atque *Carmonio*, illi ius priuatum, huic publicum interpretanti, ſedulus adfuit auditor. Anno 1709 I. V. Licentiatus euaſit, quum praeſide laudato Schoepffero *Diſſertationem Inauguralem Iuridicam de Gemellis Concretis* d. 17 Dec. bene defendiſſet. Conſtitutus poſtea etiam eſt Secretarius Legationum Mecklenburgicus.

CHRISTIANVS WILHELMVS HOELTICH.

Vita eius breuiter conſignata exhibetur a B. Habichhorſtio in Roſtoch. Literat. pag. 451 ſq.

ſq. Inter noſtros Ictos nominandus eſt, quoniam I. c. legitur, quod *iactis in Schola Lubecenſi ſub Rectore M. Abrahamo Hinckelmanno, litterarum fundamentis, Wittenbergam adierit.* Relicta Leucorea, Varniacam ſalutauit Academiam, in qua non ſolum illuſtrem ICtum, *Io. Kleinium*, nactus eſt praeceptorem, verum etiam, habita an. 1698 ſub ipſius praeſidio *de Praerogatiuis Principum S. R. Imperii Diſputatione Inaugurali*, I. V. Licentiati titulum impetrauit. Delata ipſi deinceps ſunt munia Secretarii in Norvegia Bergenſis.

ANTONIVS KAHLEN.

Almam noſtram Lubecam non ſolum nactus eſt patriam, verum etiam locum, in quo ingenii vires & collectae ſcientiae iuridicae copiam potuit exponere, poſteaquam ſtudia abſoluit. Coepit haec in Athenaeo patrio, eorumque fundamenta legitime ponere neutiquam neglexit. Continuauit tum in illuſtri Academia Salana, tum aliis in locis, quae vtiliter perluſtrare ipſi fuit conceſſum. Temporis bene collocati rationem reddidit, edito in Academia Erfordienſi docto ſpecimine, quod I. V. Licentiati titulum ei conciliauit, prolixe ſcilicet elaborata *Diſputatione Inaugurali de Conditionibus* (pl. 9), quam praeſide *Io. Henrico Meiero*, Decretal. P. P. & Iudic. Elect. Mog. Aſſeſſore, an. 1695 publico eruditorum examini ſubmiſit. Atque ſic

ſic probe inſtructus ad cauſas in foro patrio agendas animum adiecit, non infeliciter in hoc negotio verſatus, donec anno 1719 mors illum iuberet egredi forenſi palaeſtra.

FRANCISCVS ERNESTVS KOHL.

Chriſtiani Kohlii, Scholae Cathedralis Raceburgenſis Rectoris, filius, ſocietatem mortalium Raceburgi an. 1667. d. 17 Maii eſt ingreſſus. Locum inter noſtros meretur ICtos, quoniam non ſolum Raceburgi & Luneburgi didicit, verum etiam, teſte clarisſimo ICto, Io. Ioach. Schoepffero, in Progr. Inaug., *Lubecenſium Scholae per biennium fere ſe credidit.* Iuris ſcientiam hauſit primum Roſtochii ex *Lemkenianis* & *Kleinianis* praelectionibus: auxit in Dicaſteriis Dresdenſi, Hannouerana ac Cellenſi, nec non in Academiis Hafnienſi atque Kilonienſi, in qua vltima *Sam. Reyheri*, ICti & Mathematici praeſtantisſimi, priuata inſtitutione frui ipſi licuit. Comparata iuris inſigni notitia effecit, vt Iudiciorum Ducalium Mecklenburgicorum Aduocatus & Procurator ordinarius conſtitueretur. Elaborauit *Diſſertationem Iuridicam Inauguralem de Iuramento Iudiciali ſine probationibus delato*, ac praeſide *Schoepfero* Roſtoch. m. Mart. 1704 publicae eruditorum disquiſitioni exhibuit.

 IOAN-

IOANNES ADOLPHVS KROHN.

Lubeca, *totius maritimae Saxoniae & inferioris Germaniae decus & corona* (2), hunc Krohnium noſtrum produxit. Natus enim eſt an. 1674. d. 17 Novemb. (3) patre *Ioanne Krohn*, ciue ac mercatore Lubecenſi ſpectatiſſimo, matre *Catharina Haartmanns*, Matrona ſui ſexus ornamentis conſpicua. *Qui optimi Parentes*, vtor verbis a ſummo ICto, Io. Kleinio, in Progr. Inaug. 1698 ſcripto, prolatis, *hunc filium ſuum primigenium, ſacro baptiſmatis fonte tinctum, Deoque oblatum, fideliſſimis Praeceptoribus priuatis aeque ac publicis, pietatis ac literarum rudimentis ab ineunte aetate imbuendum, formandumque commiſerunt, quorum omnium, in primis vero viri praenobiliſſimi ac clariſſimi Dn. M.* Enochi Suantenii, *Rectoris Gymnaſii Lubecenſis celeberrimi, fautoris ac amici noſtri aeſtumatiſſimi, opera ac induſtria adiutus, proprioque motu & naturali in meliores literas inclinatione excitatus, indefeſſo labore eos in literis humanioribus fecit progreſſus, vt habita Oratione Valedictoria anno* 1693, *dignus omnium haberetur ſuffragiis, qui ad Academiam hanc Roſtochianam, velut ad vberiorem ſtudiorum & bonarum artium officinam, ablegaretur.* Praeter Suantenium praedicat doctores optime de ſe meritos *Marcum Widam, Iac. Pagendarmium*, Cantorem, *Dauid. von der Brügge* ac

(2) Ita appellat Crantzius Vandal. L. I. c. I.

(3) *D.* 9. *Nouemb.* minus recte legitur in Progr. Inaug. pag. 7, nec non in B. Habichhorſtii Roſtoch. Lit pag. 301.

ac *Mich. Freudium*, Subrectores, & *Martin. Lipenium*, Conrectorem. Ab his omnibus tam egregie eſt formatus, vt cum an. 1693. m. Sept. a laudato Kleinio (quo non praeceptore ſolum fideliſſimo, verum etiam hoſpite optimo vſus eſt) tabulis, in quibus nominatim ciuium Academicorum ratio confecta, inſcriptus eſſet, Academicas lectiones, *Kleinianas*, *Steinianas* ac *Müllerianas*, ſummo cum fructu audire, curſumque iuris vniuerſi, naturae, publici, canonici, ciuilis ac feudalis abſoluere potuerit. Verno anni 1696 tempore Lipſiam ſe contulit, eo praecipue fine, vt ſtudium iuris publici atque hiſtoriarum porro excoleret. Adhaeſit in primis *Riuino*, hoſpiti ſuo, & *Franckenſteinio*, quorum celeberrimorum virorum opera valde profecit, votique ſui compos euaſit. Anno 1697 rediit Roſtochium, particepsque denuo factus eſt hoſpitii & inſtitutionis illuſtris *Kleinii*, cuius auſpiciis iuris diſciplinam repetiit, diſputando porro excusſit, & rationem quoque cauſas in foro tractandi didicit. Horis autem ſubſeciuis ea collegit, e quibus deinceps nata eſt docta Diſſertatio, infra commemoranda, de ſat difficili materia, innoxia ſcilicet mulierum iuris ignorantia. Hac laudabiliter m. Septembr. defenſa, ordini Iuridico ſe tentandum ſtitit, cumque in rigoroſiori examine Profeſſoribus iuris feciſſet ſatis, facultas ipſi data eſt inauguralem conſcribendi Diſſertationem. Qua an. 1698. d. 14 April. cum applauſu habita, in patriam remigrauit. Non diu autem hic commoratus per Luneburgum,

gum, Cellam, Hannoveram, Caſſelium, Marpurgum, Gieſſam (in quibus vltimis locis publicos iuris doctores conuenire non neglexit) iuit Wetzlariam, vt praxin, quam vocant, Cameralem, accurate obſeruaret. Neque defuit ipſi occaſio colloquendi cum celeberrimis in hoc foro Caeſareo cauſarum patronis, audiendi proceſſus, vt appellant, Camerales, & ſcripta, ſiue, vt ICti nominant, acta perlegendi. His rebus ſemeſtre fere ſpatium vtiliter Wetzlariae conſumſit. Proſecutus eſt iter per Francofurtum, Moguntiam, Coloniam, Neomagum in Foederatum Belgium, cuius vrbes principes atque Academias cum perluſtraſſet, ac multos viros eruditos, praeſertim ICtos, ſibi cognitos reddidiſſet, in Germaniam eſt reuerſus. Huius quoque celeberrimas Academias, Wittenbergam atque Ienam, pluresque vrbes commemorabiles inuiſit, vt ex conuerſatione cum doctisſimis ICtis fructum caperet, & vniuscuiusque loci ſtatum politicum intelligeret. Finito hoc itinere, almam ſtudiorum matrem, Roſtochium, denuo adiit, vt ſummos in vtroque iure honores capeſſeret. Hos adeptus atque an. 1699. d. 10 Octobr. ſolemni ritu I. V. Doctor renunciatus, ex cathedra ſuperiori iuridice elaboratam Orationem de argumento: *An publica & de praeſenti ſponſalia vtriusque diſſenſu diſſolui poſſint?* (vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1699. p. 327) applaudentibus, qui praeſentes erant, & Academiae & Ciuitatis Proceribus, habuit. Ab eo tempore ſedem fixit Roſtochii, hauſtamque iuris ſcientiam ad vſum fori tranſtulit, perop-

por-

Digitized by Google

portunam nactus occaſionem, iuridica vtendi in Dicaſteriis tam Principis, quam Ciuitatis eruditione, cum an. 1701 d. 31 Aug. munus Advocati & Procuratoris ordinarii in Conſiſtorio Ducali ipſi traderetur, locusq; inter Aduocatos laudati Iudicii d. 13 Sept. aſſignaretur. Sparta hac egregie ornata commouit nobiliſſimum & ampliſſimum Senatum Roſtochienſem, vt ipſum an. 1706 d. 30. Aug. Syndicum eligeret. Non recuſauit munus oblatum, ſed per decennium magna fide geſſit, ciuitatisq; commodum, ſiue ad Sereniſſimum Principem ac, tempore belli, ad ſummos Imperatores atq; Legatos mitteretur, ſiue alia negotia expediret, pro virili conſeruare atq; augere laborauit. Superueniebant motus Mecklenburgici, nemini fere ignoti, quibus durantibus iura ac priuilegia Ciuitatis Roſtochienſis, pro officii religione, maſcule & intrepide, approbantibus, praeter ampliſſimum Senatum, aliis harum rerum haud imperitis, defendit, ac multa ſcripta, quae ICti *Protocolla* & *Receſſus* vocant, elaborauit, inſerta paſſim molis haud exiguae libro, occaſione motuum Mecklenburgicorum an. 1719. fol. edito, cuius titulus eſt: *Hiſtoriſcher Acten-mäſſiger Bericht*, &c. Facile autem coniicere licebit, quod inter hos motus multa ſit perpeſſus. Quare tandem etiam an. 1716 Syndici Roſtochienſis munere, grauibus de cauſis, ſe abdicauit, &, aegre licet ab ampliſſ. Senatu Roſtochienſi dimiſſus, in patriam ſe recepit, vbi, ab incommodis liber, quiete fruitus eſt. Vt vero otium eſſet negotioſum, vtiliſſima ſcri-

ſcripta elaborando tempus conſumſit. Horum, vt & editorum, notitia eſt adiicienda. Sunt autem

Diſputatio Iuridica de Innoxia Mulierum Iuris ignorantia. vulgo: In welchen Fällen denen Weibern nicht ſchade / der Rechten unkündig zu ſeyn. Roſtoch. 1697. 4. pl. 6½. Praeſ. Io. Kleinio. Caput I exhibet generalia circa innoxiam Mulierum Iuris ignorantiam, cum ſuccincta rubricae explicatione. II ſiſtit Caſus innoxiae Mulierum Iuris ignorantiae. III agit de Probatione Mulierum Iuris ignorantiae, deque illarum reſtitutione in integrum ob ſexus huius infirmitatem.

Diſſertatio Inauguralis Iuridica de Probatione, quae fit per Libros Mercatorum. vulgo: Von Beweiß der Schuld mit Handels-Bücher. Roſtoch. 1698. 4. pl. 10½. Praeſ. *Io. Klein.* Recenſetur in Nov. Lit. Mar. Balth. 1698. pag. 70.

Tractatus de Iure Aſſecurationum, in quo materia ſat difficilis, attamen perutilis, inque foro Mercatorum quotidie obuia, methodice digeſta, caſus huc pertinentes disquiſitioni ſubmiſſi, ac ex iuris communis, quarundamque regionum ac locorum tenore, ac ex probatisſimis in praxi inprimis ICtis, ſubiuncto vbique rationum pondere, deciſi exhibentur. Cum indice rerum ac verborum copioſisſimo. Tractatus hic plane eſt abſolutus.

Tractatus de Succesſione ab Inteſtato iuxta Ius Lubecenſe, oder, Wie es mit denen Succeſſionen und erblichen Anfällen nach Lübeckiſchem Rechte beſchaffen ſey, und wie weit darinnen das Lübeckiſche Recht mit dem

dem gemeinen beſchriebenen Rechte übereinkomme, oder von ſolchem differire. Et hic liber ad prelum atq; editionem eſt paratus.

Annotationes ad B. Dn. D. Wolfgangi Adami Lauterbachii Compendium Iuris, continentes theoreticas partim, potiſſimum practicas obſeruationes ex Operibus Dnn. Mevii, Carpzouii, Brunnemanni, Cothmanni, Farinacii, Mascardi, Strykii & aliorum Practicorum ICtorum. Coepit has Annotationes Rôſtochii: continuauit autem Lubecae, & tres partes ad finem perduxit. Vt quatuor partes, quae reſtant, etiam abſoluantur, dabit operam, ſi Deus dederit vitam & vires, quas conſultisſimo Auctori ex animo optamus.

HERMANNVS KROHN.

Frater *Ioannis Adolphi*, de cuius vita & ſcriptis modo egimus. Aſpexit lucem an. 1680 d. 9 April. in Lubecenſi noſtra ciuitate. Parentes & hunc filium ſtudiis litterarum conſecrarunt. Didicit autem in Scholae noſtrae clasſibus, vnica excepta, omnibus fidelisſimisq; praeceptoribus, *Kochio*, *Schevio*, *Chryſio*, *Wida* & *Pagendarmio*, Cantore, eſt gauiſus. Seiungabatur deinceps a coetu publico, & aliquandiu priuata erudiebatur inſtitutione. Huius autem taedio captus, publicis denuo doctoribus ſe addixit inq; coetum Gymnaſticum introductus viris clarisſimis *Suantenio*, Rectori, *Göldelio*, Conrectori, & *Lipenio*, Subrectori, diligentem audiendi operam nauauit. Auctumnali anni 1698 tempore conſueta Oratione

tione vale dixit, Academiam Roſtochienſem petiturus. Huius ciuibus adſcriptus, excellentiſſimi *Kleinii* & domeſticus & auditor fuit perpetuus. Abeunte autem honoris cauſa ſaepius nominato Kleinio an. 1700 Suerinum, noſter abiit Halam, vbi auſpiciis *Strykianis, Thomaſianis, Bodinianis* & *Böhmerianis* in ſtudio iuridico feliciter eſt progreſſus. Neq; mors patris, quae ipſum an. 1701 circa feſtos Natiuitatis Chriſti dies iubebat in patriam redire, impedire potuit, quominus per Berolinum, vbi Bibliothecam & alia notatu digna oculis vſurpauit, Halam mox repeteret, telamq;, quam exorſus erat, ſtudioſe pertexeret adeo, vt an. 1702 inter Candidatos honorum iuridicorum nomen ſuum potuerit profiteri, &, finitis non ſine laude examinibus, elaborare *Diſſertationem Inauguralem de Teſtamentis Priuilegiatis*, quam m. Sept. 1702 praeſide *Sam. Strykio* publicae diſquiſitioni ſubmiſit. Hala Wetzlariam proficiſci in animo habebat, ſed mater ipſum iubebat ad ſe reuerti. Anno 1703 iter ſuſcepit Belgicum, cuius ope multas vrbes celebres ſpectauit, multis viris clariſſimis, praeſertim ICtis, innotuit, multasq; res vtiliſſimas cognouit. Ex Belgio, non paucas vrbes celeberrimas tranſiens, curſum direxit Wetzlariam, vbi aliquandiu, vt fori, quod ibi floret, rationem perciperet, ſubſtitit non ſine ſtudiorum iuridicorum incremento. Inter reliqua, quae inuiſit, loca maxime memorabilis eſt Vienna, in qua Imperatoria ſede, praeter Bibliothecam plane incomparabilem, innumera fere inuenit digna,

quae

Digitized by Google

quae accurate conſideraret. Anno 1703 d. 1 Iul. Halae I. V. Doctor fuit publice declaratus. Patriae redditus ſtudium ſuum conſecrauit iis, quorum cauſae in foro ſunt agendae.

ANDREAS LANGE.

Ea fuit huius, patria Lubecenſis, ICti, Poëtae & Polyhiſtoris, praeſtantia, vt auſim dicere, quod ſingulare Athenis noſtris decus conciliet. Laudauit eum, ac iure laudauit excellentisſimus Goetzius in peculiari ſcripto, cui titulus: *Das Verlangen derer Gläubigen nach einem frommen Leben, und heiligem Abſterben.* Lubec. 1713. fol. & 8. Praedicauit etiam B. Enoch. Suantenius, cuius βιογραφίαν hic primum ſiſtam, de Noſtri pietate, commercio litterario, ſcriptis, tam editis, quam ineditis, pluribus deinceps commentaturus. Haec autem protulit Suada Suantenia„na: Primum coepit ducere ſpiritum die deci„mo quinto Ianuarii menſis an. 1680, patre geni„tus viro ſpectatisſimo atque integerrimo Dn. *An„drea Lange*, negotiatore ac ferramentorum ven„ditore florentiſſimo, & matre, nobiliſſima fe„minarum *Engel Neucrantzin.* Auus ipſi extitit „paternus vir ſpectatiſſimus Dn. *Andreas Lange*, „negotiator integerrimus: maternus, vir no„biliſſ. atque excellentiſſ. Dn. *Paulus Neucrantz*, „Medicinae Doctor celeberrimus & Poliater Lu„becenſis excellentisſimus. Auia delectatus „eſt paterna, matrona ornatisſima, *Elſabe Dorcks*: „materna, femina nobiliſſima *Chriſtina Prünſters*.

D Pro-

„Proauo gauiſus eſt paterno, viro probatiſſimo „*Henning Lange*, Roſtochienſi ciue ſpectatisſimo: „proauia paterna, feminarum clariſſima *Ottilia* „*Elviſſen.* Proauum habuit maternum, virum „integerrimum, Dn. *Hermannum Dorck*, merca-„torem ſpectatiſſimum: proauiam maternam, „venerabilem matronam, *Engel Schnellen.* Ab-„auum venerabatur paternum, virum ampliſſi-„mum & prudentiſſimum Dn. *Franciſcum Prün-*„*ſter*, Senatorem quondam nobilisſimum: ma-„ternum, virum nobilisſimum atque exccellen-„tiſſimum Dn. *Michaëlem Neucrantzium*, Medi-„cinae Doctorem & Practicum experientisſi-„mum. Abauia gaudebat paterna, laudatisſi-„ma femina, *Anna Koltzowen*: materna, com-„mendabili matrona, *Anna Hagenowen.* Vt pie-„tate ac doctrina elegantiori imbueretur, com-„mittebatur diſciplinae litterariae ludi publici „Lubecenſis, auſpicio atque ductu, tum noſtro, tum „reliquorum in Gymnaſio & Schola clariſſime ac „perquam eximie merentium Dnn. *Heſſii*, *Gôlde-*„*lii*, *Freudii*, *Lipenii*, *Pagendarmii*, *Widae*, *Chryſii*, „*Kochii*, ita in bonis ingenuisque egregie profecit „artibus, vt Academicae maturitatem conſoci-„ationis ſibi laudabiter acquireret. Poſtquam „igitur *de Laudibus Lubecae* (4) palam declama-„verat, habita Oratione valedictoria *de Acade-*„*miarum Laudibus*, an. 1699 Helmeſtadium pro-ficiſce-

(4) *In ſolemni Lycei patrii Examine Carmen elegans Latinum Heroicum, quingentorum verſuum, de Laudibus Lubecae recitauit.* Haec Nov. Lit. Mar. Balth. 1698. p. 220.

„ficiſcebatur. Excipiebat ibi eum domus cele-
„berrima *Werlhoſiana*, eum in finem, vt Nobiliſſi-
„mo atq; Excellentisſimo Doctori in Politicis,
„Digeſtis, Jure naturae, publico ac gentium, aſ-
„ſiduam auſcultandi operam nauaret. Atten-
„dit praeterea gnauiter reliquis ibi nobilisſime
„docentibus, Viris vndiquaq; percelebribus,
„*Böhmero, Cörbero, Eiſenhardtio, Homburgio*: vt in
„Ethicis, Hiſtoricis, Oratoriis, Juridicis etiam
„ſtudiis ornatisſime confirmaretur. In fauorem
„pariter ac beneuolentiam inſinuabat ſe Viro-
„rum celeberrimorum atque Excellentisſimo-
„rum *Fabricii, Schmidii, Schraderi, von der Hardt,*
„*Meibomiorum & Cypriani*. Nactus interdum do-
„cti aliquantum otii, metalli fodinas Goslarien-
„ſes, ſpecumq; praeclarisſimam Baumannia-
„nam & vicinam vrbem Halberſtadium atq;
„Gröningam diſcendi cupida mente oculisq; cu-
„rioſis perdiligenter obſeruitabat. Blanda de-
„inde Matris venerandae concitatus impulſio-
„ne regrediebatur domum, & paulo poſt An.
„1702 pergebat Lipſiam, fruitus conuictu no-
„bilisſimo *Drechſeliano*, cum domus ipſum cele-
„berrimi D. *Dornfeldii* comiter excepiſſet. Ne-
„que hic pigrabatur celeberrima perquam exi-
„mie erudiri inſtitutione profeſſorum fama &
„gloria notisſimorum atqve excellentisſimo-
„rum D. *Menckii*, D. *Schreiteri*, D. *Franckenſteinii*,
„& D. *Schambergii*. Eueniebat poſtea, vt com-
„mendabiles ſuos in iure ſtudiisq; ingenuis pro-
„fectus Amplisſimo ICtorum Ordini publice
„ibidem declaraturus, ſub praeſidio Viri Nobi-

„liſſimi & Conſultisſimi Dn. *Goetzii*, ICti & An-
„teceſſoris excellentisſimi atque celeberrimi, *de*
„*Aequitate Iuris Lubecenſis Diſputationem* an. 1703
„haberet. Circa nundinas autumnales, relicta
„Lipſia, per memorabilia Saxoniae ac Thurin-
„giae loca, Ienam, Vinariam, Erfordiam, Iſena-
„cum, Gothamque concedebat Wetzlariam, vt
„praxeos, vti vocant, cameralis peritior euade-
„ret. Verſabatur ibi cum peritis legum Aſſeſſo-
„ribus conſultisſimis, D. *Meiero*, hoſpite ſuo be-
„nignisſimo, *Schragio*, *Krebſio*, *Lauterbachio*, & pro-
„curatoribus nobilisſimis *Marquardo*, *Geibelio* &
„*Fabro*, eorumque affabili propenſione perfrueba-
„tur. Vertentis anni menſe Martio vergente,
„ſedula mente ac oculo luſtrabat Francofurtum
„ad Moenum, Moguntiam, Coloniam, Duſſel-
„dorpium, Veſaliam, Nouiomagum, Arenacum,
„Vltraiectum, Amſtelodami aliquantiſper com-
„moratus. Vltraiectum inde repetens, habita,
„*de Erroribus, qui circa Quaeſtiones per Tormenta*
„*committuntur*, *Diſputatione*, decimo ſeptimo
„Iulii die an. 1704 florentisſima cum laude,
„vtriusque Doctor iuris ſolenni promulgatione
„creabatur. Voluptati porro erat & delectatio-
„ni clariſſimo peregrinatori, familiariſſimis ad-
„eſſe collocutionibus cum illuſtri ICto *Cornelio de*
„*Eck*, cum Philoſopho perinſigni *de Vries*, &
„cum nobiliſſimo *Relando*. Obſeruatis abhinc
„praecipuis Belgii vrbibus, Harlinga, Leovar-
„dia, Franeckera, obibat continuato per hunc
„ſequentemque annum itinere glorioſo, amplis-
„ſimas Germaniae vrbes, Bremam, Lunebur-
gum

„gum, Cellam, Hannoueram, Brunſuicum, „Magdeburgum, Dresdam, Pragamq; & ad „Viennam Auſtriae, auguſtam inuictiſſimi Im- „peratoris ſedem nobilis curſum peregrinatio- „nis dirigebat. Peroptatum hic ipſi erat con- „victu & ſermone celeberrimorum *Pomereſchii*, „*Binderi*, *Praunii*, aliorumque conſultisſimo- „rum Virorum aliquandiu vti. Sollicitatus de- „inde literis Venerandae matris cum aduerſa „confligtantis valetudine de reditu in patriam, „materno obtemperaturus arbitrio, mutat con- „ſilium luſtrandi Italiam, & per praecipuas opu- „lentasq; vrbes, Aniſſum, Salisburgum, Mo- „nachium, Auguſtam Vindelicorum, Vlmam, „Donaverdam, Ingolſtadium, Neoburgum, „Ratisbonam, Altorfium, Noribergam, Bam- „bergam, Coburgum, Wittebergam, Beroli- „num, Stetinum, Gryphiswaldiam, Stralſun- „diam, Roſtochium & Wismariam continua „reuerſione, ſospes atque incolumis die viceſi- „mo quarto Octobris, an. 1705, patriam vrbem „reuiſebat. Fidum viae comitem integrumq; „Achatem ſe praebuerat iter facienti Nobilisſi- „mo Langio, plurimis in Academiis & locis, Vir „Nobilisſimus atq; conſultisſimus Dn. *Lipenius*, „V. I. D. excellentisſimus, vnde & huius beni- „volae coniunctionis amicisſime reminiſceba- „tur. Ruens lux viceſima tertia menſis Iulii an. „1708 conciliabat Viro Conſultisſimo futuram to- „ri ſociam, Virginem tunc politisſimam ornatis- „ſimamq;, *Annam Catharinam*, Viri humanitate „& circumſpecta vitae honeſtioris integritate

„conſpicui Dn. *Hans Borthuſen*, Negotiatoris in-
„duſtrii & praeſtantis, filiam: de cuius maritalis
„contubernii & iucunditate & fertilitate filius te-
„nerrimus, *Andreas*, in lucem ſusceptus die deci-
„mo octauo Aprilis an. 1710, diſceſſu paterno
„nunc afflictisſimus, teſtis exiſtit. Conſolidata
„quae fuerit ſcientia & multiplex ac percelebrata
„eruditio Langiana, partim e variarum cogni-
„tione linguarum, *Hebraeae*, *Graecae*, *Latinae*,
„*Hiſpanicae*, *Anglicae*, *Gallicae*, partim e ſingula-
„ri promtitudine *artis ac rationis diuinae faciendo-*
„*rum verſuum*, praeſertim *veſpertinis concentibus*
„*ſymphoniacis*, partim e doctisſima *Introductione in*
„*ſcriptores rei nauticae*, in publicum nuperrime
„propoſita, ſplendidisſime perſpicuum eſt. Ala-
„critas haec Viri Nobilisſimi laborioſa Magnifi-
„co ita placuit inclytae Reip. Senatui, vt liberum
„ipſi aditum & conſeſſum in Curia concederet, ac
„referenda proponere, & camerales ipſum dice-
„cere cauſſas iuberet. Ceterum ſubita quaedam
„inualetudo aliquot abhinc diebus expertem
„eum reddidit virium reficiendarum, & triſti
„aucta atq; coarctata ſupplemento catarrhi ſuf-
„focatiui febris asſidua catarrhalis, aſpernata eſt
„ac reſpuit ſaluberrima medicamenta illi oppoſi-
„ta morbo, a Viris Excellentisſimis atq; Expe-
„rientisſimis D. *Menone Paulo* & D. *Menone Nicolao*
„*Hannckeniis*, & D. *Kryſingio*. Quando itaq; per-
„ſentiſcebat, ea ſe adire virium flacceſcentium
„pericula, quibus liberari ſe poſſe vix conſideret
„Vir Conſultisſimus, diuinum popoſcit reme-
„dium, quod etiam reuerenter exhibitum a re-

ligioſo

„ligioſo veniae coeleſtis interprete, Viro admo-
„dum Reuerendo, ampliſſimo atq; praeclariſſi-
„mo Dn. M. *Jacobo a Melle*, Paſtore Mariano me-
„ritiſſimo, ea, qua decebat, ſanctimonia pie rece-
„pit. Aerumnoſiſſimum tandem ſui deſide-
„rium reliquit & lugenti Viduae, & reliquo
„Nobiliſſimorum Affinium Cognatorumq; moe-
„ſtiſſimo coetui, cum die decimo tertio adulti
„huius menſis mane circa dimidiam octauam
„diei horam, paruulas extremi ſpiritus reliquias
„placidiſſime redderet, extingueretur que, in
„corporea compage tres & triginta annos, men-
„ſes octo, & duodetriginta dies commoratus.
Haec in laudem noſtri anno 1713. d. 24 Octobr.
B. Suantenius eſt commentatus. Etſi vero
ex his ſatis ſuperq; eluceat, Langium fuiſſe vi-
rum, quem Muſae vetant mori, aliis tamen no-
tatu non minus dignis praeconia Langiana poſ-
ſunt augeri. Commemorabilis omnino fuit
ipſius *pietas*, quam & tota vita & variis illuſtribus
ſpeciminibus declarauit, quorum aliqua hic ad-
ducere, operae erit pretium. Primum locum
occupent *Regulae Vitae*, quas ſibi ipſi praeſcripſit.
Ne pereant, ex αὐτογράφῳ eas hic ſuppedi-
tabo:

Regulae quaedam Vitae

*quas die 16 Auguſt. A. 1709 & annis ſequenti-
bus mihi praeſcripſi.*

I.

*Deum ſuper omnia ama & verere, & nullibi omni-
praeſentia ac omniſcientia eius animo tuo excidat.*

II.

Quicquid tibi iucundi, vel boni acciderit, id Deo grato animo attribue: quodſi malus ingruat caſus, eidem, quod peiorem auerterit, gratias age.

III.

Quoties campana ſonat, Deum tacitus ora, vt beatum vitae exitum tibi concedat, cum ab eo omnia pendeant.

IV.

Quoties ſurgis & cubitum is, qvoties pedem domo effers & redis, Deum precibus, ſaltem tacitis, adi.

V.

Quoties ſtudere incipis, & inprimis quoties de iure reſpondere, aut quid conſcribere debes, prius Deum roga, vt ſpiritum veritatis tibi concedat, qui te in omni ducat veritate.

VI.

Non animo vago, ſed fideli & ardenti ora, & vt poſſis, Dei auxilium inuoca.

VII.

Ex ſingulis concionibus aliquid, quod vel ad fidem, vel mores ſpectat, animo imprime.

VIII.

Iusiurandum, niſi exigat neceſſitas, non praeſtes, & qui iniurato tibi non credit, eum valere iube.

IX.

Coniugem ſincero amore complectere, nec alias feminas oſculari in mentem tibi veniat, niſi vel mos, vel ciuilitas id exigat.

X.

Neminem maledictis proſcinde: alios, qui crimi-

nis

Digitized by Google

nis haud aperti inſimulantur, excuſa, & qui circumfe-runtur rumores, pro veritate habere noli.

XI.

Alea, vel chartis, niſi ab alio rogatus, raro lude, & ſi ad ludum deſcendendum eſt, animi id fiat, non lucri cauſa: caue itaque ob perditos nummos triſtitia afficiaris.

XII.

Cum inter praecipua tua vitia ſit, leui de cauſa excandeſcere, id vt vitetur, omni animi contentione allaborandum eſt.

XIII.

Sorte tua ſis contentus, nec maiora appete.

XIV.

Nullus dies abeat, quo non pauxillum quid pauperibus dederis.

XV.

Omnia Chriſti merito, nihil plane tuis operibus apponas.

XVI.

De futuris non ſis anxius, ſed totum te Deo permitte, vtcunque res acciderint, contentus. Impoſſibile enim eſt, vt Deus fidentem deſerat.

XVII.

Cum facta infecta fieri non poſſint, quae praeterita ſunt, & curis tuis reparari non poſſunt, inſuper habe: criminum tamen tuorum veniam quotidie a Deo pete.

XVIII.

Nihil vnquam de te praeſumas, cum quicquid ingenii, vel memoriae eſt hominibus, momento temporis poſſit perire.

Digitized by Google

XIX.

In omni conuerſatione attende, quid in alterius verbis factisque tibi placeat, diſpliceatque: illud imiteris, hoc fugias.

XX.

Nullum hominem contemnas, aut de induſtria irrites, cum vel viliſſimi opera magno tibi vſui olim eſſe poſſit. Hinc erga ſuperiores veneratione, ergo pares comitate, erga inferiores humanitate, decenti vbique hilaritate condita, vtaris.

XXI.

Incerta pro certis tradere & de iis contendere noli: ſaepe etiam in re, quam exploratam habes, alteri contranitenti cede.

XXII.

Nullus dies abeat, in quo non aliquid ante ignoratum didiceris.

XXIII.

Quotidie unam horam meditationi, ſi opus eſt, concede, ne nimia lectione animus obruatur potius, quam inſtruatur.

XXIV.

Cogitationes vanas & inutiles ex animo expelle.

XXV.

Verba obſcoena & laſciua os tuum non proferat.

XXVI. An. 1712.

Vt eo magis a cupiditate ludendi abſtrahari, omne quod compenſato damno lucrum e ludo tibi obuenit, pauperibus eroga.

XXVII.

Cum A. 1711 inceperis decimam numeratae pe- cuniae

Digitized by Google

cuniae partem ſiue ex reditu ſortis, ſiue ex praxi forenſi, ſiue aliunde tibi obuenientem piis cauſis dicare, propoſitum id conſtanter ſerua, nullamque pecuniam tutius collocari poſſe exiſtima.

XXVIII.

Singulis veſperis quid per diem bene ſecusque feceris, cogita, vitamque quotidie emendare ſtude.

Documenta pietatis ipſius porro ſunt Cantilenae, quas elaborauit, quoties ſanctiſſimo epulo vſus eſt. Praedicat hanc pietatem Goetzius l. c. p. 12 his verbis: *So offte er zum Tiſche des Herrn gieng (welches jährlich etliche mahl geſchahe) pflegte er jederzeit ein ſchönes Lied zu verfertigen, um ſich in guter Andacht zu unterhalten, und ſeines HErrn JEſu Wohlthaten danckbahrlich zu erheben.* Elucet quoq; ſingularis pietas ex precibus, a ICto quotidie effundendis, quas anno 1710 litteris mandauit. Dabo harum initium, itidem ex αὐτογράφῳ. Titulus eſt: *Tägliches Gebet eines Juriſten, ſo ich A. 1710. den 6 Jul. zu meiner Nothdurfft auffgeſetzet.* Ipſae preces ſic incipiunt:

1.

Brunquell der Gerechtigkeit,
GOtt, o du gerechtes Weſen,
Deſſen Hand den böſen dreut,
Und die Frommen hat erleſen,
Laß dir meines Hertzens Flehen,
Meine Bitt zu Hertzen gehen.

2.

Sende Weißheit und Verſtand,
Zu mir, HErr, aus deiner Höhe,

Daß

Daß das Unrecht werd erkannt,
Und ich gleich, was recht iſt, ſehe,
Daß ein Labyrinth der Sachen,
Mich nicht mög verwirret machen.

3.

Sey mein Lehrer dieſen Tag,
Und laß deinen Geiſt mich treiben,
Daß ich nichts verſehen mag,
In dem Reden oder Schreiben,
Seegne meine Wort' und Thaten,
Und laß mich, was gut iſt, rahten.

4.

Gib mir ſolch ein Hertz dabey,
Das auffrichtig möge wandeln,
Und ohn alle Furcht und Scheu,
Nur nach dem Gewiſſen handeln,
Daß ich mich nie mög befleiſſen,
Das, was unrecht, recht zu heiſſen. &c.

Alia pietatis Langianae, nunquam laudibus ſatis ornandae, documenta minime vulgaria venerabil. Goetzius l. c. copioſe annotauit. Vnde non ſolum ob eruditionem & induſtriam, ſed rectisſime etiam ob pietatem Noſter laudatur in breui illa relatione, quae ex Fama Erudita deſumta de eo legitur in Lexic. Erudit. German. Append. p. 2658. Quid? quod ex eius ſcriptis, editis pariter ac ineditis, praecipue poëticis, tantum apparet pietatis ſtudium, vt, ſi alia deeſſent, ſolum hoc illuſtre probitatis exemplum ſatis poſſet deſtruere tritum illud dicterium: *Juriſten ſind böſe Chriſten.* Poſt pietatem commemorare iuuat *commercium litterarium*, quod cum viris

ris quibusdam ſummis habuit. Ex his ipſe in Introd. in Notit. LL. Nautic. p. 5 *Io. Albert. Fabricium*, decus Hamburgi immortale, pag. 109 *Godofredum Chriſtianum Goetzium*, ICtum & Polyhiſtorem Lipſienſium nuper eheu! non ſine rei litterariae iactura defunctum, honoris cauſa nominauit. Commercium litterarium cum V. Cl. *Thoma Crenio* ex Schultzii Diſſ. II de Claris Marchic. poteſt cognoſci. Inprimis autem delectatus eſt conſtanti fauore praeceptoris ſui, *Ioannis Werlhofii*, infra laudandi, cum quo res dubias communicare ipſi licuit, quique pro maxima, qua pollebat, doctrina litteras eruditisſimas remiſit. Superſunt inter MSSta Langiana chartae qvaedam Werlhofianae, quibus perluſtratis haec ſcribens nitor. Et quis dubitat, quin ſi diutius manſiſſet ſuperſtes, viri, qui ex erudito ordine ſunt ipſa lumina, amicitia ſua dignisſimum eum iudicaſſent. Calculum enim merentur tum aliae laudes, a Goetzio in citato elegantisſimo ſcripto pasſim Noſtro tributae, tum hae, quae pag. 12 ſq. occurrunt: „Andere mögen ſein redliches „Hertz, ſo von aller Falſchheit entfernet gewe„ſen, ſein mäsſiges Leben, ſeinen unverdroſſe„nen Fleiſs, nach welchem Ihm ſeine Arbeit „nicht eine Laſt, ſondern eine Luſt war, ſampt „denen übrigen Qualitäten, der Gebühr nach „rühmen, nur ſetze ich noch ſchlieſslich hinzu, „daſs, wenn die Gelehrten entweder *Doctos Lan-„gios*, oder *ICtos pios*, oder *ICtos Poëtas*, oder „*ICtos μικρoβίες*, oder *ICtos ſub auſpicium munerum „defunctos*, oder *Viros ſtatura paruos, eruditione ma-*

gnos

„*gnos* beſchreiben wolten, ſie gewiſs einen groſ-
„ſen Fehler begehen würden, wenn ſie unſern
„ſeligen Herrn Doctor Langen vergeſſen ſolten,
„geſtalt Er unter dieſen allen ſeine Stelle mit
„groſſem Lobe verdienet hat. Addo *Eruditos praecoces* atque *ICtos* πολυγλώττυς, quos inter Noſtro etiam locus ſummo iure eſt aſſignandus. Reſtat, vt *Scripta Langiana* recenſeantur. Quamvis enim aliqua in Elogio Suanteniano iam memorata, operae tamen erit pretium, paulo fuſius, adiectis nonnullis obſeruationibus, de iis ex ἀυτοψία (ſine qua hic nihil ſcribam) exponere. Sunt autem

I. Scripta Latina.

Diſſertatio de Aequitate Iuris Lubecenſis, Lipſ. 1703. 4. Perhonorifica hanc Diſſertationem laude proſequitur ſumme reuer. Praeſul noſter, Goetzius, in Sermon. Nuptial. P. II. pag. 38.

Diſputatio Iuridica Inauguralis de Erroribus, qui circa Quaeſtiones per Tormenta committuntur. Traiect. ad Rhen. 1704. 4. Ornat hanc Diſputationem elegantiſſimum, quod Adrianus Relandus, magnum quondam Belgii ornamentum, ei ſubiecit, carmen, dignum, quod hic etiam legatur:

Viro eruditiſſimo
& morum elegantia, aliiſque animi dotibus ornatiſſimo

Andreae Langio,

quum ad adipiſcendos ſummos in vtroque iure
re

re honores publice Diſputationem haberet Inauguralem.

Aonidum, Langi, & patriae noua gloria terrae,
Gentisque flos recens tuae,
Qui ſubeunda reis varias tormenta per artes
Quo iure nitantur, doces,
Et laudes meliorum hominum plauſumque mereris,
Quid te, quid impulit, precor,
Quum raros tribui ſtudiis videamus honores,
Tam certa per diſcrimina
Et maris & terrae peregrinas tendere in oras,
Varioque mercari ſolo,
Quod patriae proſit, quod te delectet & ornet?
Haec altioris ſpiritus
Et vulgi arbitrium ſpernentis ſemina produnt,
Mentemque cognatam polo,
Seruiles animae populorum vota ſequantur,
Nec vera ſectentur bona,
Et famae aucupio, vel opum ſua tempora ſacrent,
Aut turpiori quaeſtui;
At tua ſunt Themidi ſimul & deuota Mineruae,
Quas negligat mundus licet,
Ipſa ſuis pretium virtus cultoribus, ipſa
Ob ſe meretur diligi.

Adrianus Relandus.

Breuis Introductio in Notitiam Legum Nauticarum & Scriptorum Iuris Reique Maritimae. Lubec. 1713. 8. pagg. 152. Elegantisſimus hic libellus, operis maioris prodromus, ſedecim abſoluitur capitibus, quorum agit I. de Scriptoribus, qui libros ad iura ac negotia maritima ſpectantes, enarrarunt. II. de Legibus Maritimis anti-

quis

quis, & primum quidem de Iure Rhodiorum. III. de Iure Maritimo Romanorum ac Graecorum Imperatorum. IV. de Conſulatu Maris. V. de Iure Wisbyenſi. VI. de Iure Oleronenſi. VII. de Legibus Weſtcappelenſibus. VIII. de Iure Hanſeatico. IX. de Iure Lubecenſi. X. de aliis Legibus maritimis, ſcilicet Iure maritimo Caroli V, Philippi II, Gallico, Hiſpanico, Anglico, Danico, Suecico, Pruſſico, Moſcovitico, Veneto, Belgico & Hamburgenſi. XI. de Scriptoribus, qui de Nauium ſtructura & Arte nauigandi egerunt. XII. de iis, qui literarum humaniorum ac hiſtoriarum luce res maritimas perfuderunt. XIII. de iis, qui doctrina ciuili Nautica illuſtrarunt, aut conſiliis commercia maritima in maius promouere ſtuduerunt. XIV. de Scriptoribus, qui ſyſtemata & compendia iuris maritimi ediderunt. XV. de ſpecialibus iurium maritimorum ſcriptoribus. XVI. de iis, qui ſcriptis ſuis multa iuris nautici capita inſeruerunt, aut illa Reſponſis, Conſiliis, Quaeſtionibus illuſtrarunt. Multa hic offenduntur ſingularia, multam Langii noſtri lectionem, ſolidam doctrinam & acutum iudicium oſtendentia. Quare dolendum, quod praematura morte impeditus non abſoluerit ea, quae porro de hoc argumento commentari in animo habuit.

II.Poema-

II. Poemata Germanica, vulgo Abend-Muſiquen (5).

Weyhnachts-Gedancken. Lub. 1707. 4. pl. 4. Ex vnoquoque horum Poëmatum ſpeciminis loco nonnulla excerpam, vt exteri Lectores, ad quorum manus haec Poëmata, in gratiam Lubecenſium ſcripta forſan raro perueniunt, de nitida Poëſi Langiana queant iudicare. In hoc Poëmate pag. C 2 Dauid loquens introducitur:

Es ſteht an ſtatt der eyſern Zeit
Die vorige von Gold bereit.
Aus Spieſſen wird man Senſen ſchmieden,
Die Schwerdter werden haben Ruh,
Auguſt ſchlieſſt Ianus Tempel zu;
Wir leben itzo ſchon im Frieden.

Pag. D 2 ſq. Magus, Liberatorem intuens:

Weg Sonne, der wir ſonſten dienen,
Wir opffern keine Pferde mehr,
Die rechte Sonn' iſt nun erſchienen,
Der geben wir hinfort die Ehr,
Von der muſtu dein Licht, dein Prangen,
O Mithra, eintziglich erlangen.

(5) Ita vocantur, quoniam numeris & legibus compoſitionis Muſicae adſtricta, in templo noſtro Mariano, duabus vltimis Dominicis Trinitatis, ac Dominicis II. III & IV Adventus, poſt ſacra publica finita, ſunt decantata. Mos iſte dudum Lubecae obtinuit, hodieque obſeruatur.

Es ſollen uns des Feuers Flammen
Ins künfftig nicht mehr heilig ſeyn,
Wir wollen alle Glut verdammen.
Und ehren dieſen nur allein,
Der Sonn und Feuer heiſſet brennen,
Und ſelbſt ein Feuer iſt zu nennen.
Kein Waſſer ſey von uns beſungen,
Weil es nichts Göttlichs in ſich hält.
Der Lebens-Brunn der hier entſprungen,
Der labt und tränckt die gantze Welt,
Der kan mit ſeinen Gnaden-Quellen,
Der Menſchen Aug und Hertz erhellen.

Die Hiſtoria der erſten Eltern. Lubec. 1708. 4. pl. 5. Pag. C. 2 Eva arboris vetitae fructus aſpiciens:

Soll ich eſſen oder nicht?
Die Begierde heiſſt den Willen
Zu erfüllen,
Da das Hertz hingegen ſpricht:
Thu es nicht.
Schöner Baum, da die Gedancken
Mehr als deine Blätter wancken,
Gib durch Rauſchen mir Bericht:
Soll ich eſſen oder nicht.

Pag. C 4. b Adamus nudus ſe tecturus:

Kommt ihr breiten Feigen Blätter,
Und verhüllet unſre Schooß.
Ach! wird gleich der Leib bedecket,
Bleibt die Seele dennoch bloß.
Welch ein hartes Unglücks-Wetter
Schlägt itzt auf dieſelbe loß.

Con-

Concluſio, more conſueto ad ciuitatem noſtram Lubecenſem directa, tam piis, quam elegantibus meditationibus eſt referta:

1.

GOtt, der du den Wunder-Garten,
Haſt in Eden aufgeführt,
Und ihn mit ſo vielen Arten
Schöner Pflantzen ausgeziert,
Laß auch unſer Lübeck grünen,
Und zum Paradieſe dienen.

2.

Laß den Strom von deiner Gnaden
Stets durch unſre Häuſer gehn,
Daß wir ohne Noth und Schaden
Deines Seegens Bäche ſehn.
Gib, daß ſolcher ſich ergieſſe,
Und in viele Ströme flieſſe.

3.

Findt man an dem Traven-Strande
Gleich nicht Gold, noch Edelſtein,
Kan dis doch in unſerm Lande,
HErr, durch deine Güte ſeyn,
Wenn die Handlung wohl gelinget,
Und uns frembde Schätze bringet.

4.

Laß den Baum des Lebens blühen,
Daß wir leben hier und dort;
Brich der Schlangen ihr Bemühen,
Treib ſie weg von dieſem Ort,
Daß wir nimmermehr berühren,
Was uns kan zum Tode führen.

Digitized by Google

5.

Doch ſo wir uns ja beſlecken,
Weil wir Adams Kinder ſind,
Und verbotne Früchte ſchmecken,
So verfahre doch gelind,
Trôſt uns mit dem ſüſſen Nahmen
Deines Sohns, des Weibes-Samen.

6.

Laß den ſchönen Baum der Freuden
Und des Friedens bey uns ſtehn;
Und wenn wir auch ſollen ſcheiden,
Und aus dieſem Eden gehn,
So gib, daß wir ſeyn erhoben
In das Paradieß dort oben.

Die Auffopfferung Iſaacs, wie ſolche von Gott befohlen und wiederruffen worden. Lubec. 1709. 4. pl. 5½. Occaſione ligni ab Iſaaco portati, typi crucis Chriſti, eleganter pag. B. 4 canit:

Schönes Creutz du giebſt mir Schatten,
Wenn des Unglücks Hitze brennt,
Und dein Holtz kommt mir zu ſtatten,
Wenn des Lebens Schiff ſich trennt.
Du biſt die erhobne Stange,
Wornach jeder Sünder ſieht,
Wenn von der vergifften Schlange,
In die Seel ein Biß geſchieht.

Die Erniedrigung und Erhöhung Joſephs, als ein Bild der Erniedrigung und Erhöhung Chriſti. Lubec. 1710. 4. pl.

Digitized by Google

4. pl. 6. Comparatio Seruatoris cum Ioſepho accuratisſime, quoad omnes circumſtantias, obſeruatur. Tunica Ioſephi ſanguine conſperſa pulcherrimam hanc meditationem ſuggesſit, quae p. B 2. legitur:

Wer iſt der Mann,
Der dort hervor von Edom bricht,
Mit rothen Kleidern angethan?
Iſt dis mein Jeſus nicht?
Sprich, o du Hoffen aller Väter,
Warum iſt dein Gewand ſo roht?
Haſtu den Rock in Wein,
Und Weinbeer-Blut genetzt?
Hat jemand dich verletzt?
Du gleichſt ja einem Kelter-Treter:
Ach ja, du trittſt die Kelter auch allein
Kein Sterblicher kan mit Dir ſeyn.
Dein Leib, der Uberzug der Seelen,
Iſt, wie des Joſephs Rock, voll Blut,
Und ſtrömt (durch wen? Ach durch mein eignes Quälen)
Mit einer Purpur-Flut.
Dis iſt der Jordan, der mich wäſcht,
Der von dem Auſſatz meiner Sünden,
Mich, wie Naeman, kan entbinden:
Und wodurch ich, wenn nun mein End iſt nah,
Mit dir, du rechter Joſua,
Kan das gelobte Land dort finden.

Currus, quo vectus eſt Ioſephus, his cogitatis anſam dedit:

Digitized by Google

Joſeph fährt auf einem Wagen,
Voller Pracht und Herrlichkeit:
So läßt ſich zur letzten Zeit
JEſus auf den Wolcken tragen,
Wenn die Frommen zu ihm gehn,
Und die Brüder und Bekandten,
Eltern, Kinder und Verwandten
Sich einander wieder ſehn.

Die Ausführung der Kinder Iſrael aus Egypten. Lub. 1711. 4. pl. 5. Ex conſideratione diei, quo agnus paſchalis mactatus, haec orta eſt perinſignis meditatio, pag. D 2 ſq legenda:

An eben ſolchem Tag und faſt zu gleicher Zeit,
Iſt auch mein Heil erblichen.
Die Sonne träget Leid,
Dieweil das Licht der Welt gewichen,
Die Gräber öffnen ſich,
Weil der verſtirbt, der Todte machet leben.
Die Felſen trauren ſelbſt um dich,
Du Felß des Heils, und fangen an zu beben.
Der Fürhang reißt; ach riſſen alle Hertzen
Zugleich entzwey, vor Reu und Schmertzen.
Ach! biſtu todt, der du mein Leben heiſt,
Und ich kan doch noch leben?
Ach! möcht ich meinen Geiſt
Bey Deinem Creutz aufgeben.

Die Einführung ins Land Canaan durch Joſua, als ein Bild der Einführung ins ewige Leben durch JESUM.

Lub.

Digitized by Google

Lub. 1712. 4. pl. 5½. Hoc in primis Poëma dulciſſimis meditationibus eſt repletum. Pag. A 3 pius ex hac vita egreſſurus DEum alloquitur:

Wenn ſich meine Augen ſchlieſſen,
Schlieſſeſt Du den Himmel auff;
Wenn ſich endt mein Lebens-Lauff,
Kan ich dich, mein Leben, küſſen:
Und der Austritt aus der Welt,
Iſt der Tritt ins Himmels-Zelt.

Pag. A 4 praeguſtus vitae aeternae nitide deſcribitur:

Für den ſtarcken Himmels-Wein
Sind die Hertzen viel zu klein:
Drum ſo flöſſt uns GOtt im Glauben,
Von des Paradieſes Trauben
Hier nur einen Tropffen ein.

Pag. B 4 de vita aeterna, huic innumeris modis praeferenda, canitur:

Ein halber Augenblick dort oben
Iſt mehr zu loben
Als hundert tauſend Jahre hier:
Was kan denn ſeyn die Lebens-Zeit
Bey der ſo langen Ewigkeit?
O! rechnet wol, ihr Menſchen! ihr!

Pag. E. ſumma ſapientia rectiſſime delineatur:

Aller Menſchen Witz und Kunſt
Iſt nur Narrheit und ein Dunſt.
Der iſt bloß gelehrt zu nennen
Und ein rechter Salomo,
Der ſich ſelber ſucht zu kennen,
Und das groſſe A und O.

Der Irrdiſche Simſon, der in vielen Stücken ein Bild des Himmliſchen iſt. Lub. 1713. 4. pl. 5. Apta Liberatoris comparatio cum Simſone legitur p. C 3 ſq:

Mein Heyland kan der rechte Simſon ſeyn,
Der gantz allein
Mit allen Feinden ſich geſchlagen
Und doch den Sieg davon getragen.
Er iſt der ſtarcke Held,
Der HErr, ſo mächtig iſt im Streit,
Der Trotz der Höllen beut,
Und Teuffel, Tod und Welt
Durch ſeine Rechte hat gefällt.
Der dieſe, die ihn wolten fangen
Mit Spieſſen, Schwerdten, Stangen,
Nur durch das Wort: ich bins, zu Boden ſchlägt:
Drum werd ich nicht zur Furcht bewegt,
Wenn gleich viel hundert tauſend Mann,
Um mich herum ſich legen;
Weil ich ohn Spieß und Degen
Sie überwinden kan.
Steht gegen mich das gröſſte Krieges-Heer,
So ſind bey mir noch mehr;
Dort hat der Satan alle Macht
Und alle Teuffel aufgebraht;
Dort ſteht die Welt mit ihren Kindern,
Mit hundert tauſend rohen Sündern;
Dort ſtehet Tod und Höll:
Hier aber ſteht Immanuel.

Finiam excerpta Poëtica carmine, quo B. Langius Poëmatibus ſuis, concentuum Muſico-

ſicorum veſpertinorum ergo elaboratis, finem impoſuit. Tam pie autem, tam apte, tam ingenioſe cecinit:

1.

Chriſten, ſucht, daß ihr im Leben
Den Verlobten GOttes gleicht.
Trincket nicht den Safft der Reben,
Den euch Welt und Sünde reicht.
Denckt, daß euer Heyl und Krafft
An dem Haupte, Chriſto, hafft.

2.

Sucht die Löwen ſelbſt zu fällen,
Zähmet der Philiſter Wuth,
Traget weg das Thor der Höllen,
Wenn die Wo[illegible]reundlich thut,
O ſo rufft: Ach! ſie[illegible]ich für,
Die Philiſter über dir!

3.

Sollt euch Delila bethören,
Die euch blind und elend macht,
O ſo eylt euch zu bekehren
Sagt ihr ewig gute Nacht.
Und ſo wird durch wahre Reu
Eure Krafft auch wieder neu.

4.

Weiche nie von unſern Gräntzen,
Starcker GOtt! mit deiner Krafft,
Laß dein Seegen uns umkräntzen,
Schütze Rath und Bürgerſchafft,
Daß ſie, biß die Welt fällt ein,
Immer Dir verlobet ſeyn.

Digitized by Google

III. Scripta inedita & affecta.

Annotationes ad Ius Lubecenſe. fol. & 4. Hae Annotationes, quae a B. Auctore etiam *Inſtitutiones Iuris Lubecenſis* appellantur, non pauca implent alphabeta. Multa etiam ab Ipſo ſunt collecta documenta & acta, Ius Lubecenſe illuſtrantia. Dolendum ſane eſt, ipſum Langium huic operi vltimam non impoſuiſſe manum. Interim non dubito, quin ſi vir quidam iuris, in primis Lubecenſis, peritisſimus vellet Annotationibus Langianis operam ſuam addicere, non poſſet non opus luce dignum ex iis formare.

Ius Hanſeaticum illuſtr[illegible]. fol. Vtinam hoc opus fuiſſet abſolutum [illegible]

Leges Maritimae Antiquae Notis illuſtratae. fol. De hoc ſcripto in Introd. pag. 19 ita commentatur: *Ipſe denique, ſi tanti eſt hoc addere, ante aliquod tempus leges iſtas nauticas, de quibus hactenus actum eſt, & quidem vtramque earum ſectionem notis illuſtraui, & cum aliarum gentium legibus maritimis contendi; quod opusculum, affectum tantum, inter ſchedas meas abieci.* Commentarius hic, luce omnino dignus, praeter alia, reconditam, quam Noſter habuit, antiquitatis cognitionem oſtendit. Habebunt hic non iuris ſolum cultores, ſed antiquitatum etiam ſtudioſi, quo delectari queant. Ego ſaltem fateor, quod non ſine ingenti voluptate multa in hoc Commentario legerim.

De Iure Contributionis, ſeu Avariae. fol. pagg. 74. Ipſe Langius in Introduct. p. 141: „Extat de

„hac

„hac re libellus *Quintini Weitſii de Havariis*, „Belgice ſcriptus. — — — Cum itaque „Weitſii libellus paruus admodum ſit, & Diſ„ſertationes adductae rem non exhauriant, „materiam hanc paulo plenius excuſſi, & „ſpeciali libro, quem affectum habeo, quae „ex antiquis & recentioribus legibus nauticis „huc pertinent, aliàque argumento huic il„luſtrando idonea, concluſi.„ Caput I agit de Definitione, Origine, Aequitate, Nomineq; ipſo Contributionis, ſeu Avariae. II. de Diuiſione Auariae, & ſpeciatim de Auaria communi. III. de Iactu. IV. de Cauſis, ob quas Avariae maiori locus eſt. V. Quando Avariae locus non eſt. VI. de iis, qui contribuunt, & rebus, quarum nomine contribuitur. VII. de Aeſtimatione ac Contributionis Computatione. VIII. de Actionibus, quae Contributionis nomine competunt.

Conſulatus Maris, in quo Leges ac Ordinationes de Contractibus, Negotiisq; Maritimis continentur, Latina ciuitate donatus. Hiſtoriam huius libri Noſter more ſuo, i. e. accurate & diligenter dedit in Introd. pag. 24 ſqq. Cum vero deinceps legiſſet verba Boecleri in Praef. Notar. in Grot. ſcribentis: *Conſulatus Maris liber nunquam ſatis laudatus, ſi argumenti nobilitatem, copiam, vſum ſpectemus. Quem Latina veſte indutum conſpici, publice arbitror intereſſe*; cognouiſſet etiam, exiguam verſionis, adornatae a *Dan. Fiſchero*, Conſule quondam Roſtochienſi, edendae ſpem affulgere (vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1698.

1698. p. 199. B. Langius noſter in Introd. p. 34 ſq), ipſe ad librum hunc Latino idiomate exprimendum animum adiecit, incitatus forſan his Io. Werlhofii verbis, quae ex Epiſtola ad Noſtrum an. 1709. d. 24 Maii ſcripta excerpam: *Verſionem Latinam Conſulatus Maris Fiſcherianam neſcio an, vt tanti aeſtiment, ſatis cauſae haeredes habeant, cum, ſi velis, aeq; eleganter, Te interprete, liber ille Latine reddi poſſit.* Veriſſime iudicaſſe Werlhofium, docent capita, quae vidi, CXXXVIII, a Noſtro nitide ſatis tranſlata. In Introd. p. 34 ſq de hac verſione ſcribit: *Ipſe ad librum hunc Latine exprimendum animum appuli, non vt cornicum oculos configam, (nihil enim noſtra ad Fiſcheriana) ſed vt lacerta indutus Latina domi apud me ſit, vsque dum purpurea Fiſcheri toga in publicum prodire queat. Hinc primam eius partem ante annum, & quod excurrit, iam abſolui.* Iſtud quoque eſt notandum, quod Fiſcherus ex Italico exemplo, noſter ex editione authentica Catalonica, ſiue Hiſpanica, verſionem adornarit.

Ius Wisbyenſe Maritimum Latine verſum. fol. In Introd. cap. V. p. 35 ſq inſignem huius Iuris dedit notitiam, quam ſequentibus verbis clauſit: „Cum autem Ius hoc Iuris noſtri Lubecenſis fons ſit, ipſe quoque non ita pridem „illud in linguam Latinam transtuli, quae „verſio vt in lucem prodeat, operae pretium, „non erit.„ Imo vero operae erit omnino pretium, optime Langi, illam cum orbe communicari, licet maxima tua modeſtia non per-

mittat,

mittat, vt magnificentius, quam verius ſcribas.

Leges Uliaricae de Gallico Latine verſae. fol. De his Legibus, ſiue de Iure Oleronenſi, accurate commentatus eſt in Introd. p 44 ſqq. Ibidem p. 49 ſcribit: „Latinam (Legum Oleronen„ſium) verſionem ego nuper adornaui, cui „tamen, vt reliquis noſtris, acris adhuc lima „deeſt.

Leges Maritimae Weſtcappellenſes de Belgico in Latinum translatae. fol.

De Charta Partita, vulgo Certe-partey. fol. Vid. Introd. pag. 138. vbi haec verba leguntur: „De „formula inſtrumenti contractus locatae „conductaeque nauis, *Certe-Partey*, ipſe non „ita pridem breue & leuidenſe aliquod ſcri„tum exaraui, quod tamen luce adhuc indi„gnum eſt.

Variae Lectiones Eccleſiaſtico-Iuridico-Politico-Hiſtorico-Philologicae. fol. Collecta ſunt haec Miſcellanea, multas notatu dignas obſeruationes complectentia, an. 1711 & 1712.

Compendium Hiſtoriae Lubecenſis. 4. Auſpicatus illud eſt his verbis: *Ob gleich eine weit beſſere Feder, als die meinige, erfordert wird, die Geſchichte, Zufälle und Veränderung der berühmten Stadt Lübeck zu beſchreiben, und ſolches auch von einem hiezu am beſten geſchickten Mann, nemlich unſern gelehrten Hn. von Melle, nebſt andern, verſuchet worden, ſo habe ich mich doch unterwunden, zu meiner eigenen Nachricht dieſen kleinen und aus bewehrten Scribenten ausgezogenen Auffſatz zu verfertigen,*

fertigen, bis wir einſt das Glück haben, ein vollkommenes Werck von der Hand kurtz-benannten Hrn. von Melle zu ſehen. Prima autem vidi tantum huius Compendii initia, quae iam circa annum 1164 deſinebant.

Selecta Bibliotheca Iuridica. 4 Huius ſcripti prima Sectio ICtum etiam ad optimos litterarum humaniorum & elegantiorum fontes ablegat.

Hiſtoriſche Beſchreibung der vornehmſten Reiche und Länder. 4.

Nachricht von den Chur-Fürſten. 4.

Theſes Iuris Fundamentales. 4.

Theſes Politicae Fundamentales. 4.

IV. Poëmata inedita.

Gedancken über die Geburt und Beſchneidung Chriſti.

Gedancken bey dem Creutze Chriſti.

Etliche Capittel aus Thomae von Kempen Buch von der Nachfolge Chriſti, in Teutſche Verſe gebracht.

Amintas aus dem Italiäniſchen des TASSO ins Teutſche überſetzet.

Etliche Fabeln Aeſopi ins Teutſche überſetzet.

Rätzel.

Grab-Schrifften.

Taceo reliqua Poëmata, tam Latina, quam Germanica, tam ſacra, quam alia, quae colligi, editis adiungi, & cum harum deliciarum cultoribus communicari merentur. Vtinam licuiſſet Langio noſtro tam praeclara ſcripta plane abſolvere & cum orbe litterato communicare! Quantopere potuiſſet hoc ſuo filio ſuperbire optima mater Lubeca! *ACHIL-*

Digitized by Google

ACHILLES DANIEL LEOPOLDVS.

Iuriſconſultus hic de bonis litteris praeclarisſime meritus Lubecam noſtram agnoſcit patriam. Natus enim eſt in hac ciuitate, cum annus milleſimus ſexcenteſimus quinquageſimus & primus ageretur. Patrem coluit *Fridericum Leopoldum*, Notarium Caeſareum tabulis Com. Imp. inſcriptum, quem an. 1671. d. 26 Iun. defunctum Hermannus Nottelmannus & Dauid von der Brûgge honorificis carminibus laudarunt: matrem vero *Catharinam*, *Franciſci Dehns*, I. V. D. celeberrimi, filiam ornatisſimam. Litteris, quibus aetas iuuenilis ad humanitatem ſolet informari, publico diſcentium cotui adſcriptus, egregie fuit imbutus. Initio quidem priuata vſus eſt inſtitutione, ſed ea fuit adeo corruptus, vt hodieque illam deteſtetur, improbetq; valde conſilia eorum, qui, publica inſtitutione neglecta, filios ſuos clancularіis magiſtris, imperitis ſaepe earum rerum, quae ad fundamenta litterarum iacienda pertinent, imprudenter committunt. Laetatur idcirco hodieque, quod prudentisſimis formandae iuuentutis magiſtris ſit tandem traditus. Fructuum inde perceptorum teſtem habeo idoneum Ioan. Strauchium in Progr. Inaug. ita ſcribentem: *Adoleſcentiam noſtri Candidati rexerunt Parentes optimi domi ſuae, magiſtri publici, foris, in Gymnaſio patrio: in primis* Hermannus Nottelmann, Ioannes Polzius, *nec non* Iuſtus Tribbechouius, *viri praeclarisſimi*

clariſſimi. Hi ſtudia eius ordinare, hi praecipere; hi adoleſcentiam eius optimis moribus ac diſciplinis inſtruere. Eundem Strauchium iuuat curriculum Noſtri Academicum enarrantem audire. *Noſter Candidatus*, inquit, *in Academia Giſſenſi celeberrima viros audiuit gloria eruditionis inſignitos. Ceterum iter iſtud ad Cattos cum meditaretur, comitem, imo ducem elegit* Philippum Ludouicum Hannekenium, *SS. Theologiae Doctorem & Profeſſorem in Academia illa meritisſimum, cuius beneuolentiam etiam obſequio promereri operam ſedulo nauauit. Vix autem Giſſam ingreſſo mors parentis nunciata eſt. Quare domum reuocatus a latere* Nicolai Chriſtophori Lynckeri, *Profeſſoris & Conſiliarii Saxonici atq; Manderſchidenſis nobilisſimi, inuitus fuit abreptus,* VENIAq; AETATIS *a Senatu patrio impetrata ad eundem rediit, eiusq; conſuetudine in ſtudiorum curriculo bene atq; vtiliter vſus eſt, quod & honoris atq; grati animi ergo his tabulis publicis teſtatum facere voluit. Laudat praeterea inter hos, quos publice audiuit,* Antonium Henricum Mollenbecium, *I. V. Doctorem & Prof. publ., nec non* Haberkornium, *nunc Reip. Goerlizenſis Luſatorum Syndicum bene merentem. Sub his doctoribus non mirum eſt, eum tantos in iure progreſſus feciſſe, vt inſtar agri foecundi plus, quam acceperat, reddiderit. Praeſertim cum in* Gregorii Tulsneri, *Profeſſoris primarii & Conſiliarii Haſſo-Darmſtadini, legum Antiſtitis, familiaritate vixerit. ——— Praeter iuris ſcientiam arti etiam Medicae, parti in primis nobili, Anatomicae vacauit ductu viri celeberrimi* Michaëlis Heilandi, *Prof. publ.* Cum deinceps nobiliores Haſſiae

ſiae atque Palatinatus Rheni ciuitates perluſtraſſet, Spirae etiam Nemetum & Heidelbergae aliquandiu commoratus fuiſſet, Italicum iter auſpicatus eſt, praecipuasque Italiae vrbes curioſe ſpectauit. Venetiis Bacchanaliorum ſolemnia vidit: Romae anatomicis demonſtrationibus nonnunquam adfuit, nec non in *Athanaſii Kircheri*, Mathematici & Phyſici iſto tempore ſummi, amicitiam penetrauit: Mediolani *Settala*, inſignis quoque Mathematicus, humanisſime eum excepit. Ex Italia venit in Galliam, cuius vrbes celebriores, praecipue autem Lutetiam, non minori & cura & fructu inuiſit. Perrexit in Angliam, vbi Londinenſis ſplendor, Oxonienſis pariter ac Cantabrigienſis litterarum cultura, *Walliſii* ac *Boylei* humanitas, & alia memorabilia diutisſime eum potuiſſent detinere, niſi ob graues cauſas in Germaniam ipſi fuiſſet redeundum. *Quapropter*, ita pergit Strauchius, *iterum in Galliam tranſmittens, per Flandriam, Brabantiam, Hollandiam, Amſtelodami, Hagae Comitis & Lugduni Batauorum moratus, mox per Friſiam Occidentalem, Orientalem, Bremenſem Archi-Epiſcopatum, patriam per aliquot dies ſalutans, in Saxoniam excurrit, & Dresdam impenſe permiratum, politisſimi Lipſienſium mores curſum ſiſtere iuſſerunt: ibi igitur ab experientisſimo* Godofredo Welſchio, *Med. D. ac Profeſſore, cuius ingenio & felicitate medendi Misnia, nec ſola, illuſtratur, hoſpitio, conſueta humanitate exceptus, in conuerſatione viri admodum Iuriſperiti & Practici* Ioachimi Andreae Corvini, *iuris repetitionem inſtituit, publicis lectionibus* Pauli Fran-

ciſci Romani & Auguſti Benedicti Carpzouii *auditor adfuit. Tandem Ienam laborum ſuorum finem ſtatuens, non ita pridem huc venit, non ſolum vt cenſuram Facultatis noſtrae ſubiret, quantos profectus in iure fecerit, ſed & vt nobilis Docturae gradum prima quaque occaſione adſcenderet. Nos eum lubentisſime in campum hunc mittentes, revera comperimus, haud quaquam Nervae degenerem imitatorem eſſe, quem anno decimo ſeptimo aetatis de iure reſponſitaſſe Vlpianus praedicat. Ita reſpondit ſcienter, accurate, appoſite.* Haec an. 1674. IIX Kal. Febr. ſcripſit incomparabilis ICtus Ienenſis, *Io. Strauchius*, quo praeſide Noſter an. eod. docte a ſe elaboratam *Diſputationem Inauguralem Iuridicam de Venia Aetatis* egregie defendit. Terras deinceps etiam Septentrionales adiit, quod vt probem, non poſſum non hic inſerere elegantisſimam Inſcriptionem nuptiis Leopoldinis an. 1675 conſecratam, cuius titulus eſt: *Taedae Cypriae Viri nobilisſimi ac amplisſimi Domini ACHILLIS DANIELIS LEOPOLDI, I. V. D. connubio ſibi iungentis Virginem nobilisſimam ac delicatisſimam ANNAM MARGARITAM, Viri Magnifici ac Praenobilis* DN. DN. *IOANNIS RITTERI, ICti Magni ac conſummati, Conſulisque Lubec. primarii, dilectisſimam Filiam, pro veteri ac ſancta amicitiae noſtrae fide Giſſae Cattorum gratulabatur M. Ioann. Wilbelm Peterſen, Lubecenſis.* Ipſa inſcriptio ita ſe habet:

Lapidaria.

Hoc deerat felicitati tuae
Nobilisſime Achilles,

Vt

Vt ſuperato Pindo Paphiam adires
Myrtum,
Et vigilatas Mineruae noctes dulci
Veneris ſomno diuideres.
Nulla quippe dulcior quies,
Quam poſt implicitas leges explicatas
Annulae implicari & indormiſcere.
Gratulor inclytis illis thalamis,
Et exteris terris gratias ago,
Quae Leopoldum noſtrum patriae
Feliciter redonarunt.
Quot enim regna non emenſus,
Romam vidiſti, Romanumque Deum,
Nubiferum Apenninum, niueas Alpes,
Igneſcentem Veſuuium
Audaci, innocuo tamen, pede calcaſti.
Relicta Italia alia luſtras
Latio nimirum latior animus tuus
Gallias adit,
Et Parides in Pariſiis notat.
A Liliis ad Roſas & Batauos
Quaſſatas prouincias & aegrum leonem
intuendo.
Sed ſtare in vno loco non poterat
Tam pulcher Phoebus.
Ergo ad glacialem Arcton
Feruidus ruis,
Sueciam, Daniamque ſalutas.
Quibus viſis Lubecam feſtinat
Velut ad portum;

Digitized by Google

Errare enim non poteſt amoris
Magnes,
Ad ſuum polum tendit.
Sic perluſtrato mundo nullam mundiorem
Nullamve pretioſiorem Margaride
Inveniſti
Igitur pro Romana Lubecana,
Pro Britanna Anna frueris.
Felices Calendae Martiae!
Quae Martium ad amores Achillem
reddiderunt!
O fortunatam natam ſub Conſule ſponſam!
Cuius manus manicae, ora lora, facies faces,
Stringunt, vrunt, colligant.
Accede ad hunc ignem inſignem,
Pro Troia hac incaleſce,
Pugna & expugna animoſe Achilles,
Inuia virtuti nulla eſt via
Amor viam inueniet,
Et ſuo ſe Achilli Ritteriana Venus
Suave ſubmittet.
O delicatae pugnae!
Ducat alius Hecubam, cum qua cubet,
Alius canam aliquam putet eſſe
Dianam,
Alius elumbem, columbam vocet
Hic oculatus amor melius ſapit
Hic iuuentus & vigor ſororiantur
Hic ipſae Charites habitant.
Vire pulchra Virago
Et Margaritis Maritum vni.

Vire

Digitized by Google

Vire nobiliſsime Sponſe
Anna cum Anna & perenna.
Cerne nouos Achilles,
Viue Daniel vel ipſis leonibus timendus,
Viue in Leopoldina ciuitate
Leopoldi
Certus olim patriae futurus
Achilles.

Hoc vero coniugium, ad Iubilaeum Gamicum properans, vti numeroſam Noſtro conciliauit prolem, ita etiam triſtia Eum fata experiri paſſum eſt. Non enim amiſit ſolum ſuum IOANNEM FRIDERICVM, Medicum excellentiſſimum (cuius memoriam ſubſequens Sectio conſeruabit), verum etiam duos, quos hic non poſſum non commemorare, Filios ab ipſa natiuitate caecos accepit. Alter horum, NICOLAVS ANDREAS, an. 1710 mortuus eſt, atque a caeco fratre, mox laudando, hac praedicatus Inſcriptione:

NICOLAVS ANDREAS LEOPOLD
Theologiae cultor,
Viri Prae-Nobiliſsimi, Excellentiſsimi
ac Conſultiſsimi Domini
Domini
ACHILLIS DANIELIS LEOPOLDI,
I. V. D.
Filius
Natus
Anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum
octogeſimo ſeptimo

 Denatus

Digitized by Google

Denatus
Anno ſupra milleſimum ſeptingenteſimum
decimo.
Hic integer vitae, ſceleriſque purus Iuuenis
Lumine quidem oculorum
In vita plane orbatus fuit.
Attamen quoad vixit
Omnem mouit lapidem,
Vt defectum illum
Ingenii ſui lumine & profectibus aliis,
Quos fecerat exoptatisſimos,
Reſarciret.
Memoria
Ad ſtuporem vsque
Gauiſus eſt felicisſima.
Huius beneficio
Integros ferme libros recitare valebat.
Dignus ergo,
Qui poſt noſtram adhuc memoriam
Vigeat, floreat quam diutisſime.
Si periculum feciſſes
In Theologicis, Poëſi, Hiſtoricis,
Geographicis ac Linguis variis,
Solertem Tibi Eum dediſſem.
Litteras humaniores
Sibi adeo familiares reddidit,
Vt eius conſilium in dubiis
Lapidis inſtar Lydii adhiberetur.
Artem Muſicam probe calluit,
Multis profecto
Artem ſcilicet iſtam profitentibus
Palmam nonnunquam dubiam faciendo.

Aſt

Digitized by Google

Aſt
Eheu!
Fuit, vixit, vicit.
Imo fuit
Et quamdiu fuit, non obfuit,
Sed profuit & delectauit.
Vixit
Et cum deſiderio ſui e vita exceſſit.
Vicit tandem
Non viuendo ſolum,
Cum ſe ſemper Nicolaum Andream,
Hoc eſt, Virum
Incommoda caecitatis
Pie, conſtanter, fortiterque ferentem
Praeſtitit,
Sed etiam moriendo
Aeternis videlicet brabeis
Ceu victor coeleſtis in aeternum fruiturus.

Alter vero, ACHILLES DANIEL, exhibitae Inſcriptionis auctor, hodieque ſupereſt, atque in litteris elegantioribus, Iurisprudentia, Hiſtoria, Geographia, Poëſi, Muſica eos aliorum inſtitutione atque praelectionibus ſibi acquiſiuit profectus, quos qui cognitos habent, merito mirantur. Praecipue vero ad hauriendam iuris ſcientiam animum adiecit, ſucceſſu adeo felici, vt nunc *Diſputationem Inauguralem de Iure Caecorum a natum* paret. Ceterum Noſter, qui Wetzlariae an. 1712. d. 20 Iun. a FRANCISCO ADOLPHO DIETERICO, Barone ab INGELHEIM, creatus eſt Comes Palatinus Caeſareus, ob litterarum maximam peritiam, amoremque eas

 promo-

promouendi inſignia praeconia obtinuit. Summe reuerendus Goetzius, Praeſul noſter dudum meritisſimus, eum cum Longino Casſio comparat, & non ſolum *doctisſimum ICtum*, ſed etiam *Bibliothecam ſpirantem & ambulans Muſeum* appellat. Vid. eius Sermon. Nuptial. P. I. Serm. XLVI. pag. 45. B. Andr. Langius in Introduct. in Notit. Legg. Nauticar. c. 10. p. 76 *laudandum*, inquit, *Pereirae opus de Iure Indiarum, quod Iuriſconſultus celeberrimus, & ordinis noſtri togati ſenior, D. Achilles Daniel Leopold, ex egregia ſua Bibliotheca mihi commodauit.* V. C. Thomas Crenius Epiſtolam ad filium ipſius, Io. Frid. Leopoldum, an. 1703. III Non. Iun. datam, his verbis claudit: *Vale & meis verbis Parenti Tuo, ſummo viro, cuius ego virtutem obſeruantia magna proſequor & admiratione, quippe qui in tantis audiendi, legendi, conſulendi & ſcribendi negotiis, in tam occupata vita & multorum voluntati addicta, cum Phoebo tamen & Muſis ita rationem habet, ac ſi ſummo eſſet in otio, quod ſane magnum eſt excellentis ingenii indicium, plurimam dic ſalutem.* Vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1703. p. 216 Cl. Io. Mollerus in Diatr. de Helmoldo Lubec. 1702. 4. §. 1 *Iuriſconſultum celeberrimum & varia elegantique doctrina conſpicuum* eum nuncupat. Meritus eſt haec, & alia elogia, dum litterarum amore ductus, varios eruditos conatus iuuare ſtuduit. De quibus nonnulla ſunt adiicienda.

Morhofii Polyhiſtorem, opus plane incomparabile, vt Boeckmannus noſter ſuis ſumtibus in lucem prodire ſineret, curauit. Ipſe Morhofius in Praefat. primae Polyhiſtoris, ſed imper-

imperfecti, editioni praemiſſa hoc noluit diffiteri, dum ita ſcripſit: *Quod vt eo felicius procederet, effecit Vir mihi amiciſſimus D. Achilles Daniel Leopold, ICtus apud Lubecenſes nobiliſſimus, cuius hortatu, conſilioque potiſſimum impulſus eſt, qui ſuis ſumptibus librum in lucem edidit.* Simili ratione nouam integri Polyhiſtoris editionem ſuis conſiliis promouit. Quae idcirco Morhofius moribundus in colloquio familiari cum eo communicauerit, annotauit Mollerus in Prolegom. in Morhof. Polyhiſt. pag. 74.

Bibliothecae Reales Lipenianae longe vtilisſimae lucem forſan non aſpexiſſent, niſi meritisſimum Lipenium, quodammodo reluctantem & laborioſisſima opera, ob iniqua nonnullorum iudicia, premere volentem, Noſter excitaſſet, & ad euulganda ea, quae incredibili plane induſtria collegerat, inſtigaſſet.

Noua Litteraria Maris Balthici & Septentrionis ipſo *auctore atque impulſore in hac vrbe collecta eſſe*, animaduertit Medicus litteratisſimus, Andr. Plantecouius (de quo in Sect. ſubſeq. agetur) in Epiſtola ad Noſtrum data, quae citatis Nov. Lit. 1707 inſerta, pag. 313. Cl. Crenius in Dedicat., qua Noſtro Partem II Meditatt. Pasſional. ad Matth. XXVI. Francof. ad Moen. 1708. 8. publicatam, conſecrauit, his Eum verbis idcirco laudat: *Das Balthiſche Bücher-Neu bezeiget die Gröſſe ſeiner Liebe, denen Künſten, Geſchichten und Nach-*

kommen zu helffen; und iſt die um ſo vielmehr zu loben, weil die vielfältige Geſchäffte und ſtets vorkommende Reiſen auch dieſelbige nicht zu hemmen vermögen. Conf. celeberr. Struuii Introd. in Notit. Rei Litter. cap. 6. p. m. 273. V. C. Iac. Frid. Reimmanni Introd. in Hiſt. Lit. p. 207, vbi primi horum Nouorum Litterariorum auctores Ach. Dan. Leopold & Iac. a Melle citantur.

Bangertinae Helmoldi editioni in lucem denuo protrahendae ſuam quoque curam noluit denegare. Vid. Mollerus ſub init. cit. Diatr. de Helmoldo.

Cimbriae Molleri Litteratae per litterarium commercium augendae ſuam non minus operam lubens addixit. Leg. Nou. Lit. Mar. Balth. 1698. p. 68.

GEORGIVS CASPAR LINDENBERG.

Patre gauiſus eſt *Caſp. Lindenbergio*, I. V. D. & cauſarum in foro Lubecenſi patrono fideliſſimo, quem an. 1694 defunctum B. Suantenius collaudauit: matrem vero *Annam Eliſabetham*, filiam ornatiſſimam *Hermanni Focken*, Senatoris Lubecenſis prudentiſſimi meritiſſimique. *Commiſſus eſt*, referente Caſp. Matthaeo Müllero, ICto Roſtochienſi inclyto, in Progr. Inaug., *informationi* Enochi Suantenii, *Rectoris Gymnaſii*

Lube-

Lubecenſis, Correctoris Mart. Chriſt. Göldelii, *& Subrectoris* Lipenii. Vitam deinceps Academicam egit Roſtochii, vbi in primis adhaeſit V. C. *Ioachimo Henrico Sibrando*, ſub cuius etiam praeſidio ſuam *Diſputationem Iuridicam de Pactis Dotalibus in genere agentem, & ſpecialem circa illa caſum exponentem* an. 1707 ventilandam propoſuit. Vid. Nou. Lit. Mar. Balth. 1707. pag. 290 ſq, vbi contenta huius Diſſertationis exhibentur. Anno ſubſequenti ibidem, laudato *Müllero* praeſide, *Diſſertationem Iuridicam Inauguralem de Iuramenti Delatione contra Matrimonium* eſt tuitus. Leg. cit. Nou. Lit. 1708. pag. 166. ſq.

HERMANNVS VLRICVS von *LINGEN.*

Vir hic, qui cum ſtudio iuris litteras elegantiores laudatisſime coniunxit, & multorum inſignium ſcriptorum, ad hiſtoriam in primis Philoſophicam ſpectantium, ſpem fecit, iure meritoque accenſendus eſt iis Lubecenſibus, (Lubecam enim accepit patriam) qui ex doctrina nobiles & clari extiterunt. Inter praecoces quoque eruditos locum meretur, ſiquidem prima iam aetate haud vulgaria edidit doctrinae ſpecimina. Anno aetatis decimo ſeptimo pro roſtris ſcholaſticis cecinit res geſtas RVDOLPHI HABSBVRGICI & CAROLI VI, Imperatorum glorioſisſimorum. Poëma, annotationibus haud inconcinnis auctum, editum eſt hoc titulo: *Die unſterbliche Thaten des weyland Glor-würdigſten*

digſten Römiſchen Kayſers, RVDOLPHS von HABSBVRG, und aus deſſelben Kayſer-König- und Ertz-Hertzoglichem Geblüte herſtammenden (Tit.) CAROLI III, Königs in Hiſpanien, Ungarn, Böheim &c., nunmehro aber nach der am 12 *Octobr. A.* 1711 *zu Franckfurt gehaltenen Wahl Römiſchen Kayſers, welche, nach dem in der Kayſerl. Freyen Reichs-Stadt Lübeck am* 21 *Sonntage nach Trinitatis gehaltenen Danck-Feſt, am darauff folgenden* 26 *Octobr. im angeſetzten öffentlichen Herbſt-Examine zum erfreulichen Andencken vorgeſtellet worden.* Lub. 1711. 4. Interiecto anno, cum dimidio fere, an. 1713. d. 15 Febr. auſpiciis B. Suantenii, in Actu Gymnaſtico *Religioſum Argumentum: Gentes nec omnino nullum, nec omnino multiforme Numen credidiſſe*, tractauit, laudabilemque ſtudiis ſcholaſticis finem impoſuit. Vixit deinceps Ienae, in qua celeberrima Academia iuri quidem nauauit operam, ita tamen, vt, praeter legum doctrinam, ſtudium etiam antiquitatis, rei nummariae, hiſtoriae, praeſertim, Philoſophicae, poeſeos & humanitatis excolere laborarit. Ex hac Academia a Sereniſſimo Principe Saxo-Iſenacenſi vocatus eſt Archiui Secretarius. Scriptorum eius, maxima ex parte ineditorum, notitiam dedit Vir. reu. Adolphus Wilhelmus von Gohren, Lubecenſis, Conſiſtorii Saxo-Iſenacenſis Aſſeſſor, ad calcem Carminis, quo Noſtro nuptias cum Virgine nobiliſſima ornatiſſimaque *Dorothea Eleonora*, Viri ſumme reu. atque excellentiſſ. *Io. Sigism. Mönchs*, Sereniſſ. Principis Saxo-Iſenacenſis Concionatoris Aulici primarii, Confeſſionarii & in ſanctiori concilio

lio Conſiliarii primi, filia d. 10 Octobr. 1719 contractas gratulatus eſt. Cum Carmen iſtud ſit in paucorum manibus, notitiam ſcriptorum Lingianorum ex eo ſubiiciam. His autem abſoluitur verbis: „Ich kan nicht unterlaſſen, bey die„ſer Gelegenheit eine Nachricht von des Herrn „Secretarii Scriptis, editis & ineditis (6), beyzufügen,

(6) De his iuuat etiam audire ipſum Lingium, in Praefat. Schediasm. de Orig. & Inuentor. Pecuniae ſcribentem: Opera quaedam alia, quae adhuc in ſcrinio affecta latent, quiescant, donec anni, quos Themidis tutelaris Deae cultui ſolum dicare conſtitui, fuerint praeterlapſi, & acriorem & accuratiorem mihi forte concesſerint iudicii vim, ad ea emendanda σφαλματα, quibus illa adhuc ſcatent. Elaborare autem mihi in mentem venit vt completam & abſolutam quandam *Numismatum Hiſtoriam*, ita etiam accuratam *Philoſophiae Barbaricae Delineationem.* Eiusmodi operum defectus, de quo viri docti adhuc queruntur, inuitauit me ad hos labores ſuſcipiendos. Hiſtoria enim Numismatum, quam Patinus conſcripſit, vir alias aeternum celebrandus, inter omnes optima quidem, at tamen prorſus eſt imperfecta, vt res quaedam grauis momenti in ſtudio numismatico occurrentes incaſſum ibi quaerantur. Barbarica quoque Philoſophia hactenus tales non inuenit cultores, qui integram prorſus & abſolutam eius hiſtoriam ex tenebroſis antiquitatum inuolucris eruere & luci reſtituere omni ſtudio atque opera contenderent. Opera enim Heurnii, Hornii, Kortholti & Stanleii partim manca & leuia ſunt, erroribus ſcatent non exiguis, ſolum quasdam ex Barbaris gentibus praecipuas attigerunt, & inſuper raro obuia pars eorum eſt. Non alienum ergo ratus, hunc tandem ſupplere defectum, ſummo ſtudio magnoque labore ex ipſis fontibus omnibusque huc pertinentibus libris ea collegi, quae ad Hiſtoriam Philoſophiae

„fügen, weil mir ſelbige, als ſeinem vertrauten „Freunde am beſten bekandt ſind. Im 21 Iahr „ſeines Alters edirte der Herr Secretarius eine „*Diſſertat. Epiſtolicam de Nummis & Marmoribus Medicorum veterum memoriam referentibus*. Ien. 1715: „welcher bald das Buch *de Origine & Inuentoribus* „*Pecuniae & Numismatum* (7) ed. Ien. 1715. 4 „nachfolgete. Nach dieſen wendete er allen „Fleiſs in denen übrigen Neben-Stunden an das „verſprochene groſſe Werck *de Philoſophia & eruditione Barbaricarum Gentium*, welches nunmehro bald zu Stande ſeyn wird. Wie denn ein „ſpecimen davon, nehmlich, *de Conditore Philoſophiae Brachmanum Nimrodo tractatus*, nebſt beygefügten zweyen *Diſſ. de Libris Brachmanicis* & „*Scriptoribus Hiſtoriae Brachmanum* bald in Druck erſcheinen wird, aus welchen alsdenn die gelehrte Welt von dem gantzen Werck wird urtheilen „können. Anno 1717 ward durch die Bemühung „des Herrn Secretarii in Jena ein Collegium gelehrter Profeſſorum, Doctorum und Magiſtr. aufge-

phiae in primis Barbaricae concinnandam me adiuuare poſſunt; ita vt, annuente Numine, abſolutum non ſolum de Philoſophia, ſed etiam Theologia, Iurisprudentia & Medicina Barbaricarum omnium gentium, veteris & recentioris aeui, opus Lectori olim offerendum promittere auſim.

(7) Plena inſcriptio haec eſt: *De Origine & Inuentoribus Pecuniae & Numismatum Schediasma, quo probatur, inuentum Pecuniae non ad Ebraeos, Lydos aut Graecos, ſed potius ad Phoenices referendum eſſe. Accedit ſimul Demonſtratio, Romanos iam ante Seruium Regem Pecunia vſos eſſe.* Dignum iudicauit hoc Schediasma, quod commemoraret, ſummus Fabricius in Nott. ad Anſelm. Banduri Bibliothec. Nummar. pag. 222.

„aufgerichtet, welche wochentlich zuſammen „kamen, und jedwedem aus ihrem Mittel unter „andern praeſtandis aufgeleget hatten, alle 14 „Tage, oder 3 Wochen eine Diſſertation zu lie-„fern. In dieſem Collegio hat der Herr Secret. „verfertiget und abgeleſen, wie ich aus dem „Diario des Collegii erſehen habe, den 24 Ian. „1717 eine *Wiederlegung der Vertheydigung der Xan-„tippen des Herrn Heumanns.* Den 13 Febr. *Diſſ.* „*de Vita & Scriptis Platinae.* Den 26 Febr. *Anmerc-„kungen von der Poëſie der Aegypter, Araber, Perſer „und Brachmanen*, ed. in Academiſchen Neben-„Stunden P. II. Den 12 Mart. *de Vſu Argenti ſigna-„ti Regum tempore apud Romanos adhuc ignoto, contra „Chiffletium aliosque.* Den 2 April *von dem Urſprung „der Teutſchen und Nordiſchen Poëſie*, gedruckt im „erſten Theil der Acad. Neben-Stunden ed. Ien. „1717. Den 21 April *de Nummo antiquisſimo Maeo-„num Regis Attis imaginem referente, contra Basna-„gium.* Den 14 May *Vaninum Pomponatii diſcipulum „falſo dictum.* Den. 11 Jun. *de Onvana, Gallorum „Dea, contra I. Scaligerum & S. Bochartum.* Den „25 Jun. *von denen Schein-Tugenden etlicher Heydni-„ſcher Philoſophorum.* Die andere hier vorgetra-„gene Diſſertationes e. g. *de Forma Socratis, de „primo Scriptore Hiſtoriae Philoſophicae* ſind nebſt „andern zuſammen gefaſſet, und unter dem „Titul: *Critique über die Teutſchen Acta Philoſopho-„rum* zum Druck gegeben, auch bereits cenſirt, „wie aber der Herr Autor nach Eiſenach gieng, „von ſelbigem wiederum zurücke genommen „worden. Auſſer dieſen hat der Herr Secret. in

Iena

„Iena annoch verfertiget 1) *Diſſ. de Nummo Tene-*
„*diorum cum capite gemino, contra Spanhemium, Bege-*
„*rum aliosque.* 2) *De Apolline Granno & Dea Sironia li-*
„*brum* bey Gelegenheit zweyer ihm zugeſchick-
„ten im Studtgartiſchen Cabinet befindlichen
„ungedruckten alten Inſcriptionen. 3) *De Loc-*
„*manno, Arabum Philoſopho.* 4) *De Andraſte, Bri-*
„*tonum Dea, contra Bochartum.* 5) *De Imma & Egin-*
„*hardo.* 6) *De Mutio Scaevola manum non comburen-*
„*te.* 7) *De Belliſario non excoecato.* 8) *Moraliſche Be-*
„*trachtungen des Todes.* Ferner hat der Herr Se-
„cretarius itzund theils gantz, theils meiſten-
„theils zum Druck fertig gemacht 1) *Tract. de Fi-*
„*liis Dei Gen. VI* wider einen gewiſſen Holländi-
„ſchen Tractat. 2) *Latomi Hiſtoriam Moguntinam*
„*hactenus ineditam, cum Notis & Additionibus.* 3) *La-*
„*tomi Genealogiam Domus Auſtriacae.* 4) *Introd. in Hi-*
„*ſtoriam Iuris vniuerſi*, worinn vornehmlich die
„capita von denen Rechten der Iûden und O-
„rientaliſchen Völcker, wie auch der Griechen,
„welche andere Scriptores Hiſtoriae Iuris ausge-
„laſſen haben, etwas weitläufftiger ausgefüh-
„ret zu finden. 5) *De Iure Primogeniturae Perſona-*
„*rum illuſtrium in terris in primis Saxonicis.* 6) *Teut-*
„*ſche Gedichte.* Es wäre zu wünſchen, daſs der
„Herr Secretar. ſich reſolviren möchte von ſei-
„nen in Beſitz habenden raren MStis, e. g. *Caſii*
„ſchönen *Commentarium MStum in Horatium, Augu-*
„*ſti Pfeifferi Antiquitates Sacras Ebraeorum, Wagen-*
„*ſeilii comm. über der Marckgräfin Erdmuth Sophie von*
„*Brandenburg Buch von der Welt Alter, Sagittarii*
„*Compendium Hiſtoriae Saxonicae, Spalatini ſcripta*
hiſto-

Digitized by Google

„*hiſtorica inedita* &c. durch den Druck der Welt „mitzutheilen. GOtt ſeegne ſein ferneres Be„mühen, und laſſe es zu ſeinen Ehren und des „Nechſten Nutzen gereichen. Opto & ego idem, ſimulque occaſionem, in Supplementis plura de tam eruditis ac elegantibus conatibus referendi.

IOANNES MARTINVS LIPENIVS.

MARTINI LIPENII, viri & de litteraria republica & de noſtro Gymnaſio immortaliter promeriti, filius, laudando valde exemplo omnes Athenaei noſtri claſſes tranſiuit. Optimum igitur iecit fundamentum, cui Academica ſtudia feliciter potuit ſuperſtruere. Fecit hoc, duce *Werlhofio*, Helmeſtadii, quorſum an. 1702 ſe contulit, nec non Lipſiae, quam an. 1703 acceſſit. Atque hic publico etiam ſpecimine oſtendit, quod idoneus fuerit publicorum iuris doctorum auditor. Praeſide enim *Lùdero Menckenio*, ICto celeberrimo, *de Omiſſa* (8) *Proclamatione Sacerdotali* an. 1703. d. 4 Sept. publice diſputauit. Reperitur Diſputatio haec in laudati Menckenii Volum. Diſpp. Iuridicar. n. 25 ideo, quoniam Menckenii nomen prae ſe fert, isque eam recenſuit, licet Noſtrum agnoſcat auctorem. Lipſia abiit Wetzlariam, vt Iudicii Cameralis rationem addiſceret. Inde profectus eſt in Belgium,

G

(8) *Permiſſa* falſo legitur in noua edit. Biblioth. Iurid. Lipen. per D. Frid. Gottl. Struvium. p. 463.

Digitized by Google

gium, quod pene totum perluſtrauit. Anno 1705 ex patria iuit Viennam, quam principem Germaniae vrbem, ſimulque in reditu Norimbergam, ac alias nobiles ciuitates, ita vidit, vt ea attente conſideraret, quae vſui ſibi eſſe poſſe credebat. Anno 1707 Daniam petiit, vt haud exigui momenti litem amice componeret, qua occaſione ſimul ea, quae hoc regnum habet notabilia, oculis vſurpare non intermiſit. Dignus tandem erat, qui ſummis in iure honoribus ornaretur. Quare cum ſelectum ex iure patrio argumentum elaboraſſet, & *Diſputationem Iuridicam Inauguralem de Priuilegio Appellationis Lubecenſi* praeſide Io. Sam. Strykio (9) Halae an. 1708. d. 9 Iun. bene defendiſſet, I. V. Doctor eſt creatus.

DANIEL LIPSTORPIVS.

ICti huius & Polyhiſtoris vitam nemo melius deſcripſit, quam B. Abrah. Hinckelmannus. Huius extat Επιτάφιος in funere Lipſtorpii noſtri Lubecae d. VII Id. Septembr. 1684 ſcriptus, ex quo, in paucisſimorum hodie manibus verſante, ea inſeram, quibus vitae ipſius rationes exponuntur: „Natus eſt DANIEL LIPSTOR-„PIVS in hac Vrbe anno 1631. d. 6 Id. Maii, Patre „DANIELE LIPSTORPIO, Paſtore Templi „Cathedralis & Rev. Miniſterii Seniore immor-„taliter merito, & Matre CHRISTINA KO-„CHIA, praeclari exempli femina. Ablutus eſt ſacro-

(9) Huic adſcribitur ab eodem Struvio l. c. pag. 28. Sed minus recte.

,,ſacroſonte altero ſtatim die, & poſtea domeſti-
,,ca cura prouide pieque eductus, donec accre-
,,ſcente aetate patriae Scholae traderetur. Di-
,,vina vbertas, quae ingenium hoc perpetuo
,,aluit, inſigni morum probitate ornata, ſtatim
,,in puero enituit, vt doctoribus optimis ac ce-
,,leberrimis KIRCHMANNO, MEIERO &
,,BANGERTO admirationi ac delicio fuerit;
,,qui qualem cognitum eo tempore iudicabant,
,,talem apud poſteros futurum animo iam prae-
,,cipiebant. Qua ſane maior voluptas eſſe non
,,poteſt fidis Praeceptoribus. Factum itaque,
,,vt in adoleſcentia ad eum humanitatis cultum
,,adduceretur, quem poſtea doctiſſimi in Aca-
,,demia ad Varnam Profeſſores anno XLIXno in
,,magna diſcentium multitudine, non niſi in
,,paucisſimis ſe reperire, biennioque exacto
,,lauru Philoſophica ſibi ornandum cenſerent.
,,Longum eſſet hic Diſputationes Roſtochii ha-
,,bitas enumerare, inſignis in ea quidem aetate
,,eruditionis locupletes teſtes. Verſantur in
,,manibus & fama doctorum *Specimina Philoſo-*
,,*phiae Carteſianae*, quae Roſtochii primum deli-
,,neata, poſtea in iuſti corporis formam reda-
,,cta, Lugduni (quo ſe ſtudiorum cauſa anno
,,LII contulerat) typis iterum deſcribi curauit.
,,Eſt illud opus, aeque ac *Copernicus* eius *Redivivus*,
,,acutae mentis foetus, vulgaria ingenia ad ſui
,,amorem & contemplationem minime admit-
,,tens. Quanquam enim omnia, quae Carte-
,,ſius ſcripſit, a nemine, qui non in verba hu-
,,ius magiſtri iurauit, (quo Carteſio ipſi nihil in-

 ſulſius

„ſulſius viſum) probari poſſunt: fatendum ta-
„men eſt, in multis iisque obſcuriſſimis rebus
„nouum hunc Philoſophum plura vidiſſe, quam
„omnem veterum Sapientum turbam. Noſter
„qua via quove conſilio ad hanc philoſophandi
„rationem peruenerit, eleganti operis praefatio-
„ne ſuo more, id eſt, ingenue expoſuit: qui ve-
„ro fructus laudatiſſimorum laborum ipſum
„maneret, anno inſequenti LIII cognitum eſt,
„quo a Celſiſſimo Principe WILHELMO IV,
„Saxoniae Duce, non tantum in Aulae Vinarien-
„ſis Mathematicum, ſed & in moderatorem ſtu-
„diorum & vitae illuſtriſſimorum eius Filiorum
„BERNHARDI & FRIDERICI cooptatus fuit.
„Muneri huic tam arduo atque honeſtiſſimo per
„tres admodum annos in Academia Ienenſi ita
„praefuit, vt & Celſiſſ. Principibus & illuſtri Co-
„miti OTTONI WILHELMO KöNIGS-
„MARCKIO (qui ſe illis ſtudiorum ſocium ad-
„iunxerat) fidem, operam ac prudentiam abun-
„de probaret: donec anno LVIto perbenigne
„ab ipſis dimiſſus Athenas Batauas, quas prae
„ceteris amabat, repeteret, editoque antea egre-
„gio *de Monarchia Papali* tractatu, rempublicam
„litterariam, (cuius eo tempore quaſi compen-
„dium quoddam erat Lugdunum) ſibi nouo pi-
„gnore conciliaret. Vix ad Lugdunenſes per-
„venerat, cum illi, ne in tantum alumnum illi-
„berales viderentur & iniurii, Doctoris hono-
„res ipſi obtulerunt, magno cum eruditorum
„applauſu menſe Octobri ſuſceptos, & gemino
„munere litterario quaſi compenſatos. Eodem
enim

Digitized by Google

„enim anno *Commentationem de Appellationibus in* „*Cauſſis criminalibus*, vt & aliam *de Concurſu Aulici* „*Imperatoris Iudicii cum Camera Spirenſi* diuulgauit. „Sex inſecutos annos partim in Belgio familiari-„tate maximorum virorum VOSSII, GRONO-„VII, HEINSII, GRAEVII, GOLII, THY-„SII, multum vſus; partim in patria perpetuis „fere lucubrationibus, & praeſtantisſimarum re-„rum ſtudiis exegit, cum excitatum iſtud inge-„nium nec terminum haberet, nec turpi otio „poſſet conſeneſcere, verisſimae gloriae cupi-„ditate haud leuiter incenſum. Spectabat iam „Reſpublica patria Lipſtorpium praeſens ſuum „ornamentum; ſed fructus ab eo in munere „publico primos legebat Suecia, quae anno „LXIIdo eum in *Vpſalienſem* Academiam *Iuris Pro-„feſſorem publicum* vocabat: quam prouinciam „quanta ſedulitate & dexteritate adminiſtraue-„rit, dici vix poteſt: teſtatur id adhuc magna „Generoſorum Auditorum cohors, quorum in „patriam merita ad poſteros illibata ibunt & im-„mortalia. Ipſe vero Sueciae amorem quoad „viueret & quocunque perueniret ita animo cir-„cumferebat, vt Patriae fere ſanctitatem in ea „colenda ſibi conſtitueret; quod regni nobilis-„ſimi Proceres & amici alii quouis in loco ſatis „cognouerunt. Sane niſi valetudo vxoris, in-„clementis aëris minime aſſuetae (10), eum in

 amoenio-

(10) Rarior quidem, non tamen plane inuſitata eſt haec conſtructio. Sic Liuius XXXVIII, 17: *Romanis Gallici tumultus adſuetis*.

„amoeniora Batauiae loca retraxiſſet, certum „firmumque domicilium Viro Suecia futura vi„debatur. Sontica vero hac cauſa motus Vp„ſalam anno LXXIIdo cum ſplendidisſimo Eu„ropae vico *Haga Comitis* commutabat, dignita„te *Advocati Curiae Hollandicae*, quamprimum „aduenerat, ornatus. Ibi fere per triennium „in tribunali auguſtisſimo, in maximorum Vi„rorum conſortio, in communi Bonorum „omnium amore verſabatur, quoad infeſta Gal„lorum arma in patriam reditum imperarent, „cum paucis antea menſibus Vxorem ornatis„ſimam ac carisſimam *Vendulam Schlutoviam*, mer„catoris Roſtochienſis filiam (quam anno „LVIIIvo ſibi iunxerat) amiſiſſet, quae ex tri„bus liberis ipſum Parentem fecerat: filia, acer„bo funere exſtincta; & filiis *Daniele* & *Henrico*: „quorum ille morum probitate, ingenii excel„lentia, & ad optima quaeque ardore incredibi„li iamdudum ſe nobis reddidit carisſimum, & „nunc Roſtochii inſigni ſuarum virtutum laude „floret: hic Parentem olim ſibi imitandum pu„tabit, (qua nulla praeſtantior diſciplina eſt) & „ad laudabilem morum ſtudiorumque elegan„tiam adolescet. Reſtat iam vltimus vitae actus, „in quo non ad Ciues magis ſuos, quam libros, „veteres amicos, reuerſus, Deo ſibique viuens „ſenectam quietam magis & honorificam, quam „ſollicitam ſectabatur: magnum ad eam rem „adiumentum nactus in Virgine omni laude cu„mulanda, ac tanto Marito vere digna, *Catha„rina*, viri praeſtantisſimi & honeſtisſimi *Adol-*

phi

Digitized by Google

„phi *Bruningii*, ciuis & Mercatoris primarii filia, „quam anno LXXVto d. 16 Kal. Iunii in torum „caſtisſimum aſſumſit„ geminamque prolem „*Adolphum*, & filiam poſt acceptam lucem cito „inter coelites translatam, ex ea procreauit. „Vix lacrymas teneo, quoties & feminae & fa„miliae optimae recordor; quibus die abhinc „quinto, felici quidem inter preces & ſuſpiria „Chriſtiana, ſed ipſis acerba ſatis morte, mari„tus & ſuarum rerum verum decus ablatum, diu„tisſime lugendum erit. Quamquam non ſo„lum iſtam domum hic dolor tangit; ſed nos „omnes ſimul, quibus ſancta ſemper eſſe debet „virtutum Lipſtorpianarum memoria. In qui„bus commemorandis longior forem, niſi mihi „ipſi dolorem tanto magis augerem, quanto „propior ſpectator fui, ex quo tempore in in„timam & acceptisſimis vtrinque officiis cultam „amicitiam coaluimus. Enim vero quid fuit „toto hoc tempore in Viro laudatisſimo, cuius „ſine ſummo cruciatu recordari posſimus? Inge„nium mite, immenſa variae eruditionis copia, „quam in iuuene olim admiratus eſt ipſe Cl. Sal„maſius, mores ad omnem humanitatem com„poſiti, in amicitia conſtantia & fides, in vtra„que fortuna aequus animus, in omni vita can„dor: haec quis leuia putet ad moerorem inci„tamenta? Veſtram autem teſtor fidem, REI„PVBLICAE LVMINA, talem a Vobis cogni„tum Lipſtorpium; nihil amori a me dari, ni„hil ſcribi, quod non quiuis Veſtrum, ſi opus „foret, graui ſuo comprobaret teſtimonio. Nae

„illiusmodi iam nobis magna ciuium penuria „eſt, homo antiqua virtute & fide! Quam do- „leo, vbi etiam huius generis reliquias tolli vi- „deo! Sed & hic diuina voluntas nobis erit pro „imperio, cui vti in acceptis magnae animae „ferendae ſunt, ita, quando ad ſe reuocat, prae- „ter obſequii gloriam & pium luctum nihil no- „bis relinquitur. Sic vitam & laudes Lipſtor- pianas deſcripſit Hinckelmannus. Cum hoc coniungi meretur alius, itidem egregius, Lip- ſtorpii praeco, Dauid von der Brûgge, qui ei an. 1684. d. 6 Sept. hoc litterarium fecit monu- mentum:

MANIBVS
Viri
Nobiliſſ. Excellentisſimi
D. DANIELIS LIPSTORPII,
ICti & Polyhiſtoris egregii,
Sacrum.

Vah!
Quanta ingruit caligo
Diuarum Sacraria obſcurans.
Vnde hoc, O Divae?
Occidit LIPSTORPIVS,
Illuſtre illud Doctorum ſidus,
Hiſtoriarum, totque linguarum,
Et Philoſophiae novo-antiquae
Promicondus & Polyhiſtor.
Vnde Pietatem ſumebat Pietas
Sophien Sapientia, Eloquentiam Suada
Et Conſtantiam Conſtantia.

Vir

Vir erat LIPSTORPIVS in exemplum natus.
Vir multarum elegantiarum,
Mitis, manſuetus, & vere humanus.
Et, quod vltra omnia eſt elogia,
Vir in peſſimo ſeculo OPTIMVS.
Ciuium amor, amicorum delicium,
Patriae Ornamentum,
Reipublicae litterariae praeſidium,
Viuum ingenui candoris
Et modeſtiae ſpecimen.
Oderat ceu Erebi clauſtra
Harpyjas forenſes,
Iuriscoctiores, non iuris Doctiores,
Pluti mancipia, Orci & Plutonis victimas.
Ad maxima erat natus.
Puer anteibat adoleſcentes,
Adoleſcens iuuenes,
Iuuenis vir,
Vir ſenes cordatos.
Hinc
Eum merito Viri Principes,
Reſpublicae ac Prouinciae illuſtres,
Vt & Regum Aulae, & Iuſtitiae Palatia
Semper dilexerunt, coluerunt, ſuſpexerunt.
Talis tantusque Vir, heu! occidit.
(Triſte verbum: OCCIDIT.)
Ferreum eſſe puto ac ferum,
Qui non ingemiscat?
Sed quid dico: OCCIDIT: abſit hoc.
Haud occidit; vivit, vivit,
Origini ſuae redditus.

Digitized by Google

Nunc
Supra humana eucctus,
Aſtris ſublimior, terrarum orbem
Siderumque ortus & occaſus
Superne ſecurus deſpiciens
Vana mortalium ridet molimina.
Salue beate Heros!
Gloriam tuam nulla delebit obliuio.
Creſcet laus tua, vt arbor in monte ſita
Coelum ramis contingens:

Phoebus vt occiduus roſeis ſe pingit in vndis;
Vt roſeo in coelo pictus Apollo nitet:
Sic etiam de te pulcherrima lumina ſpargis
E terris fugiens, Sol & Apollo Sophum.
In Natis ſpiras Genitor, rutilasque perennis;
Cum ſole & luna lux tua ſemper erit.

Ciui dulcisſimo, olim Condiſcipulo, Amico optime de ſe merito.

P.

David van der Brügge.

Immortalem, praeter virtutes, Noſtrum reddiderunt, doctisſima ſcripta, quae, licet aliqua iam nonnullorum ab Hinckelmanno ſit iniecta mentio, fuſius recenſeri merentur. Sunt autem, de quibus αὐτόπτης potui ſcribere,

Enneas Poſitionum celebriorum, ex Phyſicis, Aſtronomicis, Geographicis, Philologicis hauſtarum atque deriuatarum. Roſtoch. 1651. 4. Collectio eſt variarum rerum curioſarum, e quibus ſpeciminis loco vnam paucis tangam. Diſputat §. 7 de *Ophir*, 1. Reg. IX. 10, reiicitque ſententias eorum, qui vel de Peru, regione Americae meridionalis, vel India Orientali, ſ. Chi-

na,

na, vel Arabia ſelice interpretantur, exiſtimans, nauigationem illam in Ophir inſtitutam ex ſinu intimo maris algoſi intra Arabiam Felicem, Aegyptum & Trogloditicam regionem per 200 circiter milliaria Germanica, & exinde progreſſos eſſe claſsiarios Salomonis itinere terreſtri ad regionem Daſilam, quae in mediterraneis Africae conſpicitur, auri feracisſimam, & propter rectam fere radiorum ſolarium incidentiam eodem excoctisſimo, vt loqui amat, gaudentem. Confirmare ſtudet hanc ſententiam argumentis deſumtis a loci vicinia reſpectu eorum, quae antea memorata ſunt, & maxima, quae ibidem eſſe ab hiſtoricis dicitur, auri copia. Refert huc, quae apud Herodotum L. III leguntur de captiuis, quos aureis catenis ligatos viderunt Cambyſis legati.

Diſputatio Phyſica de Coelo & eius partibus. Roſtoch. 1651. 4. pl. 3.

Specimina Philoſophiae Carteſianae. Lugd. Bat. 1653. 4. Prima pars agit de Certitudine Philoſophiae Carteſianae: qua occaſione noua & ſelectiora Carteſii inuenta producuntur ex ipſius monumentis. Secunda pars continet regulas Motus more Geometrico demonſtratas; vna cum obiectionibus, quae in contrarium afferri poterant. Quibus porro annexa eſt *γεωμετρικωτάτη* Carteſii philoſophandi ratio, & ordo eius inuentorum. Tertia pars cap. 1 proponit doctrinam de Aëre: cap. 2 eius nobilisſimum vſum in mechanicis & vita communi: cap. 3 tota ars hydragogica e fundamento per-

tracta-

tractatur ; poſt illam traditur Mechanica Tormentorum Aëre & Aqua onuſtorum: cap. 4 explicatur vera Rarefactionis & Condenſationis natura: cap. 5 de Aëris Grauitate & Leuitate agitur, deque corporum ſphaericorum aequali ex eadem altitudine ad centrum terrae deſcenſu: qua occaſione Galilaei Galilaei & Io. Caramuelis a Lobkowitz ſententiae explicantur, & inter ſe conferuntur, de grauium cadentium lapſu per numeros impares. Mantiſſae loco additur Examen quaeſtionis nov-antiquae, inter doctos vexatisſimae: Num ex falſis poſſit directe verum elici? Philoſophia Carteſiana autem Noſtro eam in primis ob cauſam placuit, quoniam omnia Mathematice ſtudet demonſtrare. Docent iſtud haud obſcure ſequentia Praefationis verba: *Fui inter alia Mathematicis ſtudiis ſemper addictus, eo in primis nomine, quod vnice certisſimis & ſolidisſimis fundamentis erant ſuperſtructae: ideoque ingenio meo non diffidens ad hanc quoque methodum perdiſcendam animum adieci, exiſtimans, nihil me aut ſciuiſſe antea, aut vnquam cogniturum, quod ad eam comparatam non ſit exiguae dignationis. Illa adminiculante penitius introſpicere coepi admirandam Refractionis & Iridum doctrinam, ab omnibus viris elegantioribus attentatam, a nemine autem ante Carteſium perfectam; recolebam diuerſas Opticorum ſententias de Luminis natura & viſione, (quibus nunquam antehac mihi ſatisfacere potui) tanta fide & eruditione a viro incomparabili tradita, vt ad ipſius perfectionem nihil amplius addi aut*

aut deſiderari poſſet, &c. Secutus igitur eſt Carteſium in iis, quae ex Mathematicis principiis eleganter demonſtrauit, ita tamen, vt ſacris nullum inde damnum oriretur. Noua demonſtrandi Mathematice res naturales ratio Carteſiana ei placuit: ipſam Carteſianam philoſophiam non pro noua habuit. Sic enim in cit. Praefat. ſcripſit: *Notandum eſt, Philoſophum noſtrum ad vniuerſam rerum materialium naturam explicandam nullo principio vſum eſſe, quod non ab Ariſtotele, omnibusque aliis ſaeculorum Philoſophis fuerit admiſſum, adeo vt haec Philoſophia non ſit noua, ſed omnium maxime antiqua & vulgaris*. Laudauit in ead. Praefat. praeceptorem, quem in Belgio habuit, *Fr. Schotenium*: promiſit quoque ſub fin. *Analyſin Specioſam*, quae tamen, quantum ego ſcio, non eſt in lucem emiſſa.

Copernicus Redivivus, ſeu de vero Mundi Syſtemate liber ſingularis. Lugd. Bat. 1653. 4. Prodiit primum *de Syſtemate Mundi Copernicano Diſcurſus Phyſico-Mathematicus, in illuſtri Academica Roſtochienſi ſex Diſputationibus publicis propoſitus*. 1652. 4. pl. 19½. Adiecta eſt ab auctore Mantiſſa de Quaeſtione: *An Cometae ſigna ſint, an cauſae malorum euentuum?* ad quam negando reſpondit. Hunc Diſcurſum Magnifico Senatui Lubecenſi conſecrauit. In Dedicatione fatetur, quod *ſtudiorum auſpicatum initium florentiſſimae Scholae Lubecenſi debeat*. In fine ſemet ipſum ſcribit *ſanctae Theologiae conſecraneum*, ex quo apparet, eum initio ſacrarum litterarum

rum ſtudio deditum fuiſſe. Diſputatio prima ſic inſcribitur: *De Copernicano Mundi Syſtemate, & Terrae Motu triplici, diurno, annuo, & illo, qui fit in ſeipſum, quique terrae axem ſibi ipſi parallelum ſeruat, Exercitatio Philoſophica, qua oſtenditur, illam Pythagoricorum opinionem non eſſe adeo improbabilem & paradoxam, ſicut vulgo traducitur, ſed quatenus Mathematicis experimentis, ab apparentiis coeleſtibus deſumptis, & Phyſicis rationibus propugnatur, ſuo modo Ptolemaicae praeferendam ac probabiliorem eſſe.* Reliquae quinque breuiorem habent titulum: *De Copernicano Mundi Syſtemate & Terrae Motu triplici, diurno, annuo, & illo, qui fit in ſeipſum, quique Terrae axem ſemper ſibi ipſi parallelum ſeruat.* Multam impendit operam modeſte, ſi fieri posſit, conciliandis cum Copernicana hypotheſi, diuinis oraculis. In haec quod noluerit eſſe iniurius, videntur indicare verba, quae Diſp. VI. §. 130 leguntur: *Maior eſt, & eſſe debet diuinarum litterarum auctoritas & reuerentia, quam vt in modum cothurni eas trahere deceat. Licet enim ipſae in rebus phyſicis, & aliis quibusdam, vt plurimum ad captum vulgi ſeſe attemperent, nihilominus tamen ita vulgari ſenſui ſeſe nonnunquam accommodant, vt ſaepius ea, quae veriſſime in naturali philoſophia ſe habent, proponant.* Vnde etiam inter eos, qui de hoc labore honorificis ei carminibus gratulati ſunt, Theologi valde religioſi Hermannus Schuckmannus, Caſpar Mauritius, Auguſtus Varenius & Ioannes Corſinius comparent. Ab hoc Diſcurſu,

ſu, Roſtochii edito, non in omnibus quidem, in multis tamen, differt Copernicus Redivivus, in Belgio publicatus. Maius enim robur videtur iis addere voluiſſe, quae pro Syſtemate Copernicano in Academia Varniaca diſputauerat. Vnde pasſim quaedam adiecit, nonnulla omiſit, multa immutauit, aliterque diuiſit. Huc ſpectant ſine dubio verba vltima Praef. Specim. Philoſ. Carteſ. *Proxime abhinc Copernicum Redivivum, & verum mundi ſyſtema a me exſpectabis, longe diuerſum ab eo, quod antehac a me accepiſti, vtpote non probabilibus tantum, ſed apodicticis quoque rationibus & demonſtrationibus ſubnixum.* Praemiſit huic libro doctam Praefationem, in qua de vtilitate inaeſtimabili Geometriae in aliis ſcientiis & artibus, & de incommodis ex neglecto Geometriae ſtudio orientibus eleganter diſſeruit.

Formatio & Excluſio infrunitae Monarchiae Papalis, publicata ſimul mala Baronii fide, & vindicatis ab ea Iuribus Caeſareis & Summarum Poteſtatum circa Sacra, ex ipſa veneranda Antiquitate Eccleſiaſtica per partes oſtenſa & explicata. Ien. 1656. 4. Alph. 2. pl. 8. Male an. 1636 editum hoc opus dicitur a Koenigio in Biblioth. V. & N. pag. 476, ſicuti in Biblioth. Real. Iuridic. Lipenio-Struviana pag. 360 Lipſtorpii *Tr. de Monarchia Eccleſiaſtica. Ien.* 4. 1658, ac ſeorſum *Formatio & Excluſio infrunitae Monarchiae Papalis. f.* 1656 adducuntur. Conf. pag. 406, & Ind. tit. *Lipſtorpius.* Errores hic commisſi ex antecedentibus, ex αὐτοψίᾳ allatis, facile poſſunt emendari.

Perin-

Digitized by Google

Perinſignis autem eſt hic liber, oſtenditque in ſingulis fere paginis magnam hiſtoriae & ciuilis & eccleſiaſticae cognitionem, multam lectionem, egregium iudicium, iuſtum in Romanam tyrannidem odium, adeo, vt non ſit dubium, quin optimis in hoc illuſtri argumento ſcriptoribus Noſter debeat accenſeri. Diuiſit autem opus hoc in duas partes, quarum primam eruditisſima Praefatione, Ducum, Principum, Comitum, nec non aliorum Imperii Statuum fortunam exponente, Principi Serenisſimo, WILHELMO IV, Saxoniae Duci, inſcripſit: alteram non minus erudita Dedicatione, litteras Principum eſſe ornamenta, probante, tribus Principibus illuſtrisſimis BERNHARDO atque FRIDERICO, Saxoniae Ducibus, Fratribus germanis, nec non IOANNI AVGVSTO, Haeredi Norvegiae, Duci Slesuici, Holſatiae, &c. conſecrauit. Ornant librum honorifica valde carmina, quae, praeter Illuſtr. Comitem Kônigsmarckium, celeberrimi Theologi Ienenſes, Ioannes Muſaeus, Chriſtianus Chemnitius & Ioannes Erneſtus Gerdardus ei praeſcripſerunt. Königsmarckianum non poſſum non hic ſiſtere:

Ignea, degenerem ferre indignata quietem,
Exacuit mentem, ad maiora vocando, cupido:
Non iuuat igniferum Phoebi rimarier axem
Amplius, & coeli tractus, arcanaque rerum.
Et geminos luſtrare polos, inquirere cauſas:
Te matutinus rimantem vidit Eöus,

Riman-

Rimantem vidit paulo poſt Heſperus idem.
Altius ire iuuat, priſcosque revoluere Patres,
Ingenii res viſa tui eſt: cunabula & Anti-
Chriſti progreſſus, ſtupet hos veneranda vetuſtas,
Eruis egregie; nec non Regalia ſummi
Induperatoris, quae ſint qua dogmata ſancta.
Magnae laudis opus, nunquam pereuntis honoris,
Hoc cata poſteritas digito tritura ſubinde:
Viperei nihil hic quoque fellis acumen habebis.

In honorem
Clarisſimi Dn. Danielis Lipſtorpii adp.
OTTO GVILIELMVS KÔNIGSMARC,
Comes in Weſterwic.

Praeter innumera notabilia, occurrunt in hoc libro varia de variis auctoribus & libris accurate lata iudicia. Apte quoque, contra Romanenſes diſputans, veritatem rei ex ipſis eorum ſcriptoribus probat, ne de illata ſibi iniuria conqueri posſint. Sic e. g. defenſionem *nummi Iulii*, ſiue, cenſus annui meretricibus impoſiti, ab ipſis Pontificiis factam, ex Mart. Azpilcueta, Martin. Alphonſ. Vivaldo, Hiſpano (cuius liber, ſub Candelabri Aurei titulo euulgatus, ſaepe Pontificis auctoritate recuſus), Iacobo de Graffiis, Franciſco Tolleto, & aliis, demonſtrat. P. I. pag. 138 ſqq. inſeruit & expoſuit Graeca lingua ſcriptum *Conſtantini M. Epitaphium*, quod apocryphum eſſe, recte opinatur. Plura non addo, etſi permulta ex hoc libro ſingularia poſſent excerpi. Valde quoque eum laudauit ſumme reu. Goetzius noſter in Bibliothec.

Digitized by Google

Anti-Pontif. Claror. Lubecenſſ. pag. 12 ſq. Quid? quod de hoc ingenii Lipſtorpiani foetu, antequam ederetur, praeclara quaeuis ſibi iam eſt pollicitus Ioannes Strauchius, ICtus Ienenſis inclytisſimus, quod docet elegans haec Epiſtola, digna, quae in noſtris etiam Athenis legatur. Sic autem ſcripſit ad Lipſtorpium Strauchius: „Cum hactenus diſciplinas Mathematicas, ſolis excellentibus ingeniis ſeruatas, felicisſimi ingenii indole complexus fueris, ſatis tibi ſtudiorum tuorum „conſcientia eſſe poterat: ſed rara felicitate, „nec meritis indigna factum, vt apud praeſtantisſimos quosque in hac arte magiſtros „nomen atque celebritatem adeptus, inde „protinus ad Aulas magnorum Principum fieres gratioſus. Vinarienſis enim noſtra, „longe illuſtrisſima, ſpes ſtirpis ſuae, ornamento ſaeculi atque ſaluti publicae natas, „fidei tuae atque eruditioni crederet. Quo „tempore, ardua ſimul fungens prouincia, „ſtudium tamen vaſtisſimum Iuris & impeditisſimum maiori animo, quam tempore, „ſubegiſti, vt ſi dicere vellem, quanto ſpatio „id transmiſeris, vix crederent aliqui: multi ſecundas agere me ſuſpicaturi eſſent. Sed „bene, quod propediem, vt ſpero, Amplisſimus Ordo intercedet arbiter, cuius iudicio „nemo, niſi vel infrunitus, vel inſigniter „maleuolus, derogatum ibit. Inter haec, & „dum alias atque alias literatorum hominum „obires partes, naſcitur, quem nunc prodire

„re audio, ſub manu velut tibi liber, quo in „Romani Epiſcopi πρωτεῖον inquirere diceris. „Nondum enim vidiſſe contigit. Ita tamen „iudico, nihil in hoc argumento virum pru„dentem tentaturum facile, niſi conſcientia „ſtudiorum his, quae a ceteris iam ſatis agita„ta, & quaſi transacta, grande momentum „ſe additurum confidat. Nam cum & olim „haec res in varias partes tracta, & hodie in „primis acerrime manus conſerantur, con„grediantur que vtrinque ſublimia, omnium„que diuinarum ac humanarum rerum ſcien„tia ſolide inſtructa ingenia, facile coniicio, „ad partes neminem vnum venire, qui vel „ſuae factioni aliquid eximii conferre, vel ad„verſae ſaltem impetum ſuſtinere non poſſit. „Hoc ergo de te promitto, hoc exſpecto ab „elegantisſimo ingenio. Quicum, ſimul in „hanc Academlam veneris, arctius me con„traxiſſe valde gaudeo, & dies ne veniat, quo „poenitere poſſit. Nunc nihil adeo cupio, „quam vidiſſe librum tuum. Nec morabor, „quin e poteſtate illum manuque mittas, quod „agis nunc vnice. Vale & ſtrenue rem gere. „Ienae. 24 April. 1656.

Diſcurſus geminus. Prior de Appellationibus in Cauſis Criminalibus, non Iuri tantum Civili & Canonico, ſed Saxonico pariter, nec non inueteratae Germanorum conſuetudini, ſeu Iuri antiquo ac recentiori Germanico probatis, & quatenus. Alter de Concurſu Aulici Imperatoris Iudicii cum Camera Spirenſii Lugd. Bat. 1656. 4. pagg. 99.

Axelii Oxenſtiernae, Erici F., Axelii N., Comitis in Morea Auſtrali, Liberi Baronis in Kimito & Nynas, Domini in Fyholm, Tydoon, Hiuleſtadt & Erichſund &c. Effigies in ſpeculo Aſcanii Peregrinantis illuſtri iuuentuti in exemplum propoſita. Hagae Comit. 1672. 4.

A Wittenio in Diar. Biograph. an. 1684, d. 1 Septembr. memorantur praeterea

Diſſ. de Iure Venationis & Aucupii.

—— *Citatione*

—— *Nuptiis.*

—— *Poenis.*

OTTO CHRISTOPHORVS MARQVARDVS.

Filius Magnifici quondam Conſulis Lubecenſis, IOANNIS MARQVARDI, viri meritis immortalibus illuſtris (de quo leg. Athen. Lubec. P. I. pag. 172 ſqq.), lucem in hac imperiali ciuitate an. 1641 d. 19 Octob. aſpexit. Celebribus viris, qui in Athenaeo noſtro inſtituti ſunt, eum eſſe accenſendum, apparet ex Seb. Meieri, Rectoris, Dedicatione, qua an. 1659 huic pariter atque aliis Scholae alumnis ſcholaſticum librum, qui vulgo audit *Nomenclator*, inſcripſit. Iurisprudentiam doctorum Academicorum ope tam ſtrenue excoluit, vt cum an. 1667 d. 1 Iul. Baſileae, ſine praeſide, auſpicii cauſa peregregie diſputaſſet, I. V. Doctoris honoribus ſolemni ritu ſit ornatus. Praeclara multa, declaratus Regii Tribunalis Wismarienſis Aduocatus & Procurator, haud dubie praeſtitiſſet, niſi in ipſo aeta-

aetatis flore an. 1676. d. 16 Dec. iam e vita migraſſet. Monumentum, quod reliquit, litterarium, eſt

Diſputatio Inauguralis de Superioritate Territoriali Civitatum Imperialium, eiusque Iuris Exercitio. Baſil. 1667. 4. pl. 4. Inter gratulantes Marquardus noſter habuit Comitem, qui Diſputationi huic ſequentia praeſcripſit:

Praelia Romanis famam peperere perennem:
Praelia Romanis dona dedere viris:
Aſt artes Romam totum euexere per orbem,
Cultoresque ſuos nunc quoque honore beant.
Strenuus artium amans, Fautor peramande, fuiſti,
Poſthaec Maecenas optimus artium eris.
Sidere fauerunt tibi fauſto Pallas, Apollo,
Pierides, Charites, quin Themis ipſa ſacra:
Hinc hodie applaudit Themidos Tibi docta caterva,
Dum cathedram publice ſcandis, & apta doces.
Gratulor ex animo Tibi de conamine tanto,
Et precor, ex voto cedat vt omne tuo.

His paucis
Nobiliſſimo Domino Candidato,
Fautori ſuo inſigniter honorando,
animitus gratulari
vt debuit, ita voluit
AVGVSTVS SEPTIMIVS IöRGER,
Sac. Rom. Imperii Comes a Tollet, &c.
Praefectus Haereditarius Auſtriae
Superioris.

IOANNES MEHLBAVM.

Patria Hannoveranus, *Dietericum Mehlbaum*, Ciuitatis Hannoueranae Senatorem, & *Margaretam Bergmanniam* an. 1611. d. 5 Iul. natiuitate ſua exhilarauit. Didicit primum in Schola patria. Sed *increbuerat*, reddo verba ex Progr. Funebr. data a Frehero in Theatr. Viror. Erud. pag. 1144, *tunc fama* Iohannis Kirchmanni, *quam ſingulari antiquitatis peritia & dexteritate in formanda iuuentute, editis etiam eius generis ſcriptis, vir ille ſibi comparauerat. Quo itaque coeptum ſtudiorum curſum magis perficeret, Imperialem Lubecam an.* 1630 *a parentibus miſſus, & biennium commoratus, auſpicio Kirchmanni ita profecit, vt dignus iudicaretur, qui ad vberiorem animi culturam percipiendam ad regias Scholas amandaretur.* Abiit igitur Helmeſtadium, an. 1636 ad Marpurgenſem Academiam progreſſus. Poſt triennium rediit ad almam Iuliam, quae eum an. 1642 I. V. Doctoris & Profeſſoris extra ordinem conſtituti, an. autem 1646 Profeſſoris iuris ordinarii honoribus donauit. Acceſſit ſtatim Aſſeſſoris in Iudicio Aulico Guelpherbytano dignitas. Vtrumque munus laudabiliter adminiſtrauit vsque ad an. 1656. d. 15 April, quo exuit illud, quod in hominibus eſt mortale. Vid. Freherus l. c. Wittenius in Diar. Biogr. P. I. ad A. 1656. d. 23 Dec. & P. II. ad A. 1656. d. 15 April. Lexic. Erud. Germ. p. 1314. Conſeruatur eius memoria variis Scriptis & Diſputationibus Academicis, quibus vel elaborandis, vel pro roſtris Academicis ſtrenue tuendis tempus impendit.

Sunt

Sunt autem

Poſitiones ex 50 Pandectarum libris excerptae.

De Praeſcriptionibus Iurium ex quaſi Poſſeſſione. 1651. Inaug. Diſp. Ioannis Ritteri, Conſulis deinceps Lubecenſis magnifici & meritorum gloria immortalis.

De Concurſu Actionum.

De Muneribus & Honoribus.

De Iure Primogeniturae.

De Iure Venandi. 1652. Inaug. Diſp. Andreae Dietericici von Dam, Brunsuicenſis, deſignati Syndici Suſatenſis.

De Emphyteuſi.

De Iure Statutorum. 1648.

De Tutela & Cura.

De Transactionibus.

De Pactis.

De Delictis.

De Furto.

De Teſtamentis in genere.

De Nuptiis. 1654.

De Contractu Emtionis, Venditionis, & Actionibus Emti, Venditi.

De Iniuriis & famoſis libellis.

NICOLAVS MEIER.

Hic quia filius fuit SEBASTIANI MEIERI, Rectoris Lubecenſis meritisſimi, non eſt etiam dubium, quin ad doctos ICtos, qui iuuenes in noſtro Athenaeo didicerunt, ſit referendus. In Programmate Inaugurali, quod Roſtochii an. 1656 ſcripſit Henricus Rahnius, haec tantum de

vita eius leguntur: „Demades olim interroga-„tus, quo praeceptore vſus profeciſſet? Tribu-„nali, ait, Athenienſi. Nouit id egregie vir „cum aetate, tum eruditione exacta M. *Sebaſtia-„nus Meier*, Scholae Lubecanae Rector, deque „ea ac vniuerſa re litteraria bene meritus. Hu-„ius enim ſuaſu & hortatu filius, *Nicolaus Meier*, „paternae virtutis effigies, noſter iam Candida-„tus, poſtquam in hac & Belgicis Academiis vna „atque altera ſtudio iuris ſedulam nauarat ope-„ram, per annum Otterndorfi, in ditione Hade-„lenſi, ſubſtitit, & in tractandis defendendisque „cauſis ſeſe exercuit; poſt ad Tribunal noſtrae „orae Mecklenburgicae ſummum, quod Sterne-„bergae eſt, & Prouinciale vocatur, ſe recepit, „nomenque ſuum matriculae Aduocatorum du-„dum inſeri curauit, eo animo, vt in poſterum „foro inſeruiret, & quicquid hactenus ex arte „Iuris addidiciſſet, in ſuccum, quod dici ſolet, „& ſanguinem conuerteret. Quamuis vero Pa-„troni nomen in Iudicio iam acquiſiuerit, eoque „ipſo dignitatem forenſem adeptus ſit: tamen „nec honores Academicos ſusque deque habet. „Ad nos enim nuper rediit, vt ad iuris vtrius-„que, tam Canonici, quam ciuilis, gradum „ſummum aſcendat, & Doctoris titulo potiatur. Haec Rahnius. In Vita Seb. Meieri a Bangerto ſcripta p. D. 2. *Saxoniae Inferioris Aduocatus diligentiſſimus* appellatur. Extat eius

Diſputatio Iuridica Inauguralis de Arreſtis. Roſtoch. 1656. 4. Praeſ. Henr. Rahnio.

ARNOL-

ARNOLDVS HENRICVS von MÖLLER.

Nobilis hic ICtus, quem ipſe ſummus Imperator multo honore iudicauit dignum, inclytis, quos Lubeca produxit, viris eſt iure meritoque accenſendus. Anno enim 1655 d. 22 Nov. in hac ciuitate lucis vſura frui coepit. Litterarum fundamenta iecit in Gymnaſio patrio, & praeter alios, viros celeberrimos *Hermannum Nottelmannum* atque *Abrahamum Hinckelmannum* praeceptores fideliſſimos veneratus eſt. Hinckelmanno ſpeciatim ingenuum animum an. 1675 declarauit nitido Carmine, quo *clariſſimo*, retineo ſubſcriptionis verba, *& praecellentiſſimo D. Rectori nouo Gymnaſii Lubecenſis nouos honores gratulari voluit, debuit diſcipulus gratiſſimus.* Cum aetatis annum primum & viceſimum ageret, ſtudia Academica Lipſiae auſpicatus eſt, quae Ienae atque Heidelbergae tanta continuauit felicitate, vt dignus iudicaretur ſummis in vtroque iure honoribus, quos Heidelbergae an. 1681. X Cal. Octobr. impetrauit. Extat eius *Diſputatio Inauguralis de S. R. G. I. ſummorum ſubalternorumq; Tribunalium Iuriſdictione ac Concurrentia,* praeſide *Io. de Spina* Heidelb. 1681. d. 25 Aug. defenſa, in cuius Partis prioris Sectione I de Imperatoris ſacratiſſimi ſumma Iuriſdictione. II. de Iudicio Aulico. III. de Iudicio Camerae. IV. de Concurrentia Iudicii Aulici & Cameralis. V. de Iudicio Rotwilenſi. VI. de reliquis S. R. G. I. Iudiciis ſummis particularibus; Partis autem poſterioris

Digitized by Google

rioris Sect. I de Iudicio Auſtraegarum. II. de Statuum S. R. G. I. Iurisdictione. III. de Statuum S. R. G. Imperii Tribunalibus. IV. de Concurrentia Iurisdictionis Imperatoris in Statuum territoriis. V. de Concurrentia Iurisdictionis Statuum Imperii cum vaſallis eorum cum iurisdictione inveſtitis & ciuitatibus municipalibus erudite agitur. Ante vero, quam I. V. Doctorem ſe creari paſſus eſt, peregrinationibus diligentem operam nauauit. Inuiſit enim Belgium, Angliam, Galliam, Italiam, multaque obſeruavit, quae vtilia ipſi per omnem vitam fuerunt. Idem fructus (cum quo hauſta Spirae praxeos, vt vocant, Cameralis notitia omnino coniungenda) ex itinere per Imperii Romano-Germanici regiones facto emanauit. Vnde etiam annis ſequentibus magni momenti negotiis exſequendis fuit adhibitus, & ab ipſo Caeſare honores pereximios impetrauit. Anno enim 1694 a glorioſiſſimo Imperatore LEOPOLDO Comes Palatinus eſt declaratus. In Diplomate Caeſareo inter alia iſthaec de Noſtro legi: *Er iſt anfangs in Lùbeck ſo wohl denen Inwohnern, als andern aus verſchiedenen Orten und Provincien conſulendo & advocando bedient geweſen, biß er an. 1686 nacher Hamburg beruffen, allwo er dann als an verſchiedenen Gerichten und Höfen des Reichs, Unſerm Kayſerl. Reichs-Hoff-Raht und dem Cammer-Gericht zu Wetzlar zur Zeit in importanten Rechts-Affairen ſich embſig und aufrecht gebrauchen laſſen, welches alles Uns durch der Crohn Schweden, auch Chur-und Fùrſtlichen Braunſchweig, Hannover und Zell L. L. Lbd. an Unſerm Kayſer-*

Kayſerlichen Hoff der Zeit verharrenden extraordinair Abgeſandten unterthänigſt ſchrifftlich bezeuget. Poſt triennium, anno ſcilicet 1697, in ordinem Nobilium ab eodem auguſtisſimo LEOPOLDO fuit cooptatus. Diploma Caeſareum, praeter alia, ſequentia verba complectitur: *Er iſt wegen ſeines guten Verſtandes und Geſchicklichkeit nicht allein von hohen und niedrigen Perſohnen in wichtigen Rechts-Sachen Advocando & Conſulendo gebraucht, ſondern auch über ſechtzig mahl nach denen Königl. Schwediſchen, Däniſchen, und etlichen Fürſtlichen und Städtiſchen Land- Hoff- und Cantzeley Gerichten, auch an Unſer und des Reichs Cammer, und Unſern Kayſerl. Hoff vielfältig verſchicket worden, und hat ſolche ſeine ihme aufgetragene Commiſſiones durch ſeine dabey bezeigte Gelehrt- und Erfahrenheit faſt alle mit glücklichen Erfolg verrichtet. ——— Als haben Wir demnach mit wollbedachtem Muht, gutem Raht und rechtem Wiſſen obbemeldtem Arnold Henrich Möller die beſondere Kayſerl. Gnad gethan, und ihn mit allen ſeinen jetzigen und künfftigen Leibes-Erben, und derſelben Erbens-Erben, Mann- und Weibes-Perſohnen, in den Stand und Grad des Adels Unſerer und des Reichs, auch Unſerer Erb-Königreich, Fürſtenthumb und Landen recht gebohrnen Lehens- Turniers- Genoß- und Rittermäſſigen Edel-Leuten gnädigſt erhebt, dazu gewürdigt, geſchöpfft.* &c. Acceſſit tertium clementiae LEOPOLDI documentum, exhibitum an. 1700, quo illuſtrem Conſiliarii Caeſarei dignitatem Noſtro conceſſit. Sic enim legitur in Diplomate: *So haben Wir demnach mit wollbedachtem Muth, gutem Rath und rechtem Wiſſen obbemelten Arnold*

nold Henrich von Möller die beſondere Kayſerl. Gnade gethan, und ihn zu Unſerem Kayſerl. Rath gnädigſt gewürdiget, an-und auffgenommen. Supremos, quibus in coelo pii ornantur, honores per beatam mortem an. 1713 eſt conſecutus.

CHRISTIANVS ALBERTVS NIEMANNVS.

Slesuici an. 1680 lucem aſpexit. Patrem honorauit praeclarisſimi nominis Theologum, SEBASTIANVM NIEMANNVM, Lubecenſem, ſacrarum litterarum Doctorem, earundemque primo Profeſſorem, Paſtorem & Antiſtitem Ienenſem, poſtea Superintendentem Generalem & Concionatorem Aulicum primarium Slesuicenſem, nec non Praepoſitum Gottorpienſem, an. 1684 defunctum, quem licet inter Athenaei noſtri alumnos numerare nequeamus, hic tamen non poſſumus non honoris cauſa nominare, atque ſimul almae matri Lubecae tantum filium gratulari. De vita, ſcriptis & meritis huius laudatisſimi Theologi dudum multi egerunt. Legantur, praeter Memorias Theologorum a vener. Pippingio collectas, Adr. Beierus de Rect. Ienenſ. pag. 497. Koenigius in Biblioth. V. & N. p. 576. Witte in Diar. Biogr. 1684. d. 6. Mart. excellentisſimus Goetzius noſter in Bibliothec. Anti-Pontif. Claror. Lubecenſſ. p. 13 ſq. Zeumerus in Vitt. Theologor. Ienenſſ. p. m. 195 ſqq. Lexic. Erud. German. p. 1472 ſq. Horum relationibus addo, quod hic Niemannus ſcriptum reliquerit

reliquerit egregium *in Acta Apoſtolorum Commentarium*, quem Filius aſſeruat & erudito orbi non inuidet. Matrem veneratur Matronam ornatiſſimam ELISABETHAM, Viri Magnifici BERNHARDI FRESII, Conſulis Lubecenſis meritiſſimi, filiam, poſt mortem B. NIEMANNI coniugali vinculo coniunctam cum Viro Magnifico ANTONIO WINCLERO, Conſule Lubecenſi primario immortaliter merito, (11) cuius hodieque Vidua eſt ſuperſtes. Adoleſcentulus Lubecae in aedibus laudati Aui ſui fuit educatus, atque priuatis praeceptoribus commiſſus. Sed optime conſulebatur rebus ipſius eo, quod magiſtrorum publicorum curae atque peritiae ſolide erudiendus traderetur. Quare praedicat hodieque fidem & induſtriam praeceptorum optime de ſe meritorum, *Marci Widae*, *Iac. Pagendarmii*, Cantoris, *Mich. Freudii* & *Sixt. Chriſt. Lipenii*, Subrectorum, *Mart. Lipenii*, *Io. Henr. Heſſii* atque *Mart. Chriſt. Gôldelii*, Conrectorum, & *Enoch. Suantenii*, Rectoris, quibus omnibus laudabilem audiendi operam nauauit. Vale tandem Athenaeo, habita Oratione, dixit, annoque 1697 adiit Ienam, vbi illuſtris Wedelii hoſpitio fuit exceptus. Philoſophica hic eum viri celeberrimi *Treunerus*, *Schubartus*, *Hambergerus* & *Müllerus* docuerunt: Ius autem, ciuile, canonicum, feudale, publicum & praxin *Lynckerus*, *Wildvogelius*, *Frieſenius*, viri illuſtres & mea laude maiores, nec non *Flörckenius*, I.V. Doctor

(11) Vid. Athen. Lubec. P. I. p. 221 ſqq.

Doctor celeberrimus. Ienenſem commutauit tandem cum Halenſi Academia, in qua ad Ius ciuile ac publicum, Hiſtoriamq; *Strykius*, *Thomaſius* & *Ludouicus*, viri, quos Hala ornamentis ſuis accenſet, facem ei praetulerunt. Curſum Academicum emenſus, rediit Lubecam: interiecto autem exiguo temporis ſpatio Glückſtadium ſe contulit, vbi auſpiciis Affinis ſui, B. IOACHIMI WOLTERS, Regii Iuſtitiae & Regiminis Conſiliarii, Viri & pietate rara & meritis perinſignibus maximam laudem promeriti (12), Iudicia publica inuiſit, eorumque rationem, non ſine eximia vtilitate, cognouit. Anno 1704 iter fecit in Belgium, cuius vrbes celebriores, Hagam, Lugdunum, & plures cum prudenter perluſtraſſet, Vltraiecti *Diſputationem Inauguralem de Exercitio Iuris Epiſcopalis Statibus Imperii Auguſt. Conf. competente*, ſine Praeſide, tam feliciter defendit, vt non ſolum d. 4 Iul. eiusd. an. MDCCIV I. V. Doctoris honores ei conferrentur, verum is etiam eximio Academiae Vltraiectinae teſtimonio ornatus dimitteretur. Progreſſus eſt in Angliam, cuius metropolis, Londinum, princeps Academia, Oxonium, & aliae inclytae vrbes per ſeptem, ac quod excurrit, menſes eum habuerunt tam ſedulum eruditionis cultorem, quam ſapientem rerum, quibus ciuilis prudentia augeri poteſt, obſeruatorem. Vt vero diſceret etiam, quomodo cauſae in Iudicio Camerali Caeſareo agantur, contulit ſe Wetzlariam, atq; celeberrimi ICti, MEIERI, Doctoris & Procuratoris Camerae,

(12) Conf. Athen. Lubec. P. II. pag. 131 ſqq.

rae, hoſpitio per integrum ſemeſtre ſpatium fruitus eſt. Lubecam reuerſus, inter Canonicos Eccleſiae Collegiatae Vthinenſis fuit receptus. Ad praxin, vt vocant, Iuridicam, ſuadente Vitrico ſuo, laudato Magnif. WINCLERO, animum porro adiecit, neque ſolum in foro Lubecenſi, & praecipuis Tribunalibus Holſaticis, verum etiam in ſummis Imperii iudiciis cauſas optime geſſit. Anno 1708 a Ven. Capitulo Lubecenſi Syndicus fuit electus, quod Ipſi beneuole conceſſit non ſolum, vt in proximis Holſaticis & Saxo-Leoburgenſibus praediis, tam Principalibus, quam Nobilibus, munere Iuſtitiarii fungeretur, ſed & ſpartam Syndici Prouincialis in Ducatu Saxo-Leoburgenſi ornaret. Cum iam eſſet Ven. Capituli Lubecenſis Syndicus, plus ſimplici vice etiam Belgium vtrumque inuiſiſſet, nouum iter an. 1709 ingrediebatur. Occaſionem ei dabat perilluſtris Conſilii intimi Sleſuico-Holſati Praeſes, MAGNVS de WEDDERKOP, qui cognitis Noſtri virtutibus, volebat, vt filium ſuum natu maiorem GODOFREDVM de WEDDERKOP, tum generoſis in Aula Regia Hafnienſi iuuenibus, Regi inſeruientibus (quos vulgo Cammer-Juncker vocant) adſcriptum, hodie potentiſſimi Danorum Regis Conſiliarium Provincialem, Praefectum in Tremsbüttel, Dominum & Haereditarium in Steinhorſt, Moisling, &c. in exteras regiones proficiſcentem comitaretur. Permittebat hoc Rev. Capitulum, praeſertim, quia ipſe Sereniſſimus Princeps CHRISTIANVS AVGVSTVS, Reverendiſſ.

rendisſimus Epiſcopus Lubecenſis, pro eodem intercedebat. Quare Noſter cum generoſ. Wedderkoppio per Germaniam eundo Belgium intrabat. Litterae, quas excellentisſimus WEDDERKOPPIVS, Pater, ad ſummos Miniſtros, Hagae degentes, dederat, efficiebant, vt Vterque tantis Viris innoteſceret, Vterque multa perciperet, quae faciunt ad ſtatum publicum cognoſcendum & ad ciuilem prudentiam amplificandam. Neque contemnendum etiam fructum ſuppeditarunt luſtratae Belgii vrbes aliae, quae vel Academiis, vel aliis rebus ſunt illuſtres. Auxit collectam in Belgio gazam Anglia, in qua Peregrinantes ſpatium octo menſium exegerunt. Finito hoc itinere Lubecae munera, quibus hodie etiam laudatisſime praeeſt, ipſi demandata adminiſtrauit.

THEODORVS ab OESEDE.

Didiciſſe eum non ſolum, Rectore M. *Ioanne Angerſteinio*, in Schola Flensburgenſi patria (natus enim eſt Flensburgi patre GERHARDO ab OESEDE, Conſule), verum etiam in Athenaeo Lubecenſi, docet hoc, quod Fridericus Taubmannus ipſi impertiuit, teſtimonium: „*Theodorus ab Oeſede*, Flensburg. Holſatus, alio „profecturus Teſtimonium vitae & ſtudiorum a „nobis petiit. Sane poteramus laboris ſumpti „compendium facere. Et ſcin', Lector, quo„modo? Teſtimonium optimae notae Flens„burgo & *Lubeca* ſecum attulit. Huic inſcri-

bi

„bi poterat: *Theodorus ab Oeſede ſemper ſui ſimilis.*
„Et ſic profecto eſt: quaſi in ſectam iuratus, ita
„nunquam ab ſe, hoc eſt, a virtute abiit, quam-
„diu in hac literaria verſatus eſt republica. De-
„ſtinatione parentum, aut eorum, qui affectu &
„cura tales ſe faciunt, Legum & Iuſtitiae ſacraria
„affectauit: vt ſcilicet in Patrem cum aetate
„tranſiret, & quod de aliis ſaepe dicis cauſa vſur-
„patur, in ſeſe verum & quaſi proprium expe-
„riretur: *Fortes creantur fortibus.* Sed dum hoc
„arduum conatur, inſtrumentis ad eam rem vti-
„libus & neceſſariis ſeſe munit & praeparat, ne
„a germano aliquo Iuriſconſulto Xenocratis il-
„lud conuitium in ſe torqueri ſentiat, qui rudi
„cuidam, & tamen ad diatribam ſuam adſpiran-
„ti, Πορεύου, ἔφη. Λαβὰς γὰρ οὐκ ἔχεις φιλοσοφίας:
„*Abi, abi, inquit, non enim anſas habes Philoſophiae.*
„Linguas, inquam, principes illas, Latinam &
„Graecam, ſtudioſe probeque didicit: in Lo-
„gicis etiam curioſe verſatus, & Diſputationum
„exercitiis ingenium & induſtriam cum laude
„Auditorii periclitatus eſt: nec reliquas Philo-
„ſophiae partes, qua iurisprudentiam & vitam
„ciuilem aut iuuare, aut ornare poterant, ne-
„glexit. Parce & modeſte ſic hominem lauda-
„mus. Quippe qui modeſtiam adoleſcentis
„eam eſſe ſciamus, vt ambitioſius laudantem,
„licet vere, ſuſtinere non poſſit. Quisquis pe-
„riculum in ipſo feceris, re & facto plura inue-
„nies, quam titulo aut prima fronte promiſſum
„fuerit. Experire, Lector, & habebis fidem
„his noſtris, quae litteris conſignauimus, & ſi-

„gillo Academiae inſigniuimus propridie Ca-„lend. Septembr. Anno Chriſtiano cIↄIↄcIIX. Extat hoc egregium teſtimonium in Taubmanni Rectoratu, ſ. Otio Semeſtri Publico, Wittenb. 1610. 8. pag. 98 ſqq. Praeter Leucoream autem pleraſque fere alias Germaniae Academias, exteraſque regiones perluſtrauit. Anno 1622 Roſtochii I. V. Doctor eſt creatus, ſimulque a Principibus Mecklenburgicis Conſiliarius, & in ſupremo Iudicio prouinciali Sternbergenſi fiſci patronus (Fiscalem ſtilo politico vocant) conſtitutus. Cum an. 1637 propter motus bellicos Roſtochium ipſi eſſet repetendum, ibi per quatuor annos non ſolum iuris ſtudio addictos priuata iuuit inſtitutione, verum etiam geſſit vices *Laurentii Stephani*, Doctoris & Profeſſoris publici emeriti. Anno 1641. m. Dec. aet. 56 coetum viuentium reliquit, a B. Ioanne Quiſtorpio, ſen., Theologo Roſtochienſi celeberrimo, publico Programmate collaudatus.

IOANNES FRIDERICVS PÖPPINGIVS.

In Parte I Athen. Lubec. pag. 257 iam annotaui, IOANNI PÖPPINGIO, Senatori Lubecenſi meritisſimo, Lyceum noſtrum publicum tam vehementer placuiſſe, vt omnes ſuos filios ei tradere neutiquam dubitauerit. Nominatur etiam a B. Seb. Meiero, cuius referentis fide niſus ſcripſi, hic IOANNES FRIDERICVS, qui anno circiter 1638 Lubecae in lucem eſt productus.

ctus. Cum ob litterarum & rerum ciuilium cognitionem non vulgarem innotuiſſet, fama eius manauit etiam ad Revalienſes, qui eum Ciuitatis ſuae Syndicum elegerunt. Acceſſit I.V. Doctoris dignitas, quam in Academia Heidelbergenſi an. 1681. X Cal. Octobr. impetrauit, quum dudum pro Licentia diſputaſſet. Obiit anno 1684. d. 6 Dec. aet. 46. Vid. Witte Diar. Biogr. ad h. a. Lexic. Erud. German. p. 1749 ſq. Edidit

Diſputationem Inauguralem de Banno Imperii. Vid. Witte l. c.

Orbem Illuſtratum, ſeu Nouam Hiſtorico-Politico-Geographicam Imperiorum Rerumque publicarum per totum terrarum orbem, Deſcriptionem, in qua, praeter alia, Imperiorum ſtatus, & hodiernae circa illam mutationes, Rerumpublicarum admiranda, ratio ſtatus, diuitiae & praetenſiones ex variis nouiſſimorum auctorum ſcriptis, & propriis obſeruationibus ordine & methodice exponuntur. Additae ſunt in fine Disquiſitiones quaedam Iuridico-Politicae occaſione Imperiorum ventilatae. Razeburg. 1668. 12 mai. In fine (pag. 735 ſqq) legitur *Diſſertatio Iuridico-politica de Invaſione Terrarum a barbaris ac impiis gentibus poſſeſſarum.* Notum eſt iudicium, quod de hoc libro tulit acris cenſor, perſonatus Eubulus Theosdatus Sarckmaſius, i. e. Conr. Sam. Schurzfleiſchius, in Iudiciis de noviſſ. Prudent. Ciuil. Scriptorib. n. XIV. p. m. 26 in Actis Sarckmaſianis a Theod. Cruſio 1711. 8. iunctim editis. Sed multo benignius iudicarunt Petrus Naſturtius, i. e. *Io.*

Henr. Boeclerus, in Iudicio de Iudiciis Sarckmaſianis; *Vlricus Obrechtus* in Sat. in Sarckmaſium, cui titulus: Canis ſub fuſtem miſſus: Auguſtus Floridus de Montalbano, i. e. *Chriſtianus Henelius*, in Colloquio de Iudiciis Sarckmaſianis. Vid. Act. Sarckmaſ. p. 109 ſq. 198. 266 ſq. Vltimo loco haec verba leguntur: *Si in arduis etiam ſolus aliquando probatur conatus, merito praeclarae Pöppingio debentur laudes, quod ita bene ſcripſit, vt voluntati ipſius ex parte etiam reſponderet effectus.*

Tractatum de Iure Integritatis & Dexteritatis, ac de peruerſa & euerſa horum temporum impoſtura. Vid. Witte l. c.

NICOLAVS HENRICVS PÖPPINGIVS.

Ioannis Friderici Pöppingii frater, cuius Vitam in inſcriptione Carminis funebris breuiter conſignatam exhibuit Ioannes Köhnius his verbis: *Nicolaus Henricus Pöpping, beyder Rechten Licentiatus, Ihrer Hoch-Fürſtl. Durchleuchtigkeit Herrn Hrn. ADOLPH JOHANN, Pfaltz-Grafen beym Rhein, in Beyern, zu Jülich, Clev und Bergen Hertzog &c. geweſener Secretarius und berühmter Advocatus in Hamburg; welcher anno* 1642 *den* 21 *Januar. alhie in Lübeck von Sel. Hn. JOHANN PÖPPING, geweſenen Kayſerl. Rath und Rathsverwandten der Stadt Lübeck, und Sel. Fr. GERDRVT PÖPPINGS, Hn. JOHANN FELDTHAVSEN, Rathsverwandten der Stadt Lübeck hinterlaſſener Tochter, gebohren, die Jhn auch bey*

ihrem

ihrem Leben in der Zucht und Ermahnung zum HErrn auferzogen. Nachdem er in ſeinen Studien einen guten Grund geleget in unſer Stadt-Schulen (13), *hat er endlich bey ſich beſchloſſen, ſolche auf Academien weiter fortzuſetzen. Wie er denn eben zu dem Ende von Anno* 1661 *biß ins* 1668*ſte Jahr auf den berühmten hohen Schulen, Helmſtadt und Jena in Deutſchland, auch folgends in Engelland, Holland und Franckreich ſich eine geraume Zeit aufgehalten, biß er nachgehends in Fürſtlichen Dienſten ſich begeben, und in Hamburg die Advocatur und den Praxin mit Fleiß abgewartet*, &c. Morbo in itinere, quod in patriam, negotiorum expediendorum cauſa, faciebat, correptus, Lubecae an. 1671. d. 13 Febr., emenſus modo viginti & nouem annorum ſpatium, e vita migrauit.

IOACHIMVS RÖDERVS.

Patriam accepit Lubecam: parentes autem *Hermannum Röder*, Ciuem Lubecenſem ſpectatisſimum, & Feminam optimam, *Magdalenam*, Viri nobiliſſ. ampliſſ. & conſultiſſ. Dn. *Asmi Jappen*, Senatoris quondam Lubecenſis meritisſimi, filiam, qui eo, an. 1623 nato, ſunt gauiſi. Suantenius in Noſtri Memoria, an. 1689 ſcripta, ex eius maioribus nominat illum etiam, quem ob crucem lapideam in colle ſuburbano (vulgo *Jeruſalems-Berg*) erectam, nonnulli celebrant. „Defuncti Auiae frater, inquit, fuit vir in itinere

(13) In ipſo Carmine Köhnius ſcribit:
Es thät zu ſeiner Zeit der wolberedte Mund
BANGERTI deinen Fleiſs gnug männiglichen kund.

„amplisſimo ſpectatus atq; cognitus Dn. *Hans* „*Bartels*, per aliquod temporis ſpatium Hiero„ſolymis in Paleſtina commoratus, vbi cum ac„curatius obſeruaſſet viam, qua ductus eſt ad „infame crucis ſupplicium humani generis Ser„vator, eius imitamentum atq; artificioſum „exemplar hic adornaturus, par huic ſpatium „decempeda emenſus eſt ab Aede D. *Iacobo* ſacra, „vsque ad editum collem ſuburbanum, *Hieroſoly*„*mitanum* dictum, ſuisque impenſis affabre inci„ſam crucem lapideam, erectaq; ſtatuarum mo„numenta poſteris in memoriam munificentiae „ſuae, vna cum variis in egentes ſubſidio num„mario homines pecuniis erogatis reliquit. Aliud vero docet vir, ſi quisquam alius, rerum & antiquitatum Lubecenſium peritisſimus, Iac. a Melle, verumq; ſic dicti Collis Hieroſolymitani auctorem eſſe HENRICVM CONSTIN, Senatorem Lubecenſem, in Palaeſtinam religionis cauſa profectum, & an. 1468 reuerſum, anno autem 1482 mortuum, ex inſignibus, in hoc religioſo monumento conſpicuis, euincit. Vid. eius Grûndl. Nachr. von Lûbeck cap. 43. pag. 276. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ. De Noſtro commemorandum porro eſt, quod in patrio Athenaeo litteris humanioribus egregie fuerit imbutus. Teſte enim laudato Suantenio, *trium iam luſtrorum adoleſcens ſolidiori Ephebei noſtri inſtitutioni commiſſus eſt, traditus in contubernium & accuratiorem obſeruationem inſignis tum Gymnaſii noſtri Rectoris, atque moderatoris, viri praecellentis & praeclariſſimi Dn. IOANNIS KIRCHMANNI, cuius inſpectione*

ctione & ingenii iuuenilis varia eruditione perornati expolitione, per biennium & vltra fruitus, illo auctore & conſuaſore ad Academicae lucis vſuram conceſſit. Tractauit autem diſciplinas, tam philoſophicas, quam iuridicas, Helmeſtadii, Wittenbergae & Argentorati, in quibus Academiis, valde inclytis, praeſtantiſſimos Philoſophos ac ICtos doctores nactus eſt, publicisq; ſpeciminibus temporis bene collocati reddidit rationem. Integrum quoq; annum Spirae degit, quo praxeos, vt vocant, Cameralis notitiam ſibi compararet. Inde abiit Baſileam, vbi cum ſine praeſide magno cum applauſu diſputaſſet, an. 1648 I. V. Doctor ſolemni ritu eſt creatus. Peregrinandi autem cupiditate flagrans, Italiam, Galliam, Angliam & Belgium permeauit, rerumq; tam curioſarum, quam vtilium rationem prudenter habuit. Anno 1650 reuerſus eſt in patriam, a qua per nouem annos & dimidium abfuerat, in ea, Suantenio teſte, *per triginta annos labore operoſo & moleſto perorandarum in iudiciis cauſarum pro virili perfunctus.* Anno 1689 e coetu viuentium eſt egreſſus. Conſcripſit

Diſputationem de Legibus. Witteb.

——————*de Vſuris Pupillaribus.* Argentorat.

——————*Inauguralem de Sequeſtratione Conventionali.* Baſil.

IOACHIMVS RÖDERVS.

IOACHIMI, de quo egimus, & ANNAE SCHöTTLERIAE, Matronae laudabilis, filius,

an. 1672. d. 2. Octobr. Lubecae humanam ſocietatem intrauit. Litteris, quibus aetas iuvenilis ſolet ad humanitatem informari, in officina litteraria publica per viros praeſtantisſimos, Dnn. *Brüggium*, *Lipenium* ac *Suantenium* fuit inſtructus, ſimulq; priuato clarisſimi Dn. *Stampeelii*, Subrectoris hodie meritisſimi, & Collegae noſtri honoratisſimi, ſtudio adiutus. Anno 1693 almam ſalutauit Salanam, cuius doctores longe celeberrimi *Müllerus*, *Hartungus*, *Schubartus* & *Hambergerus* philoſophiam eum docuerunt, illuſtris autem ICtus, *Lynckerus*, ad iuris diſciplinas omnes viam inſigniter ei monſtrauit. Exeunte anno 1697 Saxoniam primum peragrauit, per Hasſiacas regiones deinde adiit Wetzlariam, vbi, celeberrimi *Marquardi* hoſpitio vſus, peropportunam nactus eſt occaſionem fori vſum addiſcendi. Hinc, Francofurtum aliasq; multas ciuitates celebriores tranſiens, iter fecit in Belgium, cuius vrbes, dudum celebres, quum non ſine inſigni vtilitate luſtraſſet, in patriam ſe recepit. Ex ea an. 1699. m. Aug. profectus eſt per Berolinum, Norimbergam, Viennam in Italiam, cuius non caput ſolum, Romam, ſed reliquas etiam praecipuas ciuitates, quarum nota ſatis ſunt nomina, inuiſit. Fructum inde captum augebant loca tam Galliae, quam Belgii Hiſpanici inclytisſima, in quibus multa quoq; notatu digna ipſi ſpectanda ſunt oblata. Cum Duisburgi eſſet, *Inauguralem Diſputationem de Emtione Rerum futurarum* praeclare defendit, & a iuris in iſta Academia ſacerdotibus an. 1702 I. V. Doctor eſt renunciatus.

PETRVS

Digitized by Google

PETRVS SAXIVS.

Hunc Hiſtoricum, Geographum, Mathematicum & Philologum pereximium, ſed paucis, imo paucisſimis, notum, quem Heimreichius in Praefat. Chronic. Friſiae Borealis, ap. Cl. Mollerum in Iſagog. ad Hiſt. Cherſon. Cimbr. P. IV. pag. 247. 249, Evensbulla-Strandfriſium appellat, vixiſſe Coldenbuttelae in Eidoroſtadia, ex titulis omnium fere ipſius ſcriptorum apparet. Annum ſuum natalem ipſe dicit milleſimum quingenteſimum ſeptimum & nonageſimum. Quod Scholae Lubecenſis olim fuerit alumnus, & *M. Georgium Fabricium*, Subrectorem, habuerit praeceptorem optimum, itidem ipſe annotauit. Sic enim ſcribit in der Hiſtor. Beſchreib. der Land. Eyderſtett, Everſcop und Vthholm: *Jhme* (Bened. Meiero) *folgete* (in Paſtoratu Poppenbüllenſi) *M. Georgius Fabricius, Slesuic., vir omni virtutum genere & multiplici doctrina celebratisſimus, Praeceptor olim meus in Schola Lubecenſi honorandus, & nunc poſt fata charisſimus.* Quo munere ſit functus, docet Epiſtolae ab *Antonio Heimreichio* ad Noſtrum miſſae inſcriptio:

„ VIRO

„ Præſtanti, Politisſimo & Literatisſimo

„ Dno Petro Saxen, Provinciæ Egidorenſis

„ Senatori primario (*), Fautori ſuo pl. co-
„ lendo & obſervando pateant
„ Koldenbuttel
„ in
„ Eiderſtæt.

Ipſa Epiſtola (quam pro humanitate ſua mecum communicauit vir nobiliſſ. & experientiſſ. Balth. Kryſingius, Medicinae Doctor celeberrimus, de quo pluribus in Sect. Medic. agam) hic quoque meretur conſeruari, quoniam, praeter alia, docet & laudat diligentiam a Saxio Hiſtoriae patriae litteris conſignandae impenſam. His autem concepta eſt verbis:

„ Viro præſtantisſimo & Antiquitatis, rerum-
„ que memorabilium curioſo Indagatori,
„ Fautori ac Amico ſuo, facie quidem
„ ignoto, ſed fama notisſimo
„ Salvere!

„Quod de perfecto ſuo Principe Vates perfectis-
„ſimus & Poëta diuinus canit: —— faciles ocu-
„los fert omnia circum Æneas, capiturque locis,
„& ſingula lætus Exquiritque, auditque virum.
„monimenta priorum; in illo omnes ex æquo,
„quibus promptus ſupra vulgus iners eminere
„eſt animus, ſemper ſolent occupari. Et ipſa qui-

(*) Senatorum (*Rathleute*) non eſſe exiguam in hac provincia dignitatem, patet ex iis, quae narrat Heimreichius in Chronic. Friſ. Boreal. L. III. c. 8. p. 295 ſqq. Huc forſan reſpexit Saxius, quando Librum de Reb. Geſt. Friſior. Septentrional. Io. Sam. Heiſtermann a Ziehlberg, Friſiae Gubernatori, dedicans, inter alia ſcribit: *maximos mihi bonores in republica decreuiſti.*

Digitized by Google

„quidem natura in eorum animis quoſdam qua-
„ſi igniculos plerumque ſolet abſcondere, qui-
„bus accenſi, ad Antiquitatis admirationem,
„neſcio quo impetu, ſeduli ferantur. Neque
„etiam exigui momenti res eſt, vel veſtigia ſal-
„tem intueri eorum, quorum ſtatus διὰ πα-
„λαιας ἡμέρας eiusmodi fuit, ut in hodiernum
„usque diem variis verborum elogiis decanten-
„tur. Et qui nulla Antiquitatis cura ducuntur,
„illi ab Ægyptio Sacerdote pueris merito com-
„parantur, quibus iuuenis ſemper eſt animus,
„in quo nulla vetuſtatis cognitio, nulla reperi-
„tur cana ſcientia. Id quod ipſe ſedulo perpen-
„dens animo, poſteaquam itinere per præcipuas
„Europæ regiones, ſatis quidem moleſto, atta-
„men, ΘΕΟΥ ξὺν παλάμᾳ, feliciter abſoluto,
„ad patrios lares reuerſus, quæcunque curioſæ
„inveſtigationis ipſe conſpexi, literis conſignan-
„da labili & per tantam rerum varietatem diſtra-
„ctæ memoriæ non inconſultum iudicaui. Quo
„labore etiam ad votum perfuncto, huc, DEO
„ita diſponente, ad miniſterium Eccleſiaſticum,
„loco quidem ignobili & ſolitario, attamen ſtu-
„diis invigilandis non incommodo ſum vocatus.
„In eo autem, quo fungor, docendi munere,
„quicquid interea ſupererit temporis, præter
„occupationes, quas officii ratio exigit, hoc
„ipſum non ignauo otio & deſidi Lacunæ litare,
„ſed ſtudio ſolerti impendere viſum fuit maxi-
„me. Et ne in communi noſtra Patria, quæ
„ortus noſtri partem non exiguam, teſte Roma-
„nae eloquentiae principe, ſibi merito iure
vindi-

„vindicat, hoſpes ipſe inveniar, eius hiſtorio-
„lam literis conſignare inprimis animum appli-
„cavi, ne vel, ignorans, quid, antequam natus
„ſim, acciderit, univerſali literatorum cenſura,
„puer iudicarer, vel Scripturæ contrarius, pe-
„træ, a qua cæſus, immemor inveniar. Quod
„eo ardentiori ſtudio poſteritati (ſi qua futura
„eſt) per manus quaſi tradere debemus, quo
„maior ſpes, Inſulæ (quam pelagus in ſuam fer-
„me poteſtatem redegit) divina favente gratia,
„ab eiusdem poteſtate vindicandæ nunc quidem
„apparet. Quemadmodum autem de nave &
„muliere venuſte quidem Plautus ſcribit: Nego-
„tI qui volet vim comparare, navim atque mu-
„lierem hæc duo comparet, Nam nullæ res plus
„negotI, quam hæ duæ habent; ita non incon-
„cinne in eandem ſententiam dixerim, nego-
„tium mihi nunquam defuturum, ſi in Inſulæ
„huius Antiquitates inquiram deperditas, & re-
„gionis contra noviter, donante mari, acceſſæ
„curam atque cogitationem ſubire præſumam.
„Sicuti enim picturis quibusdam artis exquiſi-
„tæ, ſemper oculis contemplantium offert ſe
„novi quippiam, quod admiretur, ita in con-
„cinnanda hac hiſtoria verſanti nunquam defu-
„turum, quod ſarciendum ſit, plane mihi per-
„ſuaſum habeo. Erigit autem me in his occupa-
„tum Tuæ egregiæ Præſtantiæ ſæpius mihi com-
„mendata curioſa diligentia, meque eadem in
„hoc labore ſummopere ſublevatum iri non dif-
„fido. Eſt igitur, quod obnixe etiam atque
„etiam abs Tua Præſt. petam, ut quæ Patriæ bono
abs

„abs te ſunt conſignata, ea mihi conterraneo, „fide intemerata remittenda, mittere, &, quamdiu viſum fuerit, communicare (**) non graveris, quo & nobis cum Cyriaco Anconitano „patriam ferme mediis in undis ſubmerſam, aliquo modo a mortuis excitare liceat. Feceris „ſane rem mihi gratisſimam, patriæ debitam, & „gratæ poſteritati maxime iucundam, quam „precibus ipſe meis pro tui felicitate ad Deum „asſidue fuſis ſummo ſtudio demereri ſemper „adnitar. Vale, viveque diu, magno Reip. veſtræ bono, meque favore perpetuo proſequi „non dedignare. Ex Muſeo Strand. in Ericeto „paluſtri X Kal. Dec. Anno poſt hujus ſeculi medium & jubilæum III.

Tuæ Human. & Polit. Præſtantiæ
Obſervantisſimus
M. Anthon: I. F. Heimreich (***) Φιλάρχαιος.

De reliqua Saxii vita nihil fere certi poſſum commemorare. Neque vitae eius finis mihi innotuit. Licebit tamen coniicere, quod anno circiter

(**) Communicaſſe Saxium Chronicon ſuum Eidoroſtadienſe MS. cum Heimreichio, huius *Erneuerte Nordfrieſiſche Chronick*. Sleſv. 1668. 4 indicat. Non ſolum enim in praefixo Catalogo Auctorum citatorum legitur *Petri Saxen geſchriebene Eiderſtätiſche Chronick*, verum etiam in ipſo Chronico p. 50. 95. 135 & pluribus forſan in locis Heimreichius Saxium nominat ac ſequitur. In huius vero ſecundae editionis Praefatione nullam Saxii facit mentionem, quem, annotante Mollero l. c. in primae editionis Praefatione valde ob diligentiam laudauit.

(***) De hoc Heimreichio, eiusque Chronico dignus eſt, qui legatur, Mollerus l. c. p. 240 ſqq.

citer 1661, aut ſqq, ſit mortuus. Anno ſaltem 1660. d. 11 Sept. libro ſuo, Latina lingua *de Rebus Friſior. Septentr.* conſcripto, vltimam manum impoſuit. Defectum hunc forſan aliquando Cl. Mollerus in Cimbria Literata ſupplebit. Laetor autem, quod accuratius licuerit mihi ipſius ſcripta ἀνέκδοτα, &, vnico excepto, ἀυτόγραφα, ex ἀυτοψία cognoſcere. Poſſidet ea, & tanquam magni pretii κειμήλια aſſeruat, laudatus Kryſingius, in cuius Bibliothecam ex Kielmannseggiana peruenerunt. Auctorem ipſum ad editionem illa paraſſe, luculenta indicia oſtendunt. Annotauit autem multas res ſingulares, non ab omnibus obſeruatas, & ad ſua vsque tempora fere ſemper Chronica perduxit. Anni, quibus vnum quodque opus ſcribi coeptum, in titulis ſunt expreſſi. Hi contenta librorum ſummatim docent, quare eos, retenta, quae paſſim eſt, ſingulari orthographia, exhibebo. Sunt autem

Noua totius Friſiae Septentrionalis Deſcriptio, das iſt, Eine newe Beſchreibung der ſembtlichen, im gantzen Nord-Frießlande, am Cimbriſchen Meere, gelegenen Landen, Inſuln vnd Ougen; von derſelben Grentzen, Gelegenheit, Begriff, Zuſtandt, Eigenſchafft und Fruchtbarkeit; vnd von der hieſelbſt geſeſſenen Nord-Frieſiſchen Völcker Vrſprung, Ankümpfft, Nahmen, Art, Spraach, Kleydung, Religion, Freyheit, Geſetzen, Gebräuchen, Rechten, Leben und Wandel; Vnnd wie dieſe Einwohnere, bey Ihrem Antritt, Reſpectiue, Köge, hernach Bawrſchafften, Dörffer, Communen, Flecken, Stette und Lande, erbawet,

vnd

vnd in der Mittel Zeit Ihre Gottes Heuſer, Capellen, Kirchen und Schulen fundi- und dotiret haben, unnd bey all ſolchen überaus ſchweren und groſſen Verrichtungen für grawſahme fata an Kriegen, Uberzugen, Niederlagen, Tempeſten, Waſſerfluthen, Schatzungen, und Ruinen erleben müſſen. Anno 1636. fol. Ἀυτόγραφον eſt auctoris.

Ein Hiſtoriſche Beſchreibung der Landen Eiderſtett, Everſchop, vnnd Vthholm, darinne von deren Gelegenheit, Zuſtande vnd Qualiteten, vnd von der Einwohnere Ankumpfft, Policei, Rechten, Freyheit, Sprache, Leben und Wandell, bey Heydniſch-Catholiſch- und Lutherſcher Religion, vnd wie, wo, vnd wan Sie in dieſe Landen gekommen, vnd ſelbige erbawet haben, gehandelt wird, vnd was ſie biß dahero für Kriege, Niederlage, Vberzuge, Aufbott, Vngewitter, Waſſerfluthen, Peſt, Schatz- vnd Veränderung, außgeſtanden haben. Aus allerhand glaubwürdigen Inländiſchen MSS., auch alten Receſſen, Acten vnd Traditionibus Maiorum, auf warhaftige Berichte, fleisſige Nachfrage, eigene Erfahrung, gewiſſe Kundſchafft, vnd eingenommenen Augenſchein. Mit beſondern Fleiß, vnd groſſer Mühe, zuſammen gebracht, ietzo aufs neu überſehen, & poſt cenſuras quorundam clarisſimorum virorum, an etzlichen örten, vormehret, vnd biß auf dieſe Zeit vollſtrecket, vnd continuiret durch Petrum Sax, zu Coldenbuttel in Eiderſtett. A. C. M DC XXXI. Fol. Auctoris eſt Ἀυτόγραφον. Honorifica huic operi praeſcripſerunt Carmina gratulatoria *Vincentius Mollerus*, V. I. D. & Canonicus Hamburgenſis: *Ioachimus Theodori*, Eccleſiae Cotzen-

Cotzenbullenſis in Eideroſtadia Paſtor: nec non *Fridericus Klinge*, Secret. Chriſtianop. Theodorus Saxium vocat *Hiſtoricum*, *Geographum & Philologum eximium.* Addo *Mathematicum:* nam Matheſeos, in primis Geometriae, eum fuiſſe peritisſimum, monumenta eius ſatis ſuperq; demonſtrant; & *Phyſicum*: etenim quam curioſus & ſedulus naturalium etiam rerum fuerit ſcrutator Saxius, euincunt permultae de rebus naturalibus relationes minime vulgares, quae in hoc & ſequentibus operibus reperiuntur. Variis Tabulis & Mappis Geographicis opus hoc eſt illuſtratum, & ex multis hiſtoricis, antiquis pariter ac recentioribus, quorum Elenchus praefixus, concinnatum. Pietatis ac veritatis ſtudium teſtatur ſub initium his verbis: *Der Allerhöchſte gebe, daß dieſe meine wolgemeinte Arbeit ſeinem Heil. Nahmen zu Ehren, und dem Allgemeinen Beſten zu Nutzen verrichtet werde: Auch, daß bey der Feder Trew, Frey- und Warheit ſeyn müge, damit keinem Menſchen zu nahe getretten, oder einigem Dinge zu viel gethan werde.* Concludit his verbis: *Wil in GOttes Nahmen hiemit ſchlieſſen, und fürderlichſt mit den* Annalibus, *ſo viele man zu dieſer Zeit davon wird haben können, ein Anfang machen. Datum Coldenbuttel, in Eiderſtett, im Jahre nach Chriſti Geburt Ein Tauſent, Sechs Hundert, Sechs und Dreisſig, den 26 Tag Septembris.* Subſcripſit, praeter nomen, hoc Diſtichon:

Et

Digitized by Google

Et ſic per varios, per tot, tantosque labores,
Addita nunc ſcripto eſt vltima lima meo.

Petrus Sax. A. 1654. d. 6 Sept. natal. m. Ai. 1597.

Quo anno 1654 videtur opus ſuum recognoviſſe. Praemiſit operi Etymologiam omnium locorum, in his regionibus ſitorum. In Catalogo tam Paſtorum, quam Diaconorum Coldenbüttelenſium nullam ſui facit mentionem, vt adeo coniectura, quod officio ſacro apud Coldenbüttelenſes functus ſit, quae nonnemini aliquando venit in mentem, nulla ſit. Ceterum hiſtoriam illarum regionum reformationis Lutheranae, de qua, vt ingenuum decet Lutheranum, ſemper ſcribit, diligenter conſignauit. Memorabile, inter alia, occurrit teſtimonium inſcitiae, quae fuit ante ſacrorum emendationem: *Die erſte Lutheriſche Predigt iſt gehalten worden zu Garding, von H.* Hermann Rooſt, *Paſtoren zu Huſum. Nach geendigter Predigt hat er den Pſalm: Ein feſte Burg iſt unſer GOtt, &c. allein geſungen, und hatte keiner in GOttes Wort von allen Zuhörern ſo viel gelehret, der mit ſingen konnte.*

Annales Eyderſtadienſium. i. e. Kurtze Verzeichniß etlicher Geſchichte, ſo ſich in den Landen Eyderſted, Everſchop und Utholm in den geſetzten Jahren zugetragen, zuſammen getragen von Petro Sax. 1637. fol. Auctoris eſt αὐτόγραφον. Incipit a Friſone & pergit vsque ad an. 1645. Annexae ſunt Saxii *Ephemerides Eyderſtadianae.*

K *Deſcriptio*

Deſcriptio Inſulae Nortſtrandiae. i. e. Beſchreibung der Inſul Nortſtrand, derſelben Gelegenheit, Begriff, Antiquitet, Grôſſe, Bequemlichkeit, Fruchtbarkeit, derer Einwohner Natur, Herkommen, Religion, Freyheit und Sitten. 1637. fol. Auctor manu ſua codicem hunc exarauit. Reperiuntur etiam in hoc Volumine, ſub diuerſis titulis, *Beſchreibungen der Inſuln Fôhre, Amrom, Silt, der Lundenbergiſchen Harde, der Harde Sudergoes, Soking, Kahrharde, Widingharde. Alle nach derſelben Situationen, Alterthum, Grôſſe, Fruchtbarkeit, Cultu Religionis, der Einwohnere Herkunfft, Art und Weiſe in vita & politica converſatione, und was ſich innerhalb geraumer Zeit vor Geſchichte darin, zugetragen.* In omnibus titulis extat: *An.* 1637.

Dithmarſia i. e. Nôthiger Vorbericht und Hiſtoriſche Erzehlung des Zuſtandes in Dittmarſchen. Aus Latein- Teutſch- und Inlândiſchen Scriptor. zuſammen gezogen von Petro Sax. 1640. fol. Et hic codex eſt αὐτόγραφος. Poſt exactam Dithmarſiae Deſcriptionem incipiunt *Annales* ab an. 278.

Friſia Minor, hoc eſt, Tabulae Inſularum & Peninſularum, tam maiorum, quam minorum, iuxta Ducatum Sleswicenſem, in Oceano Britannico, ſive Cimbrico, ſitarum, in quibus Hiſtoriae praecipuarum rerum & factorum quorundam memorandorum, breviter, ſignis & aſtericis, ſingulae, ſuis locis, notatae, continentur, ſtudio & labore, ſecundum praeſentis aevi ſtatum, deſcriptae a Petro Sax, ab Eydora-Friſio. 1638. fol. min. Tabulae, manu Saxii, in membrana eleganter ſunt concinnatae. In Deſcriptionibus varia exhibentur curioſa, tam

imagi-

imaginibus, quam verbis, e. c. *de Rege Friſiae* **Radbodo**, *qui frequentiori ſua praeſentia illuſtravit Helgolandiam, qui & ibi mortuus, & ſepultus eſt: de Idolis Friſicis, quae gentili errore, in Helgolandia, culta ſunt*, *Iove*, *Phoſeto*, *Veſta*, &c. De Helgolandia, ad Chriſtianiſmum perducta, ſequentia tradit: A. C. 692 Sacer-„dos Dei S. Willebrordus cum diſcipulis ſuis „a Pipino, Brabantiae Duce, in Helgolan-„diam deſtinatus, prophana delubra Jovis & „Veſtae deſtruxit, & tres Friſones baptizavit. „Ipſae ſtatuae & Idola ex aere & cupro erant „confecta, quae miſeri illi homines adorabant, „& ab iisdem conſilium & auxilium implora-„bant. Haec & alia omnia Idola Friſica a Ca-„rolo M. ſubuerſa ſunt, & ad perpetuam rei „geſtae memoriam in hunc vsque diem Tra-„iecti in Archivis D. Mariae Virginis tria eo-„rum viſuntur, quae Corn. a Cempis vidit, & „in manibus habuit. Haec Saxius, qui addidit his Tabulis alias, de quibus ipſum iuuat audire, ita iis praefantem: *Lector Beneuole. Ne quid pagellis hisce ad formam externam deeſſet, ſuperpondii & mantiſſae inſtar miſcellas Tabellas quarundam Regionum & Praefecturarum adiiciam, quae Friſiae Minori ſunt conterminae, ut eo res fiat illuſtrior. Claritudinem enim eius, Regionum adiacentium lumine, tanquam gemma aliqua precioſiori, & Tabulas Tabulis, tanquam Emblematis, exornare volui. Tibi autem, vt minuta iſthaec, ſi non grata, attamen ne ingrata ſint, maximopere rogo.*

De praecipuis Rebus geſtis Friſiorum Septentrionalium breuiter deſcriptis, Libri ſex, e ſummis Antiquitatum tenebris producti per Petrum Sax, ab Eydora Friſium. An. Chr. M DC LVI. 4. pagg. 224. Eleganter ſcriptum eſt apographum. Imagines non raro occurrentes operi huic decus conciliant. Dedicavit an. 1651. d. 6 Iun. *Io. Sam. Heiſtermann a Zieblberg*, Ill. Cimbr. & Saxon. Ducis Conſiliario Aulico, Eydoranae & Heveranae Friſiae Gubernatori & Ciuitatis Tönningenſis Iudici, quem tanquam ſummum ſuum Maecenatem valde laudat. Effigies Heiſtermanni, quae libro huic praefigi debuit, ſupereſt, manu, forſan ipſius Saxii, picta. Is ſaltem ſua manu ei ſubſcripſit hoc diſtichon:

O Facies dilecta mihi, cui militat omnis,
Quo Milda, & Ibrenus, quo Eydora, & Hevera eunt.

A. 1651. d. 6 Iun.
P. S.

Praemiſſus eſt Index librorum & capitum, quem, vt contenta totius operis innoteſcant, hic inſeram: Liber *primus* habet Sacra & Imperialia, quae omnes & ſingulos in Cherſoneſo Cimbrica maritimarum regionum, & ſingularia, quae ipſos ſolos Helgolandicos concernunt. Cap. I. de Idolis Friſicis. II. de piis & ſanctis viris. III. de Principibus & Regibus celebrioribus. IV. de Singularibus. Liber *ſecundus* continet Religioſa & Saecularia in Eyderſt. Everſch. & Uthholm, quae & ad alios, in hac Phryſia, Friſones, & ſingularia, quae ad ipſos indigenas ſpectant. Horum cap. I. de Religio-

Religioſis, Friſiorum Apoſtolis, & Chriſtianae religionis Propagatoribus. II. de Saecularibus. III. de Singularibus. Liber *tertius* comprehendit Eccleſiaſtica & profana in Nordſtrandia, quorum aliqua etiam ad ceteros in Friſonia noſtra, & Singularia. quae ad ſolos incolas pertinent. Cap. I. de Eccleſiaſticis. II. de Profanis. III. de Singularibus. Liber *quartus* exhibet Sacrata, res geſtas & ſingularia in Föhr: Harda, quorum aliqua noſtris Friſiis communia, cetera vero ipſis inhabitatoribus propria. Cap. I. de Sacratis. II. de Rebus geſtis. III. de Singularibus, Liber *quintus* complectitur Enarrationes rerum in Harda Sûdergoſica, Nordergoſica, Boceniana, Cahrana & Widiana. Cap I. de Sûdergoſicis. II. de Nordergoſicis. III & IV de Bocenianis & Cahranis. V de Widianis. Liber *ſextus* agit in vniuerſum de Fluminibus navigabilibus, de Diluuiis, de Armis Maiorum, de Monetis & de Locis deſolatis. Cap. I. de Fluminibus navigabilibus, de Diluuiis, de Armis Maiorum, de Monetis & de Locis deſolatis. Cap. I. de Fluminibus nauigalibus. II. de Diluuiis. III. de Armis Maiorum. IV. de Locis deſolatis. Sequitur Catalogus Auctorum 126, ineditorum ac editorum, quibus ad conficiendum hoc egregium opus vſus eſt. Ipſum opus auſpicaturus hoc ſcripſit votum: *Initium ab initio Cherſoneſi Cimbricae ſum facturus. Deus ter optimus maximus largiatur otium, laetitiam & pacem mentis, ſegreget odium & amorem, ne quid*

 falſi

falſi dicam, propter aucupium gratiae, vel veri aliquid ſubticeam, propter metum offenſionis, & faciat, vt haec ſcripta cedant in ipſius Nominis gloriam & poſterorum vtilitatem. Ex quibus verbis apparet, quod officio boni Hiſtorici ſatis facere Saxius magnopere laborarit. Locus Taciti, qui extat circa finem Libri de Situ, Morib. & Popul. Germaniae: *Eſt in inſula Oceani caſtum nemus ——— arcanus hinc terror, ſanctaque ignorantia, quid ſit illud, quod tantum perituri vident*, pag. 26 ſqq tam erudite, quam prolixe declaratur, & de Helgolandia, ac Veſta, in ea culta, exponitur. Colophonem impoſuit operi his verbis: *Deo vni & trino ſit laus & perennis gloria in omnes aeternas aeternitates, Amen. Dab. Coldenbutlii, in aedibus Dranderſummianis. A. C.* 1656. *vlt. Febr.* Adiecta ſunt *Paralipomena*, quorum vltimum an. 1660. d. 11 Sept. ſcriptum.

Exercitationes Hiſtoricae, Authore Petro Sax ab Eydora Friſio. An. 1657. Fol. pl. 21. Animaduertit hoc libro, ex cuius *ἀυτογράφῳ* haec refero, in varios Hiſtoricos, eorumque errata detexit; nonnunquam tamen quaedam ſuppleuit. Sunt autem monumenta hiſtorica, quae partim corrigit, partim ſupplet

Io. Adolphi Cypraei Annales Epiſcop. Slesvicenſ. 1634.

Matthiae Boëthii de Cataclyſmo Nordſtrandico Commentarii. 1623.

Nicol. Heldvaderi Silva Chronologica. 1625.

Io.

Io. Pomarii Chronica der Sachſen und Nieder-Sachſen. 1588.

Deſcriptio Friſiae Eydorenſis ad Geographicam eius Provinciae Delineationem. Authore Caſp. Hoyer, ex relatione Jacob Sax. Eyderſtad. A. C. 1610.

Annales Trium Provinciarum, Eyderſtadenſium, Everſchopp. & Vthholm. Ex antiquo libro MScripto per R. p. b. m. Dn. L. A. p. q. W. A. C. 1580. Per litteras L. A. haud dubie intelligendus *Laurentius Adſen*, ad quem in Libris de Reb. Geſt. Friſior. Septentr. Saxius prouocat. R. p. b. m: *Reverendum Patrem beatae memoriae*, p. q. W: *Paſtorem quondam Witzwortenſem*.

Matthiae Pampi Beſchreibung von Eyderſtett.

Exderſtett. Chronica, MSS. Vulg. Vulgat. Vetuſt. & Comm. H. P. M. Dn. Pr. J. J. J. T. J. O. M. O & aliorum, quae nullo Authore ſparguntur.

Jven Cnutſens korte Verteckeniſs, vmb welcher tidt Eyderſtett mit denen von der Geheſt vnd im Stapelholm ſint Landfaſt geworden.

Adam. Tratzigers Hamburgiſche Chronica.

Henr. Bunting Braunſchweigiſche und Lûnenburg. Chronica. 1586.

Warhafftige und kurtze Verzeichniſs des Krieges, in welchem König Friederich zu Denemarck &c. der 2, vnd Jhr. Kön. Maj. Vetters, Johan und Adolff, alle Hertzogen zu

Schleſswig, Holſtein, an. 1559 wieder die Dithmarſchen geſieget, darinnen von der Dithmarſchen Urſprung und Herkommen Meldung geſchicht. A. 1569.

Io. Peterſen Holſteiniſche Chronica. 1555.

Chronica Carionis per Phil. Melanchthonem & Caſp. Peucerum. 1588.

Subſcripſit finito huic operi: *Et tantum eſt. A. 1661. d. 12. Nov. P. Sax.* Animaduerſiones hae magna ſe vtilitate commendant, adeo, vt fuiſſet optandum, Saxium hac ratione plures Hiſtoricos pertractaſſe. In animo hoc ipſum habuiſſe, patet ex Dedicatione ad *Laur. Ovenum*, V. I. D. Eideranae & Heveranae Friſiae Status Secretarium & Advocatum an. 1660. d. 12 Dec. ex Aedibus Dranderſummianis ſcripta, in qua ſequentia leguntur: *Erat mihi in animo, plures Hiſtoricos percurrere, eorundemque craſſos errores notare, vbi nonneminem non inexaminatum relinquerem; ſed hac ratione deberem incurrere in odium hominum, quaſi id facerem animo ſugillandi. Subſiſtam igitur hic, & haec pro tempore ſcripta ſunto.*

HENRICVS SCHNITTLERVS.

ICto huic, patria Roſtochienſi, in his Athenis locus fuit dandus, quoniam in Progr. Inaug. Roſtoch. 1649 publicato ſequentia leguntur: „Cum prius in Scholis triuialibus bonarum lite-„rarum fundamenta & praecipue ſub celeberri-„mo illo Philologo, huius olim Academiae Pro-„feſſore meritisſimo, Dn. *Ioanne Kirchmanno*, poſt-

„poſtmodum Scholae Lubecenſis Rectore fide„liſſimo, ibidem ieciſſet, in aliquot Academiis il„luſtribus, praecipue Iulia, quae eſt Helmſta„dii; & Regiomontana, quae eſt in Boruſſia, „tam ſtudio Philoſophico, quam Iuris priuati ac „publici ſcientiae ſolertem ac indefeſſam ope„ram impendit, eamque in hacce Academia pa„tria non minori conatu & ſollicitudine conti„nuauit.„ Habita ab ipſo eſt ſub *Nicolai Schützen* praeſidio *Diſputatio Inauguralis de Sequeſtratione.* Roſtoch. 1649.

ANTONIVS DANIEL SONNEMANNVS.

Excellentiſſimum hunc ICtum Lubeca noſtra filiis ſuis accenſet. Natus enim eſt patre *Leonbardo Sonnemanno*, qui in Camera ciuitatis noſtrae munus Scribae ſuſtinuit. Annos pueritiae ac iuuentutis in noſtro Athenaeo laudabiliter conſumſit, *Hect. Godofr. Maſium*, magnum poſtea Theologum, integerrimum amiciſſimumque condiſcipulum nactus. Coetui Gymnaſtico adſcriptus fleuit an. 1665 mortem *Henrici Bangerti*, viri immortaliter promeriti, hoc carmine:

Plangite Pierides, lacrymarum fundite riuos,
Plangite Bangertum, nobile delicium.
Quam ſubito moritur Muſarum nobile ſidus,
Quod vellem Pylios exſuperaſſe dies.
Trava virum deflet, multum triſtatur Apollo,
Lumina confundunt tresque nouemque Deae.

Digitized by Google

O! vtinam pro te poſuiſſem munera vitae,
Dulce decus noſtrum, praeſidiumque meum,
Nam dolor aſſiduo rodit mea pectora morſu,
Cum benefacta animo voluo reuoluo meo.
Sed Deus omnipotens, cui paret terra poluſque,
Te petiiſſe iubet ſplendida tecta poli.
Salue, chare ſenex, pulcri nouus incola coeli,
Aeternumque vale, deuenerande ſenex.

Pietatem erga pie defunctum Praeceptorem nunquam non deuenerandam moeſtisſima manu menteque ſcribebat

Ant. Dan. Sonneman.

Acceptum per hanc Bangerti mortem damnum fide, eruditione, amore *Hermanni Nottelmanni*, Rectoris optime meriti, fuit reſartum. Ille enim quae deerant ſtudiis ipſius humanioribus, tanta addidit copia, vt deinceps Noſter ſcripta ſua eleganti ſtilo potuerit exarare. Annos Academicos Helmeſtadii & Francofurti ad Viadrum conſumſit. In illa Academia, praeter alios, *Danielem Claſenium* fidelem nactus eſt praeceptorem, quem ipſe in Praefat. Praelectt. ad Leg. Notabil. p. a 4. b. idcirco laudauit. In hac gauiſus eſt felicitate audiendi magnum illud ordinis Iuridici ornamentum, *Samuelem Stryckium*, cuius auſpiciis non ſolum *Ioannis Brunnemanni de Iure Eccleſiaſtico Libr. I. cap. 1 & 2 de Eccleſia & Principis in eam Poteſtate* an. 1673 publica Diſſertatione excuſſit, verum etiam anno ſubſequenti pro Licentia ſummos in vtroque iure honores conſequendi ſolemniter diſputauit. Reuerſus deinceps in patriam, aliquod temporis ſpatium hic exegit, inter

inter Licentiatos iuris nomen ſuum profeſſus. Sed repetiit Francofurtum, ibidemque fixit ſedem, & ſummis honoribus iuridicis ac Profeſſoris extra ordinem conſtituti dignitate auctus, alios coepit docere, ſcholasque iuridicas non ſine applauſu aperuit. Vnde miror, in Io. Chriſtoph. Becmanni Notitia Vniuerſitatis Francofurtanae nullam Sonnemanni noſtri factam eſſe mentionem. Fato praematuro an. 1699 eſt ereptus, cum iam ſcriptis egregiis inclaruiſſet. Haec quomodo ſint adducta in Indice Biblioth. Iurid. Lipenio-Struvianae, iudicet Lector ex iis, quae αὐτόπτης enarrabo. Iſthaec vero ſunt

Diſputatio Inauguralis exhibens Ius Lubecenſe ad methodum Inſtitutionum ſubiunctis Iuris Communis Differentiis. Francof. ad Oder. 1674. 4. Alph. I. Praeſes *Sam. Strykius* his honorificis verſibus ei gratulatus eſt:

Aemulus es Solis. Neſcis SONNMANNE latere,
Virtutumque frequens ſpargis vbique iubar.
Hactenus & probitas in Te vitaeque modeſtae,
Doctrinae & radii promicuere ſatis.
Nec minor ex theſibus, patriis quam iuribus affers,
Lux patet, & ſtudii ſplendida teſtis adeſt,
Vnde diu, ſummo qui Iuris honore coruſces,
Viſus eras noſtro promeruiſſe choro.
Excipe nunc ciuem celebrata Lubeca merentem,
Quem foueas, prono quemque fauore bees;
Hic etenim quoties dubias nox atra recondet
Cauſas, haud dubie Solis ad inſtar erit.
Diſcutietque ſuae fulgore ſcientiae & artis,
Iuſtitiae obſcuri quicquid obeſſe queat.

Digitized by Google

Iuſtitiae vero tibi Sol affulgeat vsque,
SONNMANNE innumeris influat atque bonis.

In Vol. II Diſp. Strykianarum Francof. 1683. 4. haec Diſputatio eſt recuſa. Licuit mihi vti exemplo, cui Noſter manu ſua Notas adſcripſit. Vnam hic exhibebo, quae eſt pag. 3, vbi Diſputationis verba: *Id tamen certum manet, incunabula huius noſtri iuris omnino ad tempora Friderici non eſſe referenda, cum ab Imperatore confirmationem ſaltem iurium ſuorum, quae ab illo cum appenſione aurei ſigilli facta, petierint,* ſic in margine continuauit: *ipſeque Imperator praeter hanc ob fidem ſibi in bellis a Lubecenſibus exhibitam proprio motu Lubecam pro capite Ciuitatum Hanſeaticarum declarauerit, Senatores Lubec. Conſiliarios Imppt. fecerit, & , vt verba antiqui cuiusdam Chronici an. 1506 publice editi habent:* eenen de Macht geven, dat ſe mögen Goldt lick enen Ridder dregen, *quae etiam vetus Chronic. Slav. p. 22 confirmat, nullius autem iuris Lubecenſibus tum nouiter conceſſi ſit mentio.*

Diſſertatio Iuridica de Divite. Francof. ad Viadr. 1685. 4. pl. 8.

Diſputatio Iuridica de Iure Infantum. ibid. 1686. 4. pl. 8½.

Exercitium Academicum de Iure Potiore. ibid. 1690. 4. pl. 8½.

Praelectiones publicae ad Leges notabiliores Digeſtorum & Codicis, ſubiunctis earum rationibus, ampliationibus, declar. & limitationibus, partim ex ipſis textibus,

textibus, partim ex aliorum Doctorum commentariis, deciſion. & diſputationibus ad vnam vel alteram legem conſcriptis, deſumptis. In vſum ſtudioſae iuuentutis Academ. Cum gemino Indice, vno LL. & Materiarum in illis explicatarum, altero rerum & verborum locupletisſimo. Francof. & Lipſ. 1695. 8. Alph. I. pl. 17. Recenſio huius libri in Act. Erud. Lipſ. 1695. p. 516 honorificis hisce verbis obſignatur: „Labor clarisſimi Auctoris, „quo is leuem ac ſimplicem viam ad intelli-„gendas optimas leges futuris cauſarum pa-„tronis ſternere voluit, omni laude euehen-„dus venit: ſiquidem inſigniorum, quae in „Pandectis & Codice occurrunt, ſenſum pri-„mo breuiter ac perſpicue euoluit, mox per „ſolidas rationes confirmat, ampliationes, „declarationes ac limitationes partim ex ipſis „textibus authenticis, partim probatisſimis „Doctoribus, ſubnectit, & quidem haec „omnia ea ſedulitate, vt omnino illud, quod „Diogenes Laertius de Erilli Philoſophi libris „ſcribit, & de hoc plenisſimo bonae frugis „opuſculo dici iure posſit: Ἐστι τὸ βιβλίον αὐ-„τοῦ ὀλιγόστιχον μὲν, δυνάμεως δὲ μεστόν.

Ius Nouellarum Conſtitutionum Diui Iuſtiniani, ſacratisſimi Principis, ex Iure Ciuili, Canonico, Feudali & Publico, vt & celebrioribus aeui noſtri doctoribus textualiter explicatum, & Commentario Theoretico-Practico ad vſum modernum in iudiciis tam ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis maxime accommodato, ſubiunctis rationibus, declarationibus & ampliationibus, partim ex ipſo textu, partim ex celebrioribus Doctorum

an. 1661. d. 8 Mart. mortalitatem, relicta tamen immortali laude, reliquit.

PETRVS SVRLAND.

Patria gaudet ciuitate Hamburgenſi longe lateque celeberrima. Cum loci natalis ſplendore pereximiam naſcendi felicitatem merito coniungit. Patrem enim veneratus eſt virum admodum reuerendum & praeclariſſimum IOANNEM SVRLAND, Aedis Michaëlitanae Paſtorem longe fideliſſimum meritiſſimumque: matrem vero ANNAM MARGARETAM, viri nobiliſſimi experientiſſimique IVLII IOANNIS BOKELII, Med. Doct. Ducis Brunsuicenſis Archiatri, & ſub ipſa Academiae Iuliae inauguratione Medic. Profeſſoris, ac Phyſici tandem Hamburgenſis, neptem, Matronam ſexus ſequioris ornamentis adſcribendam. Interfuit Gymnaſii noſtri alumnis eo tempore, quo HINCKELMANNVS principe loco illi fuit praefectus. Documentum huius rei ipſum Album noſtrum poteſt produci. Annis deinceps Academicis legum ſtudia ita pertractauit, vt I. V. Doctoris honoribus ſit inſignitus. Anno 1693. d. 2 Nov. Patres Conſcripti Hamburgenſes Bibliothecae publicae Ioanneae eum praeeſſe voluerunt, quo Bibliothecarii munere hodieque fungitur. Vid celeberr. Fabricii Memor. Hamburg. Vol. II. pag. 1119.

NICOLAVS THEOPHILVS.

Iuriſconſultum hunc, Politicum & Poëtam lauda-

laudatisſimum lubentisſime laudo inter viros celeberrimos, quos Athenaeum noſtrum optimae indolis alumnos agnoſcit. Primam aſpexit lucem an. 1541 in florentisſima Cimbriae civitate Flensburgenſi, cui almae matri hunc optimum filium iure meritoq; gratulor. Patrem habuit *Nicolaum*, *Ioannis* f., Paſtorem Marianum & Praepoſitum, matrem *Annam Laurentii* f., qui optimi parentes *hunc filiolum*, reddo verba Eraſmi Vindigii loc. mox citand. p. 147, *in Schola patria primum, ſicut & domi ſuae, in pietate & literis curarunt educari diligenter. Cumque iam attigiſſet annum aetatis XIV, miſſus eſt ad celebriorem Scholam Lubecenſem, in qua triennium, vel plus eo, eſt commoratus: donec cum Rectore, qui Vitebergam erat vocatus* (15), *inde exiret, & paulo poſt proficiſceretur Roſtochium, commendatus clarisſimis viris, D. Arnoldo Burenio, & D. Dauidi Chytraeo, apud quos vixit totum quinquennium, & profecit plurimum, tum in Philoſophia, tum in Medicina.* Poſt obitum patris legum ſtudio ſe addixit, quod Roſtochii, Ienae & Ingolſtadii ita excoluit, vt in vltimo loco *iura*, Vindingio teſte p. 148, *etiam docuerit aliquandiu cum laude & admiratione.* Tantum virum ſummi Principes in deliciis habuerunt. Etenim non ſolum a MAXIMILIANO II Imperatore ob diuinum poëſeos, quam ab ineunte aetate amauit, coluitque, ſtudium lauream accepit poëticam, verum alii etiam de eo honoribus afficiendo, ſibiq;

L conci-

(15) Erat is *Petrus Vincentius*, ex Rectore Lubecenſi factus, an. 1557 Profeſſor Wittenbergenſis, de quo in *Hiſtoria Athenaei* D. V. plura.

De praecipuis Rebus geſtis Friſiorum Septentrionalium breuiter deſcriptis, Libri ſex, e ſummis Antiquitatum tenebris producti per Petrum Sax, ab Eydora Friſium. An. Chr. M DC LVI. 4. pagg. 224. Eleganter ſcriptum eſt apographum. Imagines non raro occurrentes operi huic decus conciliant. Dedicavit an. 1651. d. 6 Iun. *Io. Sam. Heiſtermann a Ziehlberg*, Ill. Cimbr. & Saxon. Ducis Conſiliario Aulico, Eydoranae & Heveranae Friſiae Gubernatori & Ciuitatis Tönningenſis Iudici, quem tanquam ſummum ſuum Maecenatem valde laudat. Effigies Heiſtermanni, quae libro huic praefigi debuit, ſupereſt, manu, forſan ipſius Saxii, picta. Is ſaltem ſua manu ei ſubſcripſit hoc diſtichon:

O Facies dilecta mihi, cui militat omnis,
Quo Milda, & Ibrenus, quo Eydora, & Hevera eunt.

A. 1651. d. 6 Iun.
P. S.

Praemiſſus eſt Index librorum & capitum, quem, vt contenta totius operis innoteſcant, hic inſeram: Liber *primus* habet Sacra & Imperialia, quae omnes & ſingulos in Cherſoneſo Cimbrica maritimarum regionum, & ſingularia, quae ipſos ſolos Helgolandicos concernunt. Cap. I. de Idolis Friſicis. II. de piis & ſanctis viris. III. de Principibus & Regibus celebrioribus. IV. de Singularibus. Liber *ſecundus* continet Religioſa & Saecularia in Eyderſt. Everſch. & Uthholm, quae & ad alios, in hac Phryſia, Friſones, & ſingularia, quae ad ipſos indigenas ſpectant. Horum cap. I. de Religio-

Religioſis, Friſiorum Apoſtolis, & Chriſtianae religionis Propagatoribus. II. de Saecularibus. III. de Singularibus. Liber *tertius* comprehendit Eccleſiaſtica & profana in Nordſtrandia, quorum aliqua etiam ad ceteros in Friſonia noſtra, & Singularia. quae ad ſolos incolas pertinent. Cap. I. de Eccleſiaſticis. II. de Profanis. III. de Singularibus. Liber *quartus* exhibet Sacrata, res geſtas & ſingularia in Föhr: Harda, quorum aliqua noſtris Friſiis communia, cetera vero ipſis inhabitatoribus propria. Cap. I. de Sacratis. II. de Rebus geſtis. III. de Singularibus, Liber *quintus* complectitur Enarrationes rerum in Harda Sûdergoſica, Nordergoſica, Boceniana, Cahrana & Widiana. Cap I. de Sûdergoſicis. II. de Nordergoſicis. III & IV de Bocenianis & Cahranis. V de Widianis. Liber *ſextus* agit in vniuerſum de Fluminibus navigabilibus, de Diluuiis, de Armis Maiorum, de Monetis & de Locis deſolatis. Cap. I. de Fluminibus navigabilibus, de Diluuiis, de Armis Maiorum, de Monetis & de Locis deſolatis. Cap. I. de Fluminibus nauigalibus. II. de Diluuiis. III. de Armis Maiorum. IV. de Locis deſolatis. Sequitur Catalogus Auctorum 126, ineditorum ac editorum, quibus ad conficiendum hoc egregium opus vſus eſt. Ipſum opus auſpicaturus hoc ſcripſit votum: *Initium ab initio Cherſoneſi Cimbricae ſum facturus. Deus ter optimus maximus largiatur otium, laetitiam & pacem mentis, ſegreget odium & amorem, ne quid*

 falſi

falſi dicam, propter aucupium gratiae, vel veri aliquid ſubticeam, propter metum offenſionis, & faciat, vt haec ſcripta cedant in ipſius Nominis gloriam & poſterorum vtilitatem. Ex quibus verbis apparet, quod officio boni Hiſtorici ſatis facere Saxius magnopere laborarit. Locus Taciti, qui extat circa finem Libri de Situ, Morib. & Popul. Germaniae: *Eſt in inſula Oceani caſtum nemus ——— arcanus hinc terror, ſanctaque ignorantia, quid ſit illud, quod tantum perituri vident*, pag. 26 ſqq tam erudite, quam prolixe declaratur, & de Helgolandia, ac Veſta, in ea culta, exponitur. Colophonem impoſuit operi his verbis: *Deo vni & trino ſit laus & perennis gloria in omnes aeternas aeternitates, Amen. Dab. Coldenbutlii, in aedibus Dranderſummianis. A. C. 1656. vlt. Febr.* Adiecta ſunt *Paralipomena*, quorum vltimum an. 1660. d. 11 Sept. ſcriptum.

Exercitationes Hiſtoricae, Authore Petro Sax ab Eydora Friſio. An. 1657. Fol. pl. 21. Animaduertit hoc libro, ex cuius ἀυτογϱάφῳ haec refero, in varios Hiſtoricos, eorumque errata detexit; nonnunquam tamen quaedam ſupplevit. Sunt autem monumenta hiſtorica, quae partim corrigit, partim ſupplet

Io. Adolphi Cypraei Annales Epiſcop. Slesvicenſ. 1634.

Matthiae Boëthii de Cataclysmo Nordſtrandico Commentarii. 1623.

Nicol. Heldvaderi Silva Chronologica. 1625.

Io. Pomarii Chronica der Sachſen und Nieder-Sachſen. 1588.

Deſcriptio Friſiae Eydorenſis ad Geographicam eius Provinciae Delineationem. Authore Caſp. Hoyer, ex relatione Jacob Sax. Eyderſtad. A. C. 1610.

Annales Trium Provinciarum, Eyderſtadenſium, Everſchopp. & Vthholm. Ex antiquo libro MScripto per R. p. b. m. Dn. L. A. p. q. W. A. C. 1580. Per litteras L. A. haud dubie intelligendus *Laurentius Adſen*, ad quem in Libris de Reb. Geſt. Friſior. Septentr. Saxius prouocat. R. p. b. m: *Reverendum Patrem beatae memoriae*, p. q. W: *Paſtorem quondam Witzwortenſem.*

Matthiae Pampi Beſchreibung von Eyderſtett.

Exderſtett. Chronica, MSS. Vulg. Vulgat. Vetuſt. & Comm. H. P. M. Dn. Pr. J. J. J. T. J. O. M. O & aliorum, quae nullo Authore ſparguntur.

Jven Cnutſens korte Verteckeniſs, vmb welcher tidt Eyderſtett mit denen von der Geheſt vnd im Stapelholm ſint Landfaſt geworden.

Adam. Tratzigers Hamburgiſche Chronica.

Henr. Bunting Braunſchweigiſche und Lûnenburg. Chronica. 1586.

Warhafftige und kurtze Verzeichniſs des Krieges, in welchem König Friederich zu Denemarck &c. der 2, vnd Jhr. Kön. Maj. Vetters, Johan und Adolff, alle Hertzogen zu

Schleſswig, Holſtein, an. 1559 wieder die Dithmarſchen geſieget, darinnen von der Dithmarſchen Urſprung und Herkommen Meldung geſchicht. A. 1569.

Io. Peterſen Holſteiniſche Chronica. 1555.

Chronica Carionis per Phil. Melanchthonem & Caſp. Peucerum. 1588.

Subſcripſit finito huic operi: *Et tantum eſt. A.* 1661. *d.* 12. *Nov. P. Sax.* Animaduerſiones hae magna ſe vtilitate commendant, adeo, vt fuiſſet optandum, Saxium hac ratione plures Hiſtoricos pertractaſſe. In animo hoc ipſum habuiſſe, patet ex Dedicatione ad *Laur. Ovenum*, V. I. D. Eideranae & Heveranae Friſiae Status Secretarium & Advocatum an. 1660. d. 12 Dec. ex Aedibus Dranderſummianis ſcripta, in qua ſequentia leguntur: *Erat mihi in animo, plures Hiſtoricos percurrere, eorundemque craſſos errores notare, vbi nonneminem non inexaminatum relinquerem; ſed hac ratione deberem incurrere in odium hominnm, quaſi id facerem animo ſugillandi. Subſiſtam igitur hic, & haec pro tempore ſcripta ſunto.*

HENRICVS SCHNITTLERVS.

ICto huic, patria Roſtochienſi, in his Athenis locus fuit dandus, quoniam in Progr. Inaug. Roſtoch. 1649 publicato ſequentia leguntur: „Cum prius in Scholis triuialibus bonarum lite„rarum fundamenta & praecipue ſub celeberri„mo illo Philologo, huius olim Academiae Pro„feſſore meritisſimo, Dn. *Ioanne Kirchmanno*, poſt-

„poſtmodum Scholae Lubecenſis Rectore fide-„lisſimo, ibidem feciſſet, in aliquot Academiis il-„luſtribus, praecipue Iulia, quae eſt Helmſta-„dii; & Regiomontana, quae eſt in Boruſſia, „tam ſtudio Philoſophico, quam Iuris priuati ac „publici ſcientiae ſolertem ac indefeſſam ope-„ram impendit, eamque in hacce Academia pa-„tria non minori conatu & ſollicitudine conti-„nuauit.„ Habita ab ipſo eſt ſub *Nicolai Schützen* praeſidio *Diſputatio Inauguralis de Sequeſtratione.* Roſtoch. 1649.

ANTONIVS DANIEL SONNEMANNVS.

Excellentisſimum hunc ICtum Lubeca noſtra filiis ſuis accenſet. Natus enim eſt patre *Leonhardo Sonnemanno*, qui in Camera ciuitatis noſtrae munus Scribae ſuſtinuit. Annos pueritiae ac iuuentutis in noſtro Athenaeo laudabiliter conſumſit, *Hect. Godofr. Maſium*, magnum poſtea Theologum, integerrimum amicisſimumque condiſcipulum nactus. Coetui Gymnaſtico adſcriptus fleuit an. 1665 mortem *Henrici Bangerti*, viri immortaliter promeriti, hoc carmine:

Plangite Pierides, lacrymarum fundite riuos,
Plangite Bangertum, nobile delicium.
Quam ſubito moritur Muſarum nobile ſidus,
Quod vellem Pylios exſuperaſſe dies.
Traua virum deflet, multum triſtatur Apollo,
Lumina confundunt tresque nouemque Deae.

O! vtinam pro te poſuiſſem munera vitae,
Dulce decus noſtrum, praeſidiumque meum,
Nam dolor aſſiduo rodit mea pectora morſu,
Cum benefacta animo voluo reuoluo meo.
Sed Deus omnipotens, cui paret terra poluſque,
Te petiiſſe iubet ſplendida tecta poli.
Salue, chare ſenex, pulcri nouus incola coeli,
Aeternumque vale, deuenerande ſenex.

Pietatem erga pie defunctum Praeceptorem nunquam non deuenerandam moeſtisſima manu menteque ſcribebat

Ant. Dan. Sonneman.

Acceptum per hanc Bangerti mortem damnum fide, eruditione, amore *Hermanni Nottelmanni*, Rectoris optime meriti, fuit reſartum. Ille enim quae deerant ſtudiis ipſius humanioribus, tanta addidit copia, vt deinceps Noſter ſcripta ſua eleganti ſtilo potuerit exarare. Annos Academicos Helmeſtadii & Francofurti ad Viadrum conſumſit. In illa Academia, praeter alios, *Danielem Claſenium* fidelem nactus eſt praeceptorem, quem ipſe in Praefat. Praelectt. ad Leg. Notabil. p. a 4. b. idcirco laudauit. In hac gauiſus eſt felicitate audiendi magnum illud ordinis Iuridici ornamentum, *Samuelem Stryckium*, cuius auſpiciis non ſolum *Ioannis Brunnemanni de Iure Eccleſiaſtico Libr. I. cap.* 1 *&* 2 *de Eccleſia & Principis in eam Poteſtate* an. 1673 publica Diſſertatione excusſit, verum etiam anno ſubſequenti pro Licentia ſummos in vtroque iure honores conſequendi ſolemniter diſputauit. Reuerſus deinceps in patriam, aliquod temporis ſpatium hic exegit, inter

inter Licentiatos iuris nomen ſuum profeſſus. Sed repetiit Francofurtum, ibidemque fixit ſedem, & ſummis honoribus iuridicis ac Profeſſoris extra ordinem conſtituti dignitate auctus, alios coepit docere, ſcholasque iuridicas non ſine applauſu aperuit. Vnde miror, in Io. Chriſtoph. Becmanni Notitia Vniuerſitatis Francofurtanae nullam Sonnemanni noſtri factam eſſe mentionem. Fato praematuro an. 1699 eſt ereptus, cum iam ſcriptis egregiis inclaruiſſet. Haec quomodo ſint adducta in Indice Biblioth. Iurid. Lipenio-Struvianae, iudicet Lector ex iis, quae αὐτόπτης enarrabo. Iſthaec vero ſunt

Diſputatio Inauguralis exhibens Ius Lubecenſe ad methodum Inſtitutionum ſubiunctis Iuris Communis Differentiis. Francof. ad Oder. 1674. 4. Alph. I. Praeſes *Sam. Strykius* his honorificis verſibus ei gratulatus eſt:

Aemulus es Solis. Neſcis SONNMANNE latere,
Virtutumque frequens ſpargis vbique iubar.
Hactenus & probitas in Te vitaeque modeſtae,
Doctrinae & radii promicuere ſatis.
Nec minor ex theſibus, patriis quam iuribus affers,
Lux patet, & ſtudii ſplendida teſtis adeſt,
Vnde diu, ſummo qui Iuris honore corusces,
Viſus eras noſtro promeruiſſe choro.
Excipe nunc ciuem celebrata Lubeca merentem,
Quem foueas, prono quemque fauore bees;
Hic etenim quoties dubias nox atra recondet
Cauſas, haud dubie Solis ad inſtar erit.
Diſcutietque ſuae fulgore ſcientiae & artis,
Iuſtitiae obſcuri quicquid obeſſe queat.

Iuſtitiae

Iuſtitiae vero tibi Sol affulgeat vsque,
SONNMANNE innumeris influat atque bonis.

In Vol. II Diſp. Strykianarum Francof. 1683. 4. haec Diſputatio eſt recuſa. Licuit mihi vti exemplo, cui Noſter manu ſua Notas adſcripſit. Vnam hic exhibebo, quae eſt pag. 3, vbi Diſputationis verba: *Id tamen certum manet, incunabula huius noſtri iuris omnino ad tempora Friderici non eſſe referenda, cum ab Imperatore confirmationem ſaltem iurium ſuorum, quae ab illo cum appenſione aurei ſigilli facta, petierint,* ſic in margine continuauit: *ipſeque Imperator praeter hanc ob fidem ſibi in bellis a Lubecenſibus exhibitam proprio motu Lubecam pro capite Ciuitatum Hanſeaticarum declarauerit, Senatores Lubec. Conſiliarios Imppt. fecerit, & , vt verba antiqui cuiusdam Chronici an.* 1506 *publice editi habent:* eenen de Macht geven, dat ſe mögen Goldt lick enen Ridder dregen, *quae etiam vetus Chronic. Slav. p.* 22 *confirmat, nullius autem iuris Lubecenſibus tum nouiter conceſſi ſit mentio.*

Diſſertatio Iuridica de Divite. Francof. ad Viadr. 1685. 4. pl. 8.

Diſputatio Iuridica de Iure Infantum. ibid. 1686. 4. pl. 8½.

Exercitium Academicum de Iure Potiore. ibid. 1690. 4. pl. 8½.

Praelectiones publicae ad Leges notabiliores Digeſtorum & Codicis, ſubiunctis earum rationibus, ampliationibus, declar. & limitationibus, partim ex ipſis textibus,

Digitized by Google

textibus, partim ex aliorum Doctorum commentariis, deciſion. & diſputationibus ad vnam vel alteram legem conſcriptis, deſumptis. In vſum ſtudioſae iuuentutis Academ. Cum gemino Indice, vno LL. & Materiarum in illis explicatarum, altero rerum & verborum locupletiſſimo. Francof. & Lipſ. 1695. 8. Alph. I. pl. 17. Recenſio huius libri in Act. Erud. Lipſ. 1695. p. 516 honorificis hisce verbis obſignatur: „Labor clariſſimi Auctoris, „quo is leuem ac ſimplicem viam ad intelli„gendas optimas leges futuris cauſarum pa„tronis ſternere voluit, omni laude euehen„dus venit: ſiquidem inſigniorum, quae in „Pandectis & Codice occurrunt, ſenſum pri„mo breuiter ac perſpicue euoluit, mox per „ſolidas rationes confirmat, ampliationes, „declarationes ac limitationes partim ex ipſis „textibus authenticis, partim probatiſſimis „Doctoribus, ſubnectit, & quidem haec „omnia ea ſedulitate, vt omnino illud, quod „Diogenes Laertius de Erilli Philoſophi libris „ſcribit, & de hoc pleniſſimo bonae frugis „opuſculo dici iure poſſit: Ἐςι τὸ βιβλίον αὐ„τῷ ὀλιγόςιχον μὲν, δυνάμεως δὲ μεςόν.

Ius Novellarum Conſtitutionum Diui Iuſtiniani, ſacratiſſimi Principis, ex Iure Ciuili, Canonico, Feudali & Publico, vt & celebrioribus aeui noſtri doctoribus textualiter explicatum, & Commentario Theoretico-Practico ad vſum modernum in iudiciis tam ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis maxime accommodato, ſubiunctis rationibus, declarationibus & ampliationibus, partim ex ipſo textu, partim ex celebrioribus

Doctorum

Doctorum editis ſcriptis deſumtis, illuſtratum. Francof. ad Viadr. 1699. 4. Alph. V. pl. 19. Operi huic immortuus eſt celeberrimus Auctor, quod docet tum ab alio praemiſſa Praefatio, Noſtrum vehementer laudans, tum Dedicatio, qua vidua ipſius, *Anna Eliſabetha Andreae*, Sereniſſimo Electori Brandenburgico, FRIDERICO III illud conſecrauit.

WOLHARDVS STINTIVS.

Natus eſt Lubecae an. 1600. d. 18 Maii, patre M. NICOLAO STINTIO, Scholae primum Collega, deinceps Symmyſta & tandem Archi-Diacono apud Lubecenſes Iacobaeo meritiſſimo, matre AGNETA, HENRICI RöLICHEN, Lubecae quondam ad templum D. Mariae religioni Pontificiae addicti ſacerdotis, ſed Lutherana ſacrorum emendatione ad fidem Euangelicam conuerſi, filia, Matrona honeſtisſima. Decem in Athenaeo noſtro eum conſumſiſſe annos, Henricus Rudolphus Redekerus in Progr. Funebr. memoriae prodidit. Quam egregie autem res ſuas in eo geſſerit, docet hoc a laudatisſimo Kirchmanno ei datum teſtimonium, quod ex autographo hic ſiſtam:

„ S. P.

„ Benevole Lector!

„Cum mihi ornatisſimus iuuenis, Wolhardus „Stintius, Lubec. ſignificaret, ſe de conſenſu & „voluntate curatorum ſuorum hinc in Academiam Wittebergenſem migraturum, atque ideo

„ideo vitae ac ſtudiorum teſtimonium a nobis
„peteret, cauſae nihil habui, cur vel conſilium
„hoc ipſi diſſuaderem, vel honeſtae ipſius pe-
„titioni deeſſem. Nam & eos in triuialibus
„artibus & linguis progreſſus fecit, vt ſperem.
„ipſum cum fructu in Academiis verſaturum:
„& vitam ſuam in hoc ludo literario ita inſtituit,
„vt diligentiae & obedientiae teſtimonium ipſi
„denegare non poſſim. Quare bona cum gra-
„tia ipſum dimitto, & omnibus viris doctis, in
„quorum manu eſt pretium & praemium virtuti
„conſtituere, de meliore nota commendo: in
„certam ſpem ingreſſus, fore, vt ſtudiorum
„telam, non infeliciter coeptam, ea, qua de-
„cet, diligentia pertexturus ſit, & benefacto-
„ribus ſuis gratiam relaturus. Datum Lubecae
„Kalendis Maii. A. 1620.
„ Johannes Kirchmannus
„ Rector Scholae Lubec.

Praeter Wittebergenſem, Jenenſem quoque, Lipſienſem & Francofurtanam Academiam inviſit. In hac an. 1623. d. 27 Mart. *Collegii publici de Contractibus Diſputationem XI de Innominatis & quaſi contractibus*, cuius praeſes erat *Philippus Neidlingerus* (14) I. V. D., defendit. Belgium deinceps, Angliam & Galliam, generoſos iuuenes, *Henningum* & *Wolfgangum ab Alefeldt* comitatus, peragrauit. Anno 1638. d. 24 Febr. Senator Roſtochienſis fuit electus, & an. 1653. d. 31 Ian. Conſul creatus, quam dignitatem gerens an.

(14) *Iohannes Meidlingerus* minus recte in Progr. Redekeriano vocatur.

Digitized by Google

an. 1661. d. 8 Mart. mortalitatem, relicta tamen immortali laude, reliquit.

PETRVS SVRLAND.

Patria gaudet ciuitate Hamburgenſi longe lateque celeberrima. Cum loci natalis ſplendore pereximiam naſcendi felicitatem merito coniungit. Patrem enim veneratus eſt virum admodum reuerendum & praeclariſſimum IOANNEM SVRLAND, Aedis Michaëlitanae Paſtorem longe fideliſſimum meritiſſimumque: matrem vero ANNAM MARGARETAM, viri nobiliſſimi experientiſſimique IVLII IOANNIS BOKELII, Med. Doct. Ducis Brunſuicenſis Archiatri, & ſub ipſa Academiae Iuliae inauguratione Medic. Profeſſoris, ac Phyſici tandem Hamburgenſis, neptem, Matronam ſexus ſequioris ornamentis adſcribendam. Interfuit Gymnaſii noſtri alumnis eo tempore, quo HINCKELMANNVS principe loco illi fuit praefectus. Documentum huius rei ipſum Album noſtrum poteſt produci. Annis deinceps Academicis legum ſtudia ita pertractauit, vt I. V. Doctoris honoribus ſit inſignitus. Anno 1693. d. 2 Nov. Patres Conſcripti Hamburgenſes Bibliothecae publicae Ioanneae eum praeeſſe voluerunt, quo Bibliothecarii munere hodieque fungitur. Vid celeberr. Fabricii Memor. Hamburg. Vol. II. pag. 1119.

NICOLAVS THEOPHILVS.

Iuriſconſultum hunc, Politicum & Poëtam lauda-

laudatiſſimum lubentiſſime laudo inter viros celeberrimos, quos Athenaeum noſtrum optimae indolis alumnos agnoſcit. Primam aſpexit lucem an. 1541 in florentiſſima Cimbriae ciuitate Flensburgenſi, cui almae matri hunc optimum filium iure meritoq; gratulor. Patrem habuit *Nicolaum*, *Ioannis* f., Paſtorem Marianum & Praepoſitum, matrem *Annam Laurentii* f., qui optimi parentes *hunc filiolum*, reddo verba Eraſmi Vindigii loc. mox citand. p. 147, *in Schola patria primum, ſicut & domi ſuae, in pietate & literis curarunt educari diligenter. Cumque iam attigiſſet annum aetatis XIV, miſſus eſt ad celebriorem Scholam Lubecenſem, in qua triennium, vel plus eo, eſt commoratus: donec cum Rectore, qui Vitebergam erat vocatus* (15), *inde exiret, & paulo poſt proficiſceretur Roſtochium, commendatus clariſſimis viris, D. Arnoldo Burenio, & D. Dauidi Chytraeo, apud quos vixit totum quinquennium, & profecit plurimum, tum in Philoſophia, tum in Medicina.* Poſt obitum patris legum ſtudio ſe addixit, quod Roſtochii, Ienae & Ingolſtadii ita excoluit, vt in vltimo loco *iura*, Vindingio teſte p. 148, *etiam docuerit aliquandiu cum laude & admiratione.* Tantum virum ſummi Principes in deliciis habuerunt. Etenim non ſolum a MAXIMILIANO II Imperatore ob diuinum poëſeos, quam ab ineunte aetate amauit, coluitque, ſtudium lauream accepit poëticam, verum alii etiam de eo honoribus afficiendo, ſibiq;

(15) Erat is *Petrus Vincentius*, ex Rectore Lubecenſi factus, an. 1557 Profeſſor Wittenbergenſis, de quo in *Hiſtoria Athenaei* D. V. plura.

conciliando, quaſi certarunt. Iuuat hic porro audire Vindingium, probatae fidei ſcriptorem, ita de muneribus, quae Noſter ornauit, p. 148 ſq, commentantem: „Vocatus erat in Sueciam „a MAGNO, GVSTAVI Regis filio, ſed cum „videret, omnia ſpectare ad motus graues, ſe„ceſſit in Poloniam: inde in Italiam & Galliam, „donec Roſtochium redierit, vbi promotus eſt „Doctor Vtriusque Iuris perhonorifice, anno „1569. 26 Septemb. Vocatus eſt paulo poſt ab Il„luſtrisſimo Principe WILHELMO, Landgra„vio Hasſiae, qui illum perbenigne habuit, vt „vixerit in aula eius primum Notarius & deinde „Secretarius, donec ipſum tandem propter in„duſtriam & dexteritatem in ordinem Conſilia„riorum Princeps cooptauerit honorificentisſi„me. ——— Vtebatur Landgrauius ipſius ope„ra frequenter in illuſtribus Legationibus, tum „ad Electores & alios Principes, tum in primis „ad ſerenisſimos Reges Daniae, FREDERICVM „II, & Poloniae STEPHANVM BATTORIVM, „de rebus grauisſimis. Verum hoc commode „accidit, vt cum ita adiret ad Comitia Otho„nienſia an. 1581, de voluntate Serenisſimi Re„gis FREDERICI II ipſum vocarit generoſisſi„mus D. Nicolaus Kaas, tunc Cancellarius Re„giae Maieſtatis prudentisſimus, & Academiae „conſeruator ſupremus, qui conſultiſſ. D. Knop„pero ſuccederet, & Iura publice doceret in hac „Regia Vniuerſitate. Impetrauit igitur dimis„ſionem, ſed difficulter, a Principe ſuo Land„gravio: atque ita cum vxore & familia inde huc

pro-

„profectus eſt. Vixit igitur in hac Academia, „vt Collega doctisſimus & optatisſimus, annis „23. Officium fecit, quam potuit, fidelisſime. „Anno 1603. 30 Iun. Doctorem iuris creauit Io- „nam Chariſium, Medicinae doctorem. Ter „geſſit ſummum magiſtratum Scholaſticum, an. „1582, 1583 continuatum: an. 1594 & 1603. At- „que interea interfuit magnis Legationibus ad „Imperatorem, Electores, in Angliam item & „Scotiam, cum ſumma ſua laude & Regiae Ma- „ieſtatis gratia ſingulari. Hactenus Vindingius, qui ſua ex D. Io. Paul. Reſenii Progr. funebr. de- ſumſit. Obiit anno climacterico 63, d. 2 Nov. 1604. Extant eius ſcripta tum Academica, tum poëtica:

De diuerſis Regulis Iuris antiqui. Haſn. 1584. 8.

De Teſtibus Forenſibus. ib. 1591.

De Homicidio legitimo. 1599.

De Tutela. 1603.

De Priuilegiis Studioſorum. 1603.

Epigrammata, venae felicisſimae documenta, *in quibus*, iudice peritisſimo artifice, Olao Borrichio, in Diſſertatt. Academic. de Poëtis pag. 172, *nec artem, nec adeo genium deſiderabis.*

Legantur de Theophilo, eiusque ſcriptis, Eraſm. Vindingius in Academ. Havnienſ. pag. 147 ſqq. Albert. Bartholinus de Script. Danor. p. 110 ſq. Ioan. Mollerus in Hypomnemat. ad Bartholin. pag. 352 ſq. Freherus in Theatr. Erudit. p. 968 ſq. Koenigius in Biblioth. V. & N. p. 802. Wittenius in Diar. Biogr. ad an. 1604. d. 2 Nov. Lexic. Erud.

 Germ.

Germ. p. 2264 ſq. Bibliotheca Iuridica Lipenio-Struvian. in Indic.

IOANNES WERLHOFIVS.

Opportune ſatis cum Theophilo coniungitur Werlhofius, quem itidem, praeter eximiam rerum diuiniorum peritiam, iuris ſcientiam, poeſeos ac humaniorum litterarum notitia, nec non diſciplinarum ciuilium exactiſſima cognitio, cum maxima rerum gerendarum prudentia coniuncta, immortalem reddiderunt. Patria illi obtigit alma Lubeca noſtra, in qua an. 1660. d. 12 Mart. luce frui coepit. Pater ei fuit IOANNES WERLHOFIVS, *vir*, teſte Auctore anonymo Memoriae Werlhofii noſtri Helmſtad. 1711. 4 editae, *probitate & ſuauitate morum eximia, nec vulgariter ſtudiis, in primis hiſtoricis & ciuilibus, excultus, quique optime de republica patria meritus variis in eadem muneribus admotus fuit, Conſulari dignitati proximus, niſi immatura mors patriae eum commodis praeripuiſſet.* Matrem nactus eſt DOROTHEAM ELISABETHAM, Medici & Polyhiſtoris celeberrimi, IOANNIS HENRICI MEIBOMII, Reip. Lubec. Phyſici meritiſſimi, filiam, quae l. c. pag. A. 2 vocatur *verum virtutis, pietatis & prudentiae matronalis exemplar, cuius memorabilem in tot morbis, quibus miſere adflicta fuit, animi conſtantiam privata filii pietas in ſchedis praedicauit.* Ingenio gauiſus eſt valde praecoci, adeo vt prima iam aetate eruditionis minime contemnendae haud vulgaria daret ſpecimina. Facem ei doctores publici praetulerunt. Licet

enim

enim in citata Memoria nulla praeceptorum nomina occurrant, audiui tamen plus ſimplici vice ex ore viri nobiliſſ. & conſultiſſ. D. Achillis Danielis Leopoldi, quod priuato quidem ſtudio, ſed ſimul tamen in Athenaeo patrio ſit eruditus. Inſtitutio haec fuit tam felix, quam diuinum fuit ingenium, cum indefeſſa induſtria coniunctum, quo effecit, vt in poſterum ab eruditorum praecocium collectoribus ſit omni iure laudandus. *Praeuertit*, ita lego l. c. p. A 3, *viuida praecocis ingenii vis omnium diligentiam, dum inſito quodam naturae impetu incredibili celeritate tantam in literis faceret progreſſionem, vt raro exemplo vix duodecim annos natus omnes in paterna bibliotheca obuios bonos auctores, & veteris recentisque aeui hiſtoricos proprio marte peruolueret, & memoria complecteretur, quae adeo excellens in ipſo fuit, vt ab illa aetate lecta, quaſi in futuros vſus ſepoſita, in prouectiori, ſi opus eſſet, multa facilitate depromeret & recordaretur. Quin verſus quoque ſani coloris, futuram olim in pangendo carmine praeſtantiam praeſagientes, iam tum fundere incipiebat. Quae tanta rapiditas profectuum effecit, vt quinto decimo aetatis anno maturus Academiae & altioribus ſtudiis iudicaretur.* De ſcriptis, quae iuuenis admodum concinnauit, infra agetur. Auunculus, *Henricus Meibomius*, quem parentis inſtar ab ipſa pueritia veneratus eſt, facile eum poterat an. 1675 Helmſtadium pertrahere. Hic, praeter *Meibomium*, qui ipſi viam ad veram eruditionem fideliſſime monſtrauit, adeo, vt ipſe faſſus ſit:

— — vnus princeps mihi Auunculus Hector
Ante alios viuo exemplo monitisque praeiuit,

audiuit praeſtantisſimos Philologos, Philoſophos ac ICtos, *Schraderum*, *Schmidium*, *Wideburgium*, *Heigelium*, *Vffelmannum*, *Conringium*, *Eichelium*, *Engelbrechtum* ac *Bötticherum*, quorum opera exoptatos in litterarum ſtudiis habuit progreſſus. Sex annos in Academia Iulia laudabiliter conſumſerat, cum an. 1681 per Caſſellas, Marpurgum, Gieſſam, Francofurtum ſe conferret Spiram, vbi excellentisſimorum ICtorum, & ſupremorum Imperii tribunalis aſſeſſorum, *Mauritii* atque *Eibenii* fauorem expertus, multa, quae vſui ipſi poſtea fuerunt, cognouit. Heidelbergae deinceps ac Tubingae multis celeberrimis viris innotuit. Venit tandem Argentoratum, vbi alios quidem etiam auſcultauit, praecipue tamen adhaeſit *Obrechto*, qui ad reconditam diſciplinam Grotianam & verum inclytisſimi de Iure Belli ac Pacis libri vſum felici eum ſucceſſu perduxit. Creuit porro ſcientia itineribus Heluetico pariter ac Gallico, quod vltimum faciens, laudando valde inſtituto patriae etiam rationem habere non neglexit. *Sicuti*, teſte Anonymo in Memor. p. B 2, *tum temporis in patriam rempublicam praecipue cogitationes defixas habebat beate defunctus, ita propoſitum ipſi erat notabiliora maris mediterranei & Aquitanici emporia ac portus, quo Lubecenſium nauigatio dirigitur, adeundi, omnemque commerciorum rationem inueſtigandi. Itaque Rhodano flumine ſecundo per Viennam & Auenionem deuectus, inde Prouinciam tranſiens, viſis Aquis Sextiis,*

Sextiis, & veteri Arelato, quod inclyti quondam regni memoriam ſeruat, Telonem Martium Gallici regni nauale, & portum Maſſilienſem curioſius perluſtrauit; vlterius dein per Montem Peſſulanum, Narbonem, Gothici quondam imperii ſedem, Perpinianum, vsque ad Hiſpaniae limites & Pyrenaeos montes progreſſus; vnde flexo itinere & luſtratis Toloſa, atque in tractu ad Oceanum Burdigala, Rupella, Nannetibus, per partem Galliae, quam Ligeris perluit, an. 1683 *m. Febr. Lutetiam Pariſiorum peruenit.* Acquiſiuit fauorem virorum celeberrimorum, *Moulineti, Baluzii, Douiatii, Menagii*, & aliorum, per quos ſtudia tam humanitatis, quam iuris prudenter amplificare haud neglexit. Multa igitur ſcientia ornatus, Aureliae *Poſitiones Miscellaneas*, quarum vna omnem Grotii in naturae gentiumque iure doctrinam defendendam ſuſcepit, pro Licentia conſequendi ſummos honores iuridicos, magna cum laude in ſolemni conflictu vindicauit. Quo facto, curſum ſuum ita dirigebat, vt in Belgium veniret. Perluſtrabat omnes celebres ciuitates: adibat viros longe lateque clariſſimos: ex eorum colloquiis litterarum quaerebat incrementa: cuncta denique ita obſeruabat, vt peregrinatio ipſius prudentiſſime ſuſcepta & perfecta dici queat. Dulciſſimam tandem patriam repetebat, in qua licet publicum ei munus offerretur, maluit tamen, ad ſtudia Academica natus & factus, Iuliae ſuae inſeruire. Haec eum volebat magno *Conringio* ſuccedere, quare ipſi res ciuiles docendi munus, modo *Vlr. Obrechto*, modo *Sam. Pufendorfio* & *Conr. Sam. Schurzfleiſchio*, at

quantis viris! a Serenisſima Domo Brunſuico-Luneburgenſi deſtinatum, deferebat, quod an. 1686. d. 22 Iul. auſpicatus eſt, ſummaque cum laude per decem annos adminiſtrauit. Anno enim 1696 iuris ciuilis doctor publicus eſt declaratus. Hanc ſpartam cum ſimili ratione ornaret, pereximiisq; meritis inclareſceret, Serenisſimus Princeps, ANTONIVS VLRICVS, non primariam ſolum Codicis profesſionem ei concesſit, verum etiam ſplendido Conſiliarii Aulici honore eum condecorauit. Vtinam vero tantum lumen non fuiſſet opinione citius an. 1711. d. 25 April. extinctum! Vtinam diutius vixiſſet Werlhofius, & praeclara, quae meditabatur, opera ad finem perduxiſſet? Quorundam abſoluendorum & publicandorum ſpes quidem facta eſt a filio, *Ioanne Henrico*, qui ex patris indole hauſerat. Sed & ille, quod dolendum, haud ita pridem morte etiam praematura eſt abreptus. Vtinam diutius vti ipſi licuiſſet praeſtantisſima, qua inſtructus erat, Bibliotheca! Ipſe cum an. 1711 eam perluſtrarem, demiratus ſum in Bibliotheca ICti copiam optimorum librorum, ad diuinam, ad humaniorem, ad alias ſcientias, praeter iurisprudentiam, pertinentes. Quantum enim exinde commodum fuiſſet reipublicae litterariae exſpectandum, ſatis ſuperque oſtendunt, quae euulgauit, elegantisſima ſcripta, & non ex quantitate molis, ſed virtutis diiudicanda. Vnde etiam nemo facile mirabitur magnifica illa praeconia, quae tanto viro ſunt delata. B. Andr. Langius in Introd. in Notit. LL. Nautic.

pag.

pag. 56 eum *ingens quondam iuris omnis, hiſtoriae Muſarumque decus*; Cl. Mollerus autem in Diatr. de Helmoldo §. 12 *ICtum accuratisſimae atque elegantisſimae, etiam in hiſtoricis, eruditionis* appellat. Chriſtianus Breithauptus in Orat. de Philoſ. & elegantior. Literatur. &c. Helmſtad. 1718. 4. p. C, 2 his illum verbis praedicat: *Conringium Werlhoſius pari ardore ac modo ſecutus, regendarumque ciuitatum prudentiam, per annos non paucos, cum admiratione ac ſtupore omnium profeſſus eſt.* Io. Auguſtinus Faſchius in ſcripto poëtico, cui titulus: Florens Orientale in Occidente Helmſtadium, ſiue, de Laudibus Profeſſorum Academiae Iuliae cum celeberrimis in Oriente Doctoribus collatorum, Helmſt. 1703. 4 Werlhofium cum *Anatolio*, ICto Berytienſi, comparauit, ac pag. 40 ſq ita de eo cecinit:

Pontificum canones & quae ſacra fulmina quondam
Collis Aventinus trepidum contorſit in orbem:
Auſonios iuſſus, & quae (proh tempora!) ſummi
Regis ad exemplum Praeſul Tiberinus alumnis
Grandia iura tulit, Tarpeiis iura ligata
Clauibus, & *Cathedrae mandata* ferocia diuo
Diſſerit ingenio: quod Conſiſtoria iuſtum
Sacra ſuprema probant, vel quae conducere poſſunt,
Segregat, & magnos iuuenum ſeponit in vſus.

Praefectus *Placitis* cupidas *Feudalibus* aures
Pellicit. Italicas queis Longobardica terras
Natio bellatrix veteri poſſederit aeuo
Moribus: eſſe quibus poſſit locus vſibus, & quae
Conſuetudo recens hodiernis polleat, aut non
Imperiis: quae ſint caute obſeruanda Vaſallo:
Quae iura inſubricis congesſit *Obertus* in oris,
Et Mediolanus Sapiens, *Capagiſtus* acute
Diſpoſuit Regni Paribus: quid praeſtitit ingens,
Et quantos meruit ſcriptis *Hugolinus* honores:
Quam late tua Caeſaream peruaſerit Aulam
Fama potens, quantique Bononia celſa labores
Fecerit aethereos, *Mericuti* maxime, veſtros;
Perdocet ingenti coepto *Werlhofius*, iſtud
Immortale caput Themidos, quo Pallas & aethrae
Sidera maiorem non ſuſpexere Docentem.
Quin potuit terris *Anatolius* hocce renaſci,
Stet gentilitius generoſus ſanguis, & alti
Floreat excellens generis per ſaecula ſplendor.
Cuius in Arctois Proavi glacialibus oris
Deleuere fidem Auſoniam, Romanaque priſco
Ex *Lubecenſi* Sacra proſcripſere potenter
Imperio, ſaeclisque Dei delubra duobus
Suffulſere, ſacrum Myſtae, modo grandia, *Maynos*,

Nomina

Nomina progeneret, *Galiaulam*, & celſa, profundos
Culmina iuſtitiae, *Grotius*, foecundaque mundo
Werlhofiana domus *Politeiae* lumina reddat.

His elogia non minora haud difficulter addi poſſent, ſi neceſſario id requireretur. Adiungam potius notitiam, quantum fieri poreſt, accuratam, ſcriptorum, tam eorum, quae, more in Academiis recepto, ſub ipſius praeſidio ſunt defenſa, ab aliis licet conſcripta, quam illorum, quae ipſum auctorem agnoſcunt. Cum editis inedita & affecta coniungam. Sunt autem

Diſſertatio Politica de Maritimis Commerciis. Helmeſt. 1680. 4. Alph. I. pl. 6. Diſſertationi huic, (ſiue iuſto potius Tractatui) quam Noſter vix annos viginti natus ſuo elaborauit Marte, Hermannus Conringius, praeſes, perhonorificam hanc praefixit Epiſtolam: *Placet inſtitutum tuum, eximie Werlhofi, quod prae aliis variae doctrinae ſtudiis tibi, quamvis adhuc perquam iuueni, addiſcenda ſelegeris, quae aliquando poſſint commodo eſſe inclytae tuae patriae Vrbi: vt pote quae olim inter omnes Germaniae vrbes commerciis maritimis quam maxime floruit, nec ad priſtinam felicitatem poterit quaſi poſtliminio adſpirare, niſi per redintegratam ſenſim commerciorum iſtorum frequentiam. Arguit ſane hoc ipſum pium erga patriam animum. Neque dubito, illum probaturos, quotquot vere ſapiunt, ac proinde & Prudentiſſimo Patriae Senatui in primis fore acceptum: exemplo etiam tuo meliores aliquot iuuenes excitatum iri,*

iri, vt magiſtris ſuis quisque eorum dicat, quod ille olim apud Euripidem: μή μοι τὰ κόμψ' ἀλλ' ὧν πόλει δεῖ. Sicut autem inſtitutum illud tuum laude dignum eſt, ita induſtria in id hactenus a te impenſa, quoniam excedit aetatis tuae mores, plurimam commeretur. Nec enim illecebris voluptatum aut otii te capi es paſſus, ſed totus noctes diesque bonis artibus incubuiſti, quae vnica eſt ad ſolidam eruditionem conſequendam ratio. Si praeſertim iuſtae adſint ingenii ac iudicii natiuae dotes, quibus, vltra ſortem vulgi, es inſtructiſſimus. Et vero ita potuiſti iam tum hac immatura aetate conficere libellum hunc, qualem ſoli multum adulti & longo rerum vſu exercitati, nec niſi raro, exhibuerint; cuiusmodi certe, quantum equidem noui, hactenus inter Academica exercitia nunquam comparuit. Et vero iſthac tua opera, fateor, meam quoque exſpectationem, quantumuis de te ſemper fuerit inſignis, longe ſuperaſti. Vt proinde in palaeſtram diſputatoriam te producturus ſim velut ideam propemodum diligentis & vltra annos ſapientis adoleſcentis. Vtinam valetudo & vita diuturna praecocitati tuae porro faveat! Quo poſſis, ſiue in patria, ſiue in republica quadam alia, quae commerciis floret, ferre aliquando condigna praemia. Hoc ex animo opto & & Deum veneror. Helmeſtadii. 18 *Mart.* 1680. Non minus honorifice ſenſit Langius l. c. p. 114 his vſus verbis: *Par Boeclero ingenio & doctrina Io. Werlhofius, iuuenis adhuc diſputationem de Commerciis Maritimis, ſenili prudentia pleniſſimam, conſcripſit, eamque ſub auſpiciis Conringii, cuius fuit diſcipulus, & quem integrum expreſſit, habuit:*

in

in qua duas iſtas quaeſtiones, alteram, an commercia maritima Reipublicae expediant? alteram vero, quibus modis commode promoueri poſſint, egregie pertractat. Obiter addo, ex hac Diſſertatione in Biblioth. Iurid. Lipenio-Struv. p. 89 duo facta eſſe ſcripta, quorum vnum Conringio, alterum ſub eodem titulo Werlhofio adſcribitur.

De Ciuilium Studiorum ſobria & ad genium ſaeculi accommodata Cultura Oratio, ſub initium Prof. Polit. habita. Helmſt. 1686. 4.

Exercitatio Academica de Electione & Succesſione in Regnis. ibid. 1687. 4.

Diſſertatio de genuinis Fontibus recte decidendi Controverſias publicas & illuſtres. ibid. 1688. 4.

De Pactis liberarum Gentium.

De Poteſtate Legislatoris Ciuilis circa ea, quae ſunt Iuris Naturae.

De Vſu Iuris Romani aliorumque priuatorum Iurium in decidendis Controuerſiis liberarum Gentium.

De Alienatione & Conceſſione Iurium, quae vocari ſolent Regalia.

Vindiciae Grotiani dogmatis de Praeſcriptione inter gentes liberas, contra illuſtrem ſcriptorem Gallicum, Petrum Puteanum. Helmſt 1696. 4. pl. 9½. Recuſae ſunt ibid. 1720. 4.

De arctiſſimo Iurisprudentiae & Ciuilium Studiorum nexu Oratio, d. 19 Novembr. 1696 cum Profeſſionem Inſtitutionum & Iuris Criminalis publicam & ordinariam auſpicaretur, habita. ibid. 4.

Iuris, maxime quo in foro Germani vtuntur, Enucleati,

ti, & in ſuccinctas Theſes memoriales digeſti, Specimen primum, de Iure Germanis patrio vniuerſe tali. Helmſt. 1705. 4. pl. 14.

Specimen ſecundum de Iure Germanis patrio particulatim tali. ibid. 1707. 4. pl. 17.

Diſſertatio de Aſſecurationis Inſtrumento, quod Mercatoribus der Polus, Polizza, dicitur. ib. 1707. Inauguralis eſt Viri nobilisſimi, conſultisſimique Dn. *Mart. Luc. Schele*, Hamburgenſis, Senatoris hodie in patria meritisſimi. Laudatur a Langio l. c. p. 140.

Oratio de vero ſolidae Doctrinae Pretio & inani eius Contemtu. ib. 1707. 4.

Diſſertatio Iuridica ad Legem finalem octauam Codicis de Nouationibus ac Delegationibus. ib. 1709. 4. pl. 7. Inauguralis eſt Viri nobiliſſ. ampliſſ. conſultisſimique Dn. *Io. Schaevii*, Molnenſis, iſto tempore Dicaſterii Aulici Saxo-Lauenburgici Aduocati ordinarii, hodie Syndici Lubecenſis optime meriti. Recenſetur in Nou. Lit. Germ. 1709. p. 280.

De Iudicio Admiralitatis Hamburgenſis Diſſertatio, Werlhofii auſpiciis a *Io. Frid. Krüger* habita. ib. 1709. 4.

Diſſertatio de Iure & Priuilegio Collectarum in concurſibus creditorum, in foro in primis Electorali Saxonico. ib. 1709. 4. Inauguralis eſt *Io. Chriſtoph. Vogelii*, Reg. Pol. & Elect. Sax. redituum prouincialium per Variſciam Procuratoris. Contenta leguntur in Nov. Lit. Germ. 1709. pag. 323.

Pro-

Programma Canonem XXXV Synodi Laodicenae illuſtrans.

Panegyricus auguſtis nuptiis CAROLI III, Hiſpaniarum Regis, & ELISABETHAE CHRISTINAE Brunsuicenſis conſecratus. Hic Panegyricus, heroico carmine expreſſus, *veteri dignus aeuo* iudicatur in Memor. Werlhof. p. C.

Notitia Imperii, Ius Publicum, Ius Germanicum, quorum ſaltem ſpecimina quaedam exſtant. Haec ſi vlterius continuare illi licuiſſet, non parum inde commodi in publicum, gloriae in auctorem redundaſſet. Vid. Act. Erud. Lipſ. Supplem. T. V. Sect. V. pag. 237.

Hiſtoria Danica. Ineditum hoc ſcriptum haud dubie primum eſt, quod Noſter litteris conſignauit. Commemoratur iſtud in Act. Erud. l. c. p. 236 his verbis: „Quatuordecim circiter annos natus Hiſtoriam Danicam, adhuc „ſuperſtitem, nec publica forſan luce prorſus indignam, ab origine gentis ad noſtra „tempora concinnauit.

Reſponſa Iuridica, in primis Matrimonialia edere in animo habuit, neque exiguum eorum numerum confecit. Vid. Act. Er. l. c. pag. 237.

Ius Criminale ad naturalis aequitatis rationes examinatum. Conf. Memor. pag. C.

Commentarius ad Grotii librum de Iure Belli & Pacis. Hunc in primis dolemus, non eſſe editum, quan-

quando conſideramus, quae in Act. Er. l. c. p. 237 ſq. de eo referuntur. Ita vero ſe habent verba: „Omnia ſuperatura erant ea, quae ad „Grotii illuſtre opus de Iure Belli & Pacis me„ditabatur. Editurus enim illud erat, prae„miſſa Auctoris vita, additis locis ſcriptorum „Grotiana illuſtrantibus, paraphraſi itidem „notisque ad loca difficiliora, vel ab interpre„tibus intacta, vel male intellecta, ſubiun„ctis medii & recentis aeui cultiorum gen„tium exemplis.„ Superſunt horum frag„menta.

Antiquitates & Ius Eccleſiaſticum. De his in Memoria ἀνωνύμως edita offenduntur ſequentia: „Non pauca excellentis ingenii latent affecta, „quibus varias antiquitatis & Iuris Eccleſiaſti„ci partes, vir in his ſummus & patrum etiam „lectione, rariore inter ICtos exemplo, ſub„actus, illuſtrare aggreſſus eſt.

De Nobilioribus ſaeculi XVII Pacificationibus Commentatio. Haec, teſte Anonymo in Memor. pag. C ſq, publicae primum orationi argumentum praebuit, ſed dein ſub calamum reuocata, & notis aucta, licet vltra pacis Pragenſis tempora non pertingentibus, modici iam voluminis menſuram implet, & pragmaticam eius temporis hiſtoriam ex optimae notae monumentis & actorum praecipue publicorum fontibus, quorum ingentem apparatum priuata diligentia vndique collectorum cum omnis generis ſelectisſimis libris Bibliotheca eius continebat, praeclare exhibet.

Poëmata.

Poëmata. In his elegantiam, ſuauitatem & acumen demiratus ſum, cum liceret mihi Helmeſtadii ea perluſtrare anno 1711, quo Filius, ſupra laudatus, illa ad editionem iam parabat. Quare ſubſcribo iudicio in Act. Er. l. c. p. 238 lato: *In carminibus pangendis incredibili pollebat felicitate.*

Euolui poſſunt de Werlhofio & eius ſcriptis Anonymus in Memoria ſaepius citata: Act. Erud. Lipſ. l. c. p. 235 ſqq: Lexic. Erud. Germ. p. 2489: Bibliothec. Iurid. Lipenio-Struv. in Indic.

BENEDICTVS PETRVS WINCLERVS.

Magna naſcendi felicitate gauiſus eſt, Lubecae an. 1671. d. 17 Iul. parentibus ſingulari dignitate ac laude eminentibus prognatus. Patrem enim veneratus eſt virum magnificum & conſultisſimum Dn. ANTONIVM WINCLERVM, ICtum excellentisſimum & Conſulem primarium Reipublicae Lubecenſis multis magnisque meritis celeberrimum (16); ac Matrem nobilisſimam ornatisſimamque Matronam ANNAM, viri nobilisſimi, amplisſimi ac prudentisſimi Dn. PETRI ISERNHAGEN, Senatoris optime meriti, filiam. Hi *perinſignem*, referente B. Suantenio in Memoria Noſtri an. 1702 euulgata, *filii indolem ſolido pietatis, doctrinae ac morum cultu*

(16) Vid. Athen. Lubec. P. I. p. 221 ſqq.

tu exornari a teneris annis curarunt, vsque eo, vt, depoſitis domi primis pueritiae rudimentis, committeretur diſciplinae litterariae ludi publici Lubecenſis, auſpicio atque ductu tum viri admodum reuerendi & excellentisſimi Dn. ABRAHAMI HINCKELMANNI, Rectoris primum Lubecenſis, ac deinde Theologiae Doctoris & Paſtoris Hamburgenſis celeberrimi, tum noſtro, vti & reliquorum de ludo literario tunc clarisſime & eximie merentium, ea faciens egregia ſtudiorum atque morum incrementa, quibus Academicae maturitatem conſociationis accommodatam ſibi redderet, Teſtificabatur id recitatus palam die X Aprilis an. 1690 *ſermo Gymnaſticus de illuſtri feſtiuitate non ita pridem tunc inaugurati coronatique Sereniſſimi Regis Romani IOSEPHI.* Ibidem honorifica fit mentio viri clarisſimi doctisſimique Dn. *Zach. Stampeelii*, Subrectoris hodie meritisſimi & Collegae noſtri amicisſimi, quo duce, praeter alia, prima iurisprudentiae fundamenta ſucceſſu haud infelici iecit. Sic rite praeparatus Gieſſam ſe contulit, in qua Academia praeclarisſimos ICtos, *Möllenbecium* atque *Nitſchium*, nactus eſt praeceptores. Non minor ei obtigit felicitas, cum Roſtochii ſummum ICtum, *Io. Kleinium*, per integrum quadriennium & hoſpitem & doctorem haberet exoptatisſimum, adeo, vt an. 1696. d. 19. Nov. *Diſputationem Inauguralem de Inhibitione Iudiciali in Cauſis Appellationum* ſub laudati Kleinii praeſidio maxima cum laude potuerit defendere, cuius eruditi laboris hunc expertus eſt fructum, vt an. 1697. d. 22. Iun. abſens I. V. Doctoris titulo ſit condecoratus. Doctae quoque peregrinationis vtilitatem

tem conſiderans perluſtrauit Belgium, in quo Risvicenſis pacificationis ſolemnia accurate obſeruare minime neglexit. Germaniae inprimis celeberrimas ciuitates & aulas, inque his ipſam Viennenſem, inuiſit, hacque ratione ciuilis prudentiae egregia cepit incrementa. Eximia inde vtilitas ad patriam haud dubie redundaſſet, niſi praematura morte Noſter an. 1702. d. 1 Aug. fuiſſet abreptus. Nam *eniteſcebant*, teſte Suantenio l. c., *inde dotes ornatiſſimae Winclerianae, nobiliſſimis Parentibus & Patriae florentiſſima pollicentes gaudia, quoniam affabili comitate, comi ſolertia, ſolerte cognitione id ſedulo agebat vir nobiliſſimus, vt in forenſibus cauſis praeclare poſſet conſiſtere.* Conf. etiam Nou. Lit. Mar. Balth. 1702. p. 277 ſq.

SECTIO II
EXHIBENS
MEDICOS.

IOANNES BACMEISTERVS.

BAcmeiſteriana familia, quae iam diu floruit, dedit viros meritis in ſacram ac ciuilem rempublicam valde illuſtres. Noſter licet initio ſanctioribus litteris fuerit addictus, deinceps tamen Medicorum ordinem eſt ingreſſus, vt Medicinae etiam Bacmeiſteriana merita gratulandi daretur occaſio. Breue quidem fuit temporis ſpatium, quo Muſis noſtris Catharinianis adhaeſit, quia tamen eas ſalutauit, locum ei in his Athenis minime potui denegare. Vita ipſius deſcripta eſt an. 1710 publico Programmate, quod quoniam in paucisſimorum verſatur manibus, & chartis volantibus (forma enim, quam patentem vulgo vocant, typis exſcriptum eſt) accenſetur, integrum, vel ideo, quia primam inclytae gentis Bacmeiſterianae originem, eiusque propagationem oſtendit, iſtud, vna alterave notula adſperſa, hic conſeruabo:

RECTOR
ACADEMIAE TVBINGENSIS
L. S.

„Ea nunc proh dolor tempora ſunt, vt ſi vel leuiſ-
„ſimi animi aliquis viueret Caligula, de condi-
tione

„tione temporum ſuorum queri haud poſſet,
„quod nullis calamitatibus publicis inſignian-
„tur. Quae enim non inſequens hora antece-
„dente calamitoſior vniuerſae Europae, noſtrae-
„que in primis Germaniae illuxit? Ne incomi-
„tata ſit, aliam alia excipit iuſto Numinis iudicio
„calamitas. Cum peſtiferi belli, quod tanto ſan-
„guinis humani impendio geſtum adhuc fuit, a
„multis inde annis contagio quaedam eſſet, hoc
„malis iſtis tantum defuit, vt fames & vis peſti-
„lentiae non vnis in locis mortalium genus miſe-
„re depopularentur, & ſuperiorem praecipue
„annum infamem facerent. Et Germaniam li-
„cet noſtram nondum attigit foedus morbus,
„ipſa tamen iam ante tempus miſera eſt, dum
„non eminus amplius, ſed cominus a vicinita-
„te Vngariae, Poloniaeque ac Pruſſiae ſibi me-
„tuit, & ſollicita eſt paſſim, quomodo tanto
„occurri malo queat. Hinc & Würtembergia
„noſtra, dum adhuc ſalubritate ſua fruitur, ſibi
„& ſaluti ſuae non ita pridem, aliarum prouin-
„ciarum exemplo, temporius proſpicere coepit,
„& merito quoque Tubinga haec noſtra in ſupe-
„riorum temporum, ac praecipue annorum
„cIↃ CCCXXCIII. cIↃ IↃ LXXI. cIↃ IↃ XCIV &
„cIↃ IↃ CXXXV memoriam regreditur. Quod
„dum facere praecipuo quodam iure ſuo inſti-
„tuit nouus a Sereniſſimo huius Academiae
„Nutritio extra ordinem nuper conſtitutus Pro-
„feſſor Medicinae, & grauia illa tempora ſecun-
„dum artis ſuae diſciplinam expendere ſatagit,
„locum ei merito cedimus, nec aliud, quam

 generis,

„generis, vitae, ſtudiorumq; eius commemora-
„tionem, ex vetere inſtituto, adiicimus. Eſt au-
„tem is vir nobiliſſimus atque experientiſſimus,
„Dn. IOANNES BACMEISTERVS, Phyſicus
„huius Vrbis & illuſtris Stipendii, Coenobiiq;
„Bebenhuſani Medicus ordinarius, qui primam
„lucem an. 1680. d. 24 Octobr. intra III & IV ve-
„ſpertin. aſpexit Travemundae, quod oppidum
„Vagriae Lubecenſiumq; ditionis eſt, ad oſtium
„Travae fluuii, vbi in ſinum Codanum effun-
„ditur. Patrem nactus eſt illius loci Diaconum,
„virum plur. reuerend. atq; doctiſſ. Dn. *Sebaſtia-*
„*num Bacmeiſterum*, aliquot ante annos (17) de-
„mortuum; matrem vero accepit ornatiſſi-
„mam matronam, *Elſaben Reyteriam*, etiamdum
„ſuperſtitem. Ab his parentibus ſuis maiores
„& generis claritudine, & munerum dignitate
„maxime conſpicuos numerat. Auus enim
„paternus ei fuit vir ſumme reuerend. atq; di-
„gniſſimus Dn. M. *Lucas Bacmeiſterus*, primum
„per annos vndecim in Hadelia Otterndorffiae
„Paſtor & Superintendens, poſtea vero Ratze-
„burgenſis territorii in Ducatu Lauenburgico
„inferioris Saxoniae pariter Superintendens,
„Senatus Eccleſiaſtici Aſſeſſor, & in ipſa vrbe
„cognomine Ratzeburgo ad D. Petri per ſexen-
„nium Paſtor meritiſſimus, qui in matrimonio
„habuit *Annam Meieriam*. Auus maternus ex-
„titit Dn. M. *Hermannus Reyterus*, ad Travae
„Oſtium quondam Paſtor digniſſimus, cui vxor
„fuerat *Venna*, cognomento paterno *Krechtingia*.
Pro-

(17) An. 1704. Vid. Athen. Lubec. P. I. p. 269.

„Proauus paternus *Matthaeus Bacmeiſterus* medi-
„cinam exercuit Luneburgi, & non iſtius modo
„vrbis Phyſicus, ſed Auguſti etiam, Saxo-Lau-
„enburgici Ducis, Archiater, cum medendi fe-
„licitate inclaruit, tum erudito orbi, partim edi-
„tis primum *Operibus Medicis Ioelis*, partim *Tra-*
„*ctatu de Conſeruanda Valetudine* a ſe conſcripto,
„ad ſeram vsque poſteritatem innotuit. Coniux
„eius *Sophia*, de *Kellermanniorum* ſtemmate ſan-
„guinem duxerat. Proauus maternus *Ioannes*
„*Reyterus*, inter Senatores inclytae liberaeque
„Imperii Vrbis Lubecae eminuit, ſociamq; tho-
„ri aſciuit *Eliſabetham*, e gente *Milliesiorum* pro-
„gnatam. Sed praeter hunc per Aviam quoq;
„paternam ſortitus eſt Proauum maternum Dn.
„M. *Sebaſtianum Meierum*, Gymnaſii patrii Lu-
„becenſis Rectorem, magnae eruditionis vi-
„rum, & Graecarum in primis litterarum ita pe-
„ritum, vt cum Graecis aliquando Legatis,
„comerciorum cauſa Lubecam aduentantibus,
„de linguae ſuae puritate, loquendiq; facultate,
„non minus accurate, quam expedite diſſereret.
„Cumq; hic matrimonio ſibi iunxiſſet *Gerdru-*
„*thim*, filiam ICti olim excellentisſimi, in Aca-
„demia Heidelbergenſi Profeſſoris celeberrimi,
„Curiaq; Principis Electoris Conſiliarii intimi
„longe ſplendidisſimi, Dn. *Nicolai Dobbini*, ge-
„nus ſuum etiam ad antiquisſimam *Dobbiniorum*
„in Liuonia Equitum proſapiam refert, e qui-
„bus multi ſumma & grauisſima in aula Magni
„Ruſſorum Ducis munera obiere. Abauum
„paternum, decem filiorum parentem, venera-

Digitized by Google

„tur Noſter magnum illum Theologum, & no-
„ſtrorum ſacrorum Superintendentem Roſto-
„chienſem ſecundum, ac Profeſſorem publ. nec
„non poſt Dauidem Chytraeum Eccleſiarum
„Auſtricarum emendatorem felicisſimum, Dn.
„*Lucam Bacmeiſterum*, cuius merita condigne ex-
„penderunt ac conſignarunt Melchior Adami
„in Vitis Theologorum & Freherus in Thea-
„tro (18): Abauiam vero poſt fata colit *Ioannam*
„*Bordingiam*, quae & atauum maternum Bacmei-
„ſterianae ſtirpi intulit magnum illum apud Da-
nos

(18) Ipſe etiam de vita & rebus ſuis commentatus eſt in *Hiſtoria Eccleſiae & Miniſterii Roſtochienſis*, quam MStam reliquit. Exemplar huius Hiſtoriae, quod mihi licuit euoluere, habebat pagg. 149 (fol.): incipiebat, poſt pauca generalia de Reformatione Lutheri, ab an. 1523, quo M. Ioach. Slüter coepit Roſtochii Euangelium docere; perſequebatur acta vsque ad an. 1563. d. 7 Iun. In fine extabat haec Epiſtola ad M. Ioach. Weſtphalum, Superintend. Roſtoch. ſcripta: S. P. Reuerende Dn Superintendens, amice ac in Chriſto frater reuerenter colende. Curaui tandem deſcribi Acta Reverendi Miniſterii veſtri a parente meo p. m. conſignata, iamque illa Tibi ac Rev. Miniſterio exhibeo ac trado Inſpiciam per otium & alia, quae ſparſim annotauit de ſtatu eccleſiaſtico huius vrbis, ac ſi inuenero, illa talia eſſe, quae ſcire Veſtra interſit, haud inuitus & illa vobis communicabo. Nunc in Domino feliciter, Vir Reuerende, vale, & Reuerendos tuos Symmyſtas in miniſterio ex me diligenter ſaluta. Roſtoch. 20 Iun. A. 1622.

T. R. D.
ſtudioſ.
Lucas Bacmeiſterus, D.

Legi quoque de hoc Bacmeiſtero meretur Ven. noſter Mellius in Notit. Maior. pag. 43 ſqq.

„nos Medicum, *Iacobum Bordingum*, ſcriptis non „minus, quae recenſuit Albertus Bartholinus „in de Scriptis Danorum, quam medendi fa„cultate celebrem, vt pluribus adnotarunt lauda„ti antea ſcriptores Melch. Adami ac Freherus „(19), & atauiam dedit *Franciſcam Nigronam, Ther„mi Nigronis*, Patritii Genuenſis, e cuius poſteris „etiamnum in Curia Romana eminet *Negro*, Car„dinalis, & *Ioannae de Rochelle*, Patritiae Avenio„nenſis, filiam natu maximam. Quod autem „ad abauum maternum lineae maternae, *Gerhar„dum Reyterum*, attinet, primus is e gente ſua fa„miliam ex Belgio, Ducatuque Brabantiae, „tempore Inquiſitionis Hiſpanicae, in Germa„niam transtulit, ac Lubecae, vbi in Senatum „cooptatus, Regisque Daniae Chriſtiani III, a „quo praedium gentilitium Rubbersdorff do„natum hodieque poſſidet poſteritas, a conſi„liis fuit, delecta ſibi vxore Patritia *de Kaſtens* ge„nus ſuum propagauit. Familiae enim tunc „Dominus ac Senior *Gerhardus de Reyter*, ex an„tiquisſima *Reyteriorum* illuſtrique domo Zut„phania in Brabantia oriundus, cuius & maio„rum eius Nobilitatis, dudum ex militia partae, „inſignia non multo ante confirmauerat CA-

M 5 ROLVS

(19) Addi his poſſunt laudatus Mellius l. c. p. 48 ſqq. Cl. Mollerus in Hypomnemat. ad Bartholin. de Script. Danor. p. 247 ſq, & qui copioſe ab eo citantur. Filium eius, IACOBVM BORDINGVM, virum & magnifica dignitate Conſulari in noſtra Republica Lubecenſi, & meritis maximis illuſtrem, ſingulari Oratione laudavit Io. Kirchmannus. Conf. Mellius l. c. p. 55 ſqq.

„ROLVS V Imperator, poſt viginti amplius „accepta fortitudinis ſuae vulnera captus ob re„ligionis cauſam capite plexus, & in quatuor „partes diſſectus fuit; deſtructoque caſtro gen„tilitio, ac funditus euerſo, nomen etiam Rey„teriorum in Belgio prorſus extinctum fuiſſet, „niſi e poſteris aliqui eiuratis noſtris ſacris ibi„dem permanſiſſent, e quorum ſtirpe proſatus „eſt heros ille notiſsimus, qui claſsi Belgicae „praefuiſſe in hiſtoria ſuperiorum temporum „memoratur, *Michael Reyterus.* Ita alii ſedes pa„trias repetierunt, alii maluerunt Lubecae, aut „Norimbergae fortunarum ſuarum quaerere „perfugium. Nec vero praeteriri debet Aba„vus maternus lineae paternae, *Ioannes Keller„mannus*, ICtus excellentiſsimus, qui Conſu„latum vrbis Roſtochienſis ſumma cum gloria „per annos complures geſsit, & in coniugium „aſſumſit *Dorotheam Iungelingiam*, claritate nata„lium inſignem. Atauus paternus *Ioannes Bac„meiſterus*, Ciuis fuit Luneburgenſis haud indo„ctus, qui *Annam Lubbingiam* matrimonio ſibi „coniunxerat, Ceterum vt ad tritauum pater„num maternumque tandem deueniamus, ille „quidem, *Ludouicus Bacmeiſterus*, diu Principum „Luneburgenſium, ac praecipue ERICI Ducis „a ſeruitiis, eiusque ſummus Aulae fuit Artoco„pus, & ob fidelitatem primus nomine ac inſi„gnibus Bacmeiſterianis condecoratus, cum an„tea *Willmes* vocaretur: hic autem *Mattheus Lub„bingius* in Patritiis Luneburgenſibus nomen lo„cumque non poſtremum obtinuit, & ducta

pariter

„pariter e gente Patritia vxore ſtirpem ſuam illu-
„ſtrauit. Et hi ſunt maiores Noſtri. Vitae ra-
„tio ea fuit, vt a teneris inde vnguiculis ad an-
„num vsque aetatis quartum decimum infirma
„vteretur valetudine, quam in Diſſertatione Au-
„ſpicali, Praeſide excellentisſimo noſtro Colle-
„ga, Dn. D. Camerario, an. 1707 habita, ſub
„*Pueri Lienoſi* perſona adumbrauit penitiusque
„expresſit. Tractatio ſtudiorum initium cepit
„ſub inſtitutione paterna; poſtea in celebre Athe-
„naeum Lubecenſe miſſus eſt, vt ſub doctisſi-
„mo fidelisſimoque morum ac ſtudiorum mo-
„deratore, *Io. Heinrico Hesſio*, Conrectore,
„vlteriores faceret progreſſus. Vix autem ſe-
„meſtre tempus ibi exegit, cum febri ardenti
„correptus ipſe eſt, & ſubitanea morte etiam
„ereptus fuit optimus praeceptor, cui plurimum
„deferebat. Hinc ad Patris diſciplinam rediit,
„qui ratione, conſilio & praeceptis teneram ae-
„tatem fouit, optimisque doctrinis excoluit.
„Inde ſedecim annos natus an. 1695 Lunebur-
„gum in Scholam Iohanniticam deductus eſt,
„vbi magiſtrum, eruditione non minori quam
„fide, habuit Dn. *Paulum Krautium*, Conrecto-
„rem tunc: nunc vero Rectorem praecellentis-
„ſimum, quo doctore linguas, Latinam, Grae-
„cam atque Hebraicam arripuit celeriter ac per-
„didicit. An. 1699 habita Oratione *de potioribus*
„*Studiorum Commodis & Incommodis* Scholae huic
„vale dixit, & ſub aeſtatem in lucem Academi-
„cam prodiit. Primum autem nomen dedit A-
cade-

„cademiae Roſtochienſi, ibique doctores pub-
„licos ac priuatos tam auide, quam aſſidue
„frequentauit. Logicam, Ethicam & Meta-
„phyſicam ei tradidit Dn. M. *Aepinus*. Profeſſor
„nunc Philoſophiae meritisſimus. Metaphyſi-
„cam pariter docuit excellentisſimus D. *Grapius*,
„Theologiae iam Profeſſor celeberrimus. Na-
„turae arcana recluſit atque explicauit experien-
„tisſimus Medicus D. *Schaperus*, variisque cu-
„rioſis experimentis illuſtrauit. Secundum
„Philoſophos adiit venerandos Theologos, &
„*Habichhorſtium* quidem Hebraica docentem, &
„Theſes in Auguſt. Confeſſ. editas, priuatis di-
„ſputationibus impugnandas ac defendendas, in-
„terpretantem; tum D. *Grünenbergium*, Praelectio-
„nes Exegetico-Chronologico-Biblicas inſti-
„tuentem; nec non ſumme reuerendum D:
„*Fechtium*, publice Controuerſias recentiores,
„quas vocant, Pietiſticas, recenſentem, Formulam
„Concordiae aduerſus Arnoldum aſſerentem, &
„Indifferentismum Religionum e coetu Chri-
„ſtianorum profligantem; priuatim autem Au-
„guſt. Confesſionem contra praedictum Arnol-
„dum in primis defendentem, officiumque mi-
„niſtri Eccleſiae paſtorale gnauiter grauiterque
„depingentem, maximo cum ſuo commodo au-
„diuit. Interim ter quoque e ſuggeſtu ſacro di-
„xit ad populum, & ſemel e cathedra Acade-
„mica perorans Avunculi ſui magni, B. Dn. M.
„*Bernhardi Krechtingii*, apud Lubecenſes ad D.
„Mariae Paſtoris, Conſiſtorii Aſſeſſoris & Rev.
„Miniſterii Senioris, (quocum tota familia
Krech-

„Krechtingiana, ex Weſtphalia Lubecam tra-„ducta, expirauit) laudes, meritaque publice „praedicauit (20). Cumque ea indole eſſet, vt „naturali inſtinctu in philoſophiam naturalem „remque medicam ferretur, ſectionis quoque „corporis humani, quam experientisſimus A-„natomices Profeſſor D. *Dethardingus* ſuſceperat, „non otioſus fuit ſpectator. Ita relicta Roſto-„chienſi Academia, viſis in reditu Sereniſſ. „Mecklenburg. Ducum aulis, aliisque locis viſu „dignis, praecipue monaſterio Dobberano, vbi „Principum iſtorum mauſoleum vetus viſitur, & „Viſmaria, maris Balthici vrbe opibus commer-„ciisque florentisſima, ſaluus ad ſuos eſt reuer-„ſus, vicariasque operas Parenti in munere ſa-„cro aliquandiu praeſtitit. Non multo poſt, „quod dudum animo conceperat, exequi de-„creuit, & cum laureae ſecundae honores ab „amplisſimo Philoſophorum ordine in Acade-„mia Roſtochienſi deferrentur, modeſte illos „recuſans, ad aliud potius ſtudiorum genus „tranſire conſtituit. Approbantibus igitur pa-„rentibus, ad ſtudium Medicum, ad quod na-„tura propenſior erat, aggreſſus an. 1703 in „celeberrima Lipſienſium Academia praecipue „id tractandum ſibi exiſtimauit, ſedulus & ſe-„quax celeberrimorum Medicorum auditor: e „quibus cumprimis grato animo commemorat „non modo *Schambergerum*, qui naturae ratio-nem

(20) Indicauit hunc ſolemnem actum, d. 8 Mart. 1701 habitum, publico Programmate Henricus Chriſt. Tielcke, D. & P. P.

„nem, quam Graeci Phyſiologiam vocant, & „corporis humani inciſionem publice atque in „noſocomio demonſtrabat, priuatim vero Cur„ſum Medicum & Scholas Chymico-Practicas „aperuerat: ſed & praecipue magnum inter „ſuos *Bohnium*, qui Hippocratis Aphorismos & „Morbos Infantum explanabat; tum excellen„tisſimum *Rivinum*, qui de Re Herbaria, Mor„bisque ſpasmodicis diſſerere tunc ſolebat, & „praeter illos experientisſimum *Schacherum*, qui „Anatomen ac Chirurgiam bis tradebat: vt in„terim tamen etiam amoenioribus ſtudiis ſeue„riores labores diſtingueret, ac celeberrimi „*Menckenii* acroaſes priuatas in Hiſtoriam Lite„rariam ad Introductionem Struvianam, non „ita pridem publicatam, haud negligeret. Tan„dem fama permotus celebratisſimi per orbem „*Wedelii* ſenioris, an. 1706 Ienam conceſſit, ſa„lutatis quoque in itinere celeberrimis Acade„miae Fridericianae Profeſſoribus. Hoſpitio „exceptus viri ſummi, non hoſpitem modo per„benignum, ſed & praeceptorem, in Chymicis „praeſertim ac Praxi, fidelisſimum expertus eſt, „vnaque auſcultator etiam ſedulus fuit Filii, non „ſine magna rei medicae iactura immatura nunc „morte extincti, qui Hippocratis Aphorismos, „& illuſtris Parentis Tabulas de Compoſitione „Medicamentorum tunc enucleabat. Ad ex„tremum an. 1706 Opt. Max. Dei prouiſu ac vo„luntate propenſisſima conſanguinei, perillu„ſtris Domini *Ioannis de Bacmeiſter*, Sac. Caeſ. Mai. „Imperialis Aulici, Sereniſſ. vero Würtembergiae

Ducis

„Ducis Conſiliarii Intimi, in hanc noſtram „Eberhardinam ſe contulit, vbi, abſoluto „poſt ſemeſtre ſpatium ſtudiorum curſu, „an. 1707 d. 27 April. honores Doctoris Me„dici conſecutus fuit, collato etiam anno inſe„quente non ſolum Phyſici Vrbis, verum etiam „in Illuſtri Stipendio & vicino Monaſterio Be„benhuſano Medici ordinarii munere. Quibus „non ita pridem acceſſit Profeſſoris Extraordi„narii dignitas, quam a Sereniſſimo huius A„cademiae Nutritio obtinuit. Cuius muneris „auſpicium rite vt faciat, craſtino die, qui erit X „currentis Martii menſis, hora IX ſolemni Ora„tione, ad quam audiendam omnium ordinum „Proceres ac Cives perofficioſe inuitamus, diſſe„ret publice *de Peſte, quoties ea oppreſſerit hanc* „*Academiam noſtram, & quibus remediis, qua prae*„*ſeruatoriis, qua curatoriis, hactenus illi reſtiterint* „*noſtri, & reſiſtere in poſterum cum Deo poſſint.* Nos „vti nouos honores eidem gratulamur ex ani„mo, ita DEum precamur, vt hanc Muſarum ſe„dem, & vniuerſam Würtembergiam noſtram „ab omni contagione, atq; malo omni, immu„nem praeſtare velit.„ Ita ſcripſerunt an. 1710 Würtembergenſes. Ex ſcripto an. 1719 a Noſtro edito, & ſtatim recenſendo, apparet, ei etiam honores Conſiliarii & Archiatri Bado-Durlacenſis, nec non Poliatri Tubingenſis eſſe collatos. Edidit, praeter iam memoratam *Diſputationem Inauguralem Medicam ſiſtentem Hiſtoriam Lienoſi.* Tubing. 1707. 4,

Acta Philippica, ſiue Theologorum Saxonicorum & Legato-

Digitized by Google

gatorum Megapolenſium fruſtra tentatam Pacificationem inter Philippum Melanchthonem & Matthiam Flacium Illyricum, e ſcriniis maiorum iterum recollectam, ac Synopſi totius opuſculi, loco indicis praemiſſa, Notis etiam quibusdam Hiſtoricis illuſtratam. Tubing. 1719. 4. Acta haec tribus abſoluuntur capitibus, quorum I tradit Epiſtolas Philippi Melanchthonis ad Matthiam Flacium & Hubertum Languetum, nec non Illyrici ad eundem Languetum. II proponit Acta Legatorum quatuor Saxonicarum Ciuitatum, Lubecae, Brunſuici, Hamburgi & Luneburgi cum Melanchthone ſub initium anni 1557 habita. III exhibet Acta Legatorum Megapolenſium cum ipſo Melanchthone nomine Ducis ſui IO. ALBERTI. In Notis editoris pag. 22 ſq de *Georgio Romrio*: p. 25 de *Iuſto Menio*: de *Ioach. Morlino* p. 40 ſq: de *Paulo ab Eitzen* p. 41 ſqq & aliis Theologis ac rebus eccleſiaſticis agitur. In Praefatione p. 20 promiſit Noſter, praeter multa alia ſaeculi XVI Hiſtoriam Eccleſiaſticam illuſtrantia,

Acta Lubecenſia cum Lamberto Friedlando, Med. Lic. & Practico, Ciuibusque quibusdam Lubecenſibus de Coena Domini eiusq; Expenſione.

Hiſtoriae Vrbis, Academiae & Eccleſiae Roſtochienſis, quam parens ipſius, *Sebaſt. Bacmeiſterus*, auſpicatus eſt (vid. Athen. Lubec. P. I. p. 269 ſq), abſoluendae & cum erudito orbe communicandae paſſim quoque in Nott. ad Act. Philipp. ſpem fecit. Exhibuit ſimul ex ſchedis paternis

nis ſpecimen, ſcilicet Vitam *Valentini Curtii*, Paſtoris primum Roſtochienſis, deinceps Lubecenſis, & tandem Superintendentis, pag. 37 ſqq.

IOANNES BORGEHLIVS.

Extat B. Hinckelmanni in funere huius Philoſophiae ac Medicinae Doctoris, & Practici olim celeberrimi, Επιτάφιος an. 1681 d. 29 Dec. ſcriptus, ex quo ea, quae ad ipſius memoriam conſeruandam ſpectant, hic ſunt exhibenda. Natus eſt Lubecae an. 1640. d. 21 Nov. patre *Ioanne Borgehl*, Ciue ac mercatore ſpectatisſimo, matre *Anna Schroederia*, femina ornatisſima. Anno 1651 amiſit optimum patrem, ſimulque ſpem coepta literarum ſtudia continuandi. „Reſtituit tamen, teſte Hinckelmanno, omnia in „integrum fidelis tutorum cura, & egregios ho„minis conatus ac induſtriam publica informa„tione & quotidiana conſuetudine V. C. *Iohan„nis Polzii*, Conrectoris meritisſimi, nunc inter „coelites viuentis, prouocauit. Quanti ab iſto „tempore eum B. Polzius fecerit, ex ſermoni„bus ſaepe de eo habitis adhuc bene recordor: „quanti vero B. Borgehlius Praeceptorem hunc „ſuum, ipſis eius verbis indicabo: *Vir hic meritis„ſimus*, ſcribit, *per quinquennium integrum, tam „publice, quam priuatim, non ſolum ſedulo meum „ingenium excoluit in humanitatis & aliis ſtudiis, ve„rum etiam ſummo amore & fauore me toto iſto tem„pore complexus eſt, vt poſt fata etiam in eius aere fu„turus ſim.*„ Anno 1660 Muſas ſalutauit Leu-

coreas, atq; inter auditores virorum clariſſimorum *Wendleri*, *Ziegrae*, *Notnagelii* ac *Waltheri* nomen ſuum eſt profeſſus, inque philoſophia & & ſanctiori diſciplina egregie ſe exercuit. Electo deinceps ſtudio Medico, Ienae excellentiſſimos Medicos *Schneiderum*, *Rolfinckium*, *Schenckium*, *Moebium* magno cum fructu auſcultauit. Fama deinceps immortalis *Sylvii* commotus, Lugdunenſem Batauorum Academiam an. 1664 adibat, & tanti doctoris diſciplinae integrum fere annum conſecrabat. Pergebat in Galliam, atque magna ordinis Medici lumina, *Moreau*, *Patinum*, *Bordelottum* & alios ſibi ſtudebat conciliare, perque eos ſtudia Medica augere. Simili prudentia atque vtilitate anni ſpatium tranſigebat Patavii, vbi celeberrimi iſta aetate Medici, *Cadinettus*, *Frigimelica*, *Fortius*, *Marchetti*, pater & filius, atque *Molinettus* ipſius fuerunt doctores, laurea autem Medica, vnanimi Patrum conſenſu impetrata, ipſi laborum ac diligentiae praemium obtigit. Doctor itaque creatus, an. 1666 m. Iul. in patriam eſt reuerſus, & comparata perinſigni rerum Medicarum ſcientia aliis fideliſſime inſeruire contendit, vsque dum an. 1681. d. 21 Dec. diem obiret ſupremum.

IOANNES GODOFREDVS BORGEHLIVS.

Euulgaui an. 1720. d. 23 April. huius Medici & Phyſici Lubecenſis meritiſſimi Memoriam, ex qua hic potiora ſunt repetenda. Ingrediebatur

tur autem Noſter humanam ſocietatem an. 1672. d. 18 Ian. natus patre *Io. Borgeblio*, Philoſ. ac Medic. Doctore & Practico celeberrimo, quem modo laudaui: matre *Anna Eliſabetha Acidalia*, Matrona nobilisſima. Auum veneratus eſt paternum virum integerrimum *Ioannem Borgeblium*, Ciuem ac mercatorem Lubecenſem ſpectatisſimum: Auiam *Annam Schroederiam*, Feminam perinſignem. Maternum auum nactus eſt virum excellentisſimum experientisſimumque *Godofredum Acidalium von Habichthal*, Medicinae Doctorem, Comitem Palatinum Caeſareum, Sereniſſ. Elect. Brandenburg. & Duc. Slesuic. Holſat. Conſiliarium atque Archiatrum, Haereditarium in Zaatzieke: auiam autem *Dorotheam Hubneriam*, ſexus ſequioris ornamentum. Decus, quod beneficio natiuitatis adeptus eſt Noſter, laudabili ſtudiorum curſu fuit amplificatum. Simulac enim tenera concedebat aetas, & pietatis & litterarum initia cum ex communicabantur. Partem haud exiguam publica noſtra liberalium artium officina ſibi vindicat. Nam in ea doctores habuit *Marcum Widam*, *Iac. Pagendarmium*, Cantorem, *Dav. von der Brügge* & *Mich. Freude*, Subrectores, *Mart. Lipenium*, Conrectorem, *Abraham. Hinckelmannum* atque *Enochum Suantenium*, Rectores, viros de iuuenum ſtudiis praeclarisſime promeritos. Neque ſine laude ſtudiis ſcholaſticis finem impoſuit. Fecit enim, auſpiciis Suantenianis, an. 1692 d. 17 Mart. ſolemni Oratione, qua Symbolum Auguſtum MAXIMILIANI I Imperatoris: *Tene men-*

ſuram & reſpice finem explicauit. Breui interiecto temporis ſpatio abiit Ienam, vbi ad Philoſophiam primum, deinceps Medicinam ſolide addiſcendam animum adiecit. Neque hoc conſilium fortuna improbauit, ſed induſtria celeberrimorum Philoſophorum *Schmidii*, *Hambergeri*, *Treuneri* ac *Wentzelii*, nec non inclyti nominis Medicorum *Wedelii*, *Schelhammeri* & *Slevogtii* adiuuit ita, vt per tres annos cum dimidio incrementa ſtudiorum ceperit exoptata. Inuiſit quoque ante, quam an. 1695 m. Nov. reuerteretur in patriam, varias Germaniae celebres vrbes, Vinariam, Gotham, Wittenbergam, ac plures, multaque & vtilia & curioſa oculis vſurpauit. Anno ſubſequenti iter ingreſſus eſt Belgicum; quod alias vrbes ſpectandas, alia notatu dignatam in hortis Medicis, quam muſeis & locis corporum ſectioni dicatis conſideranda, alios doctiſſimos viros compellandos ipſi magna copia praebuit. In primis vero multa debet Academiae Batauorum Lugdunenſi, quippe quae illi non ſolum celeberrimos viros *Drelincourtium*, *Deckerum*, *Bidloum*, *Huttonum* conciliavit, verum dedit etiam ſummos in arte Medica honores, quibus ſe dignum ſolemni *de Sterilitate* Diſputatione, an. 1696. d. 1 Octobr. habita, oſtendit. Luſtrato Belgio vtroque, animadverſis in itinere, quod longe lateque continuavit, multarum celebrium vrbium rebus commemorabilibus, Medico praeſertim ſtudio inſeruientibus, venit Patauium, vbi varia inſtituit Medica exercitia, doctoribus, quos iſto tempo-

tempore Schola Patauina habuit. clarisſimis laudabiles eius conatus promouentibus. Litterarium iter proſecutus an. 1697, atq; in variis, quas tranſiit, ciuitatibus haud obſcuris quaeuis notabilia contemplatus, Romam tandem acceſſit. Haec vti Vaticanam Bibliothecam, antiquitates, pompam Pontificiam, & plura, quae homines mirari ſolent, ſpectanda exhibuit, ita in reliqua terra Italica Veſuuium, Scholam Tullianam, ſic dictas Reliquias, & alia, conſpexit. Neque defuerunt ſingularia, quae, Germaniae redditus, potuit obſeruare Vindobonae ac pluribus in locis, permeandis in reditu ad patriam. Hanc cum an. 1698 proſpere iterum attigiſſet, Medica ſua ſcientia aegrotis opem ferre ſalutarem magnopere ſtudebat. Neque deſtituebatur his egregius conatus ſucceſſu, ſed tam bene ac feliciter eueniebat, vt haud pauci probantes eius curationes, illum Medicum ſibi deligerent. Ipſum Magnificum & Illuſtrem Senatum noſtrum (quem ſummus Medicus diutisſime ſoſpitem ſeruet ac incolumem!) Medicae virtutes, peritia, fides, prudentia, induſtria, in Noſtro elucentes, commouebant, vt eum an. 1718. d. 18 Maii diuo Stolterfohtio (infra laudando) ſuccedere, & Poliatri ſpartam capeſſere iuberet, quam breui quidem tempore, (obiit enim an. 1720. d. 12 April.), inſigni tamen cum laude ornauit.

IOANNES BRANDT.

Chriſtophorum Brandt, Ciuem, & *Chriſtinam*

 Kienen

Kienen optimos parentes veneratus eſt, Lubecenſi ciuitate per natiuitatem, quae an. 1677 contigit, donatus. *Scholae Lubecae florentis*, referente Io. Ern. Schapero in Progr. Inaug., *Praeceptoribus committebatur, per omnes eius claſſes, quas occupauerat, induſtria indefeſſa proceſſit, in quibus a praeceptoribus plurimis iam defunctis fideliſſima informatione fruitus eſt. ——— Scholae publica Oratione de illo Plinii effato: Qui inuidet, minor eſt, vale dicebat.* Actum hunc docto Programmate d. 20. Octobr. 1697 indixit *Enoch. Suantenius*. Anno 1698 Noſter adiit Lipſiam, factus *Riuini, Ortlobii, Langii, Schambergeri, Pinckeri, Schacheri* auditor. Inde venit Roſtochium, vbi *Schapero* duce integrum curſum Medicum denuo abſoluit, tandemque Doctoris inſignia obtinuit. In patria anno 1717. d. 21 April. e vita migrauit. Extat eius

Diſputatio Medica Inauguralis de Variolis. Roſtoch. 1701. 4. Praeſ. Io. Ern. Schapero. Vid. Nou. Lit. Mar. Balth. h. a. p. 258. Occaſionem ſuppeditauit Viro excellentiſſimo *Chriſtoph. Frid. Kienio*, Poëtae elegantiſſimo (vid. Athen. Lubec. P. II. p. 60 ſqq) pangendi hoc nitidum Carmen, quod vel ideo ex autographo, edito multo auctiore, ſiſti hic meretur, quoniam de vita Noſtri nonnulla etiam docet, ſimulque Diſputationis argumentum dat:

Hoc gratulans Carmen, NEPOS SORORIE,
Dum diſputas de Poſtulis, ne poſtules;
Mea voluntate id coactus offero.

Adeo

Adeo nec vllum me genus vitae auferet
A literis humanioribus, ſemel
Vt integris non ſex luberet menſibus
Tritum ingredi Muſarum tramitem;
Quamuis (aperte quod lubensque non nego)
Solutiore iunior vates pede.
Hoc inuidente dente carmen mordeat,
Si forte quis, quem neſcio, naſutulus
Calumniator innocentis carminis.
Incurioſius eſt amor calumniae,
Placere tantum qui ſtudet, quem diligit.
Quam miror hanc tuam ſolertiam?
Praecocis ingenI tulit haec vberrimos,
Et ante tempus, publico fructus bono
Haud inuidendos: Veris in primordio
Apparet hic aeſtas. Iuuentam non cano
Laudabiliter, SVANTENIVS fideliter
Quam Rector informauit in patria Schola:
Qui in latinitate vir doctisſimus.
Poſt Lipſiae RIVINVS artis optimus
Medicae magiſter, & ſui decus ordinis
Scientiae riuos ſuae pleno alueo,
Quae cura? deriuauit in pectus, capax
Scientiarum, quae ſalutem promouent.
Horum nihil: laudare ne videar nimis,
Qui proxime cognatus eſt, vt plurimum
Amore ſit caeco; ſed hic male iudicat.
Roſtochii cathedra, & ipſe Diſputans
Evulget orbi literato munera,
Labore parta mentis, & data coelitus.
Iam noſtra iambus cuncta gratulatio,
E candido quae corde proficiſcitur,

 O Can-

O Candidate, nobili mox purpura
Doctum caput cingende, ſummum quae decus,
Et eruditarum corona frontium.
Bonus decenter Diſputator ordine
Proponis, & rem quamlibet locas ſuo,
Vt Imperator prudens copias, loco.
Enucleas Notationem Nominis,
Definis, & quodcunque definis, probas.
Poſt Poſtularum Differentiam doces,
Originemque latius ſcrutaris, &
Vllum negans telluris omnis angulum
Hoc peſtilenti liberum contagio;
Genusque, naturamque morbi prouidus,
Et diligentiore crena examinas.
Qua Signa ſint & propria & communia
Diſtinguis, & deinde das Symptomata.
Tum praedicans Medentium felix opus
Malignitatis qui ferae cauſas ſciunt
Veras, in has inquiris, & num Menſtrua?
Num foetui communicata alimonia
Parentis in ſinu? vel aër torridus
Sit poſtularum cauſa, quaeris, proxima,
Et vniuerſalis? remotae plurimae:
Quae rectius tu ſentientium omnia
Submittis indagator acer calculo
Veri potentis. Haec lues, Curatio,
Finis medelae, quo modo applicanda ſit,
Hoc Diſputationis vltimum caput
Nobis tuae praeſcribit accuratius;
Quae docta, laudis & meae non indiga,
Se laudat ipſam, nobilemque ſeduli
Auctoris eruditionem publicat.

Hunc

Hunc Diſputationis actum gratulor.
Amabilis Cognate, BRANDTI, praemia
Nunc o capeſſe, (tempus inſtat) debita
Dudum tuis tot improbis laboribus.
SCHAPERVS, inſignis medendi munere,
Te voce DOCTOREM creat, & grato oſculo,
Tantum decus ferente Doctorum manu,
Tantum decus gratante Amicorum choro:
Vouens cui, favensque ego nunc accino.
Vt campus ardet ſolis igne fertili,
Et indies creſcit ſeges; ſic cor tuum
Honore ſemper ardeat pulcherrimo,
Pulcherrimoque Amore ſemper ARDEAT!
Ac KIENIANAE nominis matris memor
Tu TOEDA virtutum per aevum fulgeas!
Salutis antiſtes eluas, vitae faber.
Grauiſſimas Doctor medendo prouidens
Tuto lues, velociter, feliciter
Ingrata veſpillonibus fac otia.
Sic plurimas hoc quaeſtuoſo munere
Opes tibi Galenus haud fallax dabit.
Mens ſana ſanis regnet in membris diu;
Diuque Matris audias ſuperſtitis
Patrisque defuncti, Patriaeque Gloria!
Fortunet hoc decus DEVS! Quod ſi canam
Vnum, precerque candide, dixi omnia.

IOANNES BRASCHIVS.

Viri huius, quem & Medicum fideliſſimum & Amicum integerrimum colui, neque ſine ingenti dolore amiſi, memoriam an. 1720 ab ob-

liuione vindicare duplici ſcripto, Latino ac Germanico, laboraui. Repetam ex illo ea, quae ſpectant ad vitam eius laudabiliter actam. Annus autem agebatur milleſimus ſexcenteſimus ſeptuageſimus & primus, quum d. 3 Aug. felicibus auſpiciis in hac libera imperiali ciuitate Lubecenſi naſceretur. Patrem veneratus eſt IOANNEM BRASCHE, Ciuem integerrimum & Mercatorem primarium: Matrem vero CATHARINAM, MICHAELIS WOLTERI, Ciuis mercandi peritia ſpectatisſimi, filiam inſignibus laudibus ornatam. Auum paternum habuit DETLEFVM BRASCHE, honeſtisſimum Ciuem panni mercaturam facientem. Auiam autem ornatisſimam ANNAM BRASCHEN, comparandam merito cum Auia materna, CATHARINA, ENGELBRECHT von MELLEN, Mercatoris primarii & Ciuis praeſtantisſimi filia praeclaris virtutibus condecorata. Parentum optimorum cura d. 5 Auguſt. in Chriſtianam ciuitatem per ſanctisſimi lauacri beneficium adſcriptus, egregia educatione, defuncta licet matre, quum quartum aetatis annum vix eſſet ingreſſus, ad pietatis, honeſtatis & bonarum litterarum ſtudium ſedulo perducebatur. Cumque prudenter admodum iudicaretur, non ſufficere illi inſtitutionem priuatam, publicae tandem particeps redditus eſt. Ipſe illum ſaepe audiui praedicantem ſalutarem operam, ſibi liberalibus artibus imbuendo a *Iac. Pagendarmio*, Cantore, *Dav. von der Brügge* ac *Mich. Freude*, Subrectoribus, *Mart. Lipenio*,

, Conrectore, & *Enoch. Suantenio*, Rectore, ſelisſime nauatam. Litteris, quibus aetas iuenilis ad humanitatem ſolet informari, perolitus, quaerebat ſedem Muſarum ſublimiorem, inueniebat etiam, an. 1692 d. 9 April. per Luneburgum, Magdeburgum, Cothenium, eruestam, Lipſiam, Leucopetram & Naumburgum Ienam profectus. In hac Alma Salana poſtquam a Magnifico Rectore, *Chriſtiano Wildvogelio*, ICto celeberrimo, in numerum eorum receptus eſt, qui Academica tractant ſtudia, ſcientiam hauſtam quouis modo amplificare contendit. Excolebat artem rationis: non negligebat diſciplinam vulgo a plerisque neglectam, Metaphyſicam: naturalis ſcientiae induſtrius valde & ſtrenuus erat cultor. Facem ei praeferebant *Schmidius*, *Hambergerus*, *Treunerus*, *Wentzelius*, quorum laboribus iſto tempore Philoſophica ſtudia in Ienenſi Academia florebant. Atque hac diligentia fiebat, vt non illotis, quod aiunt, manibus artem ſalutarem aggrederetur, ſed maximo cum fructu excellentisſimos huius artis magiſtros poſſet auſcultare. Adhaerebat in primis illuſtri Medico *Georg. Wolfg. Wedelio* (quem Muſae vetant mori) eiusque Collegiis, vt vulgo loqui ſolemus, Inſtitutionali, quod tertia percepit vice, Chemico, Pathologico-Therapeutico, de Materia Medica, de Formulis, de Febribus & Caſuali ſedulus ſemper auditor interfuit. Vſus quoque eſt praeceptore *Gunth. Chriſt. Schelhammero*, Medico itidem celeberrimo, Anatomica, Chirurgica, Botanica & Phyſico-

Phyſico-Curioſa praelegente. His addidit *Iac. Wolfium*, Medicinae doctorem extra ordinem conſtitutum, rem herbariam docentem. Vti vero erat rerum naturalium diligens ſcrutator, ita intermittere etiam non potuit, quin an. 1694 in ciuitates Rudolphopolitanam & Salfeldenſem excurreret, vt videret fodinas metallorum, cognoſceret artem conflandi vitra, itemque aurum lauandi in flumine Schwartza dicto. Celebria quoque loca Vinariam, Erfurtum & Gotham eodem anno perluſtrauit. Ante vero, quam Iena abiret, publicum diligentiae & profectuum Medicorum dedit ſpecimen, *quartum Aphorismorum Hippocrateorum librum*, Wedelio praeſide, non ſine laude defendendo Anno 1695 menſ. Octobr. adiit Lipſiam, vbi in ſcholis *Bohnianis*, *Riuinianis*, *Langianis* litteras ſuas Medicas feliciſſime amplificauit, Ipſum excellentiſſimum *Bohnium* (cuius auſpiciis ſecunda vice d. 9 April. 1697 pro roſtris Academicis ſeſe oſtendit, & *Diſſertationem de Medici Officio* Philiatrorum disquiſitioni expoſuit) hoſpitem habuit, nactus eo quoque occaſionem multa addiſcendi. Transacto laudatiſſime Academico quinquennio, Ienam reuerſus eſt, ſummos, quos omnino merebatur, honores Medicos modeſte petiturus. Impetrauit facile ab iis, quibus virtus ipſius ac eruditio cognita erat perſpectaque. His cum in examinibus feciſſet ſatis, *Inauguralem* etiam *Diſſertationem de Inflammatione Renum* d. 7 Iul., praeſidio *Wedeliano* vſus, magno cum applauſu tuitus eſſet, d. 21 Dec. an. 1697 ſummis in arte Medica

dica honoribus auctus eſt. Creatus itaque ſolemni ritu Doctor de videndis regionibus externis ſub finem an. 1697 cepit conſilium. Luſtratis autem primum principibus quibusdam Germaniae vrbibus, Belgium pariter atque Angliam peragrauit ita, vt celeberrimos Viros, Bibliothecas, Hortos Medicos, Muſea, Noſocomia inuiſeret, Actibus Anatomicis crebro adesſet, cunctaque accurate obſeruaret, quae vt reliquis, quae amabat, ſtudiis elegantioribus, ita in primis Medico inſeruire poſſe iudicabat. Licuit mihi euoluere eius Diarium, multas res notatu dignas complexum, quod de diligentia in annotando, de prudentia in ſeligendo abunde teſtatur. Patriae redditus an. 1698 m. Octobr. ad praxin medicam animum adiecit, quam divina ope fretus tam ſapienter, tam dextre, tam induſtrie exercuit, vt an. 1720. d. 10 Ian. pie defunctus, apud illos, qui eius opera vſi ſunt, ingens ſui deſiderium relinquat. Conf. etiam celeberrimi Leporini, Medici litteratisſimi optimeque meriti, Vitas Eruditor. P. V. p. 450 ſqq., vbi debitis Braſchius noſter laudibus ornatur.

IOANNES GODOFREDVS CARSTENS.

Praeſtantisſimus hic Medicus cum an. 1720 d. 11 Mart., adeoque ſtatim poſt Dominicam Laetare, quae veteribus a ſingulari quodam ritu, quem *Mortem expellere* dixerunt, *Dominica Mortis* fuit appellata, moreretur, his verbis in ipſius

ipſius Memoria, typis exſcripta, vitam delineaui: Non ſolum per beatam animi a corpore migrationem, quam mortem dicimus, feliciſſime expulit mortem, ſed in tota ipſius vita, ſic geſta, vt permulti, de praeclaris ipſius virtutibus certiores facti, eam ad ſeram vsque ſenectutem optaſſent prorogatam, felicem poſſumus deprehendere mortis expulſionem. Initium fiebat an. 1681. d. 19 Iul,, cum viuentium coetui adſcriberetur, natus Molnae ex familiis, quarum merita ac praeconia hodieque vigent, florent, viuunt, &, ſempiternae gloriae dudum commendata, nunquam intermorientur. Patrem enim veneratus eſt virum nobilisſimum, conſultisſimum & amplisſimum Dn. NICOLAVM CARSTENS, ICtum cauſis in foro agendis optime conſulentem, & Praefectum quondam Mölnenſem grauisſimum: matrem vero Matronam generoſam & praeclarisſimis virtutibus condecoratam ELISABETHAM von BRôMSEN. Auo gauiſus eſt paterno viro nobilisſimo, excellentisſimo & conſultisſimo Dn. IOACHIMO CARSTENS, V. I. Doctore celeberrimo, Illuſtriſſ. Ducis Saxo-Leoburgenſis DN. AVGVSTI Conſiliario intimo & Vice-Cancellario, deinceps illuſtris Reipublicae Lubecenſis Syndico primo, qui ob maxima merita, poſt fata etiam, iure meritoque celebratur: Auia autem paterna ELSABE de WICKEDEN, Matrona & ſtirpe & ornamentis femineis nobilisſima. Auum maternum coluit virum generoſum & prudentisſimum Dn. GOTTHARDVM

DVM a BRöMSEN, Haereditarium in Crummeſſe, Cronsfohr & Neumarck, Senatorem Lubecenſem ampliſſimum meritiſſimumque; Auiam maternam Matronam generoſam ornatiſſimamque ELISABETHAM WEDEMHOFEN. Proauus ipſi obtigit paternus prior vir nobiliſſimus atque ampliſſimus Dn. NICOLAVS CARSTENS, Soltquellenſis in Marchia Conſul grauiſſimus: Proauia Matrona honeſtiſſima BARBARA BINDEMANS, viri prudentiſſimi Dn. IOACHIMI BINDEMANS, Senatoris Soltquellenſis bene meriti filia: Proavus autem paternus poſterior vir generoſus, ampliſſimus prudentiſſimusque Dn. THOMAS a WICKEDEN, Haereditarius in Caſtorff, & Senator ac Camerarius ſenior Lubecenſis meritiſſimus: proauia Matrona generoſa ornatiſſimaque ANNA a LvNEBVRG. Proauum maternum priorem nactus eſt virum magnificum atque generoſum Dn. HENRICVM a BRöMSEN, Haereditarium in Stockelsdorff & Crummeſſe, Conſulem Lubecenſem meritis illuſtrem: proauiam Matronam generoſam praeclariſſimamque MARGARETAM ab HöVELN, viri generoſi & magnifici Dn. GOTTHARDI ab HöVELN, Conſulis illuſtrium in Rempublicam Lubecenſem meritorum filiam: proauum maternum poſteriorem virum magnificum & generoſum Dn. HENRICVM WEDEMHOFF, illuſtri apud Lubecenſes dignitate Conſulari gauiſum: proauiam Matronam & genere & virtutibus nobiliſſimam ELISABETHAM WIB-

BEKIN-

BEKINGIAM. Ab his & aliis maioribus non minus inſignibus, quos omnes laude dignisſimos Muſa vetat mori, fortunatis auſpiciis vitam naturalem accepit. Sed coniuncta cum labe adhaerente erat ſpiritualis mors, quae felicisſime etiam pulſa per ſanctisſimum lauacrum, cuius beneficio Noſter in ſocietatem eorum, qui vitam Chriſtianam, Numini placentem, agunt, eſt adſcriptus. Noua aderat mors, inſcitia & litterarum, ſacrarum pariter ac humanarum, ignorantia: nam, iudice Seneca, vita ſine litteris mors eſt & viua hominis ſepultura. Verum & haec optime expellebatur. Initium faciebant doctores Scholae noſtrae publici, quibus laudabili valde exemplo in omnibus clasſibus ſe erudiendum exhibuit. Hi diſcipulum pium, diligentem, modeſtum pro officii religione ad eruditam vitam perducere contenderunt. Neque laborarunt fruſtra, ſed induſtria ſua Noſtrum ita formarunt, vt Gymnaſium litterarium cum Academia vtiliter potuerit permutare. Eligebatur Hala, quam verno anni 1700 tempore per Hamburgum, Luneburgum, Hannoveram & plures celebres ciuitates accesſit. Huius Academiae celeberrimi doctores ignorantiae mortem porro expellere per triennium ſtudebant. In primis vero ſalutares litteras, quae conſeruandae vitae humanae ergo addiſcuntur, cum eo communicabant. Auſcultabat ſedulo omnes medendi artem profitentes: praecipue vero magnae famae Medicum, *Stahlium*, cuius medendi rationes ſibi prae reliquis cognitas reddidit,

eas-

eaſdemque magno ſemper in pretio habuit. Conſumtis in Fridericiana tribus annis, Salanam etiam inuiſit, fama Ienenſis Aeſculapii, illuſtris *Wedelii*, & aliorum praeſtantisſimorum Medicorum commotus. Cum annum fere hic exegiſſet, reuertebatur Halam, & ſub laudati *Stahlii* praeſidio defenſa, plaudentibus auditoribus, m. Febr. 1704 *Diſputatione Inaugurali de Empeiria Rationali Medica*, praemium laboris, in comparanda artis ſalutaris ſolida cognitione exantlati, accipiebat ſummos Doctoris Medicinae honores. Paulo poſt per Magdeburgum quidem, Wittenbergam & Berolinum remigrabat in patriam, ſed interiecto breui tantum tempore eam iterum relinquebat, & principem Daniae ciuitatem ſalutabat, Muſis Hafnienſibus per integrum annum delectatus. Hinc an. 1705 traiecit in Scandiam, & portu feliciter exceptus, Holmiam perrexit. Perluſtrata hac illuſtri ciuitate, perluſtratis etiam aliis nobilibus Sueciae vrbibus, & praeſertim longe lateque celebribus metallorum fodinis, in Angliam eſt profectus. Cum hac nauigatione parum aberat, quin mors fuiſſet coniuncta, ſiquidem coeli inclementia, ventorum vi & tempeſtatis ſaeuitia nauis, qua vehebatur, curſum tenere non poterat, adeo vt mare inhorreſcens & nauium vix patiens ad Norvegicum littus eam appelleret. Sed haec quoque imminens mors clementia Numinis expulſa, ſiquidem, cum deſaeviiſſet tempeſtas, commode nauigando viuus ac incolumis in Angliam eſt aduectus. Hic vero cuncta obſeruabat, quae

notatu digna, Medicum praeſertim ac Phyſicum ſtudium iuuantia, & adibat non mortuas ſolum, ſed viuas etiam Bibliothecas, viros eruditione prae reliquis eminentes. Idem faciebat in Belgio, cuius Muſea, Bibliothecae, Medici multum ei profuerunt. Atque ſic feliciter expellebat inſcitiae mortem, diſcebatque agere vitam homine vere litterato dignam. Reuerſus autem anno 1706 per Gueſtphalicam & alias regiones in Lubecenſem ciuitatem, ſtrenuam, boni ciuis inſtar, dabat operam, ne ciuiliter mortuus diceretur. Expellebat mortem ciuilem per praxin Medicam, quam docte, diligenter, caute exercuit, fideliter inſeruiendo multis, qui illum, Medicum ſuum, non ſine acerbo dolore amiſerunt.

CONRADVS ANDREAS CRAMERVS.

Ex Albo apparet, quod in Athenaeo noſtro ſit eruditus. Interfuit poſtea ciuibus Academiae Wittenbergenſis: Halae autem Doctoris Medicinae titulum impetrauit, cum ſub *Henr. Henrici* praeſidio *Inauguralem Diſputationem de Vſu Corticis Chinae febrifugo, cauto ac ſuſpecto* an. 1713 habuiſſet. Vixit deinceps Lubecae, quae etiam in Diſputationis Inauguralis inſcriptione patria ipſius dicitur. Hodie apud Rhenenſes in terra Mecklenburgica commoratur.

Digitized by Google

PETRVS DEHNS.

Locus ipſi natalis an. 1620. d. 10 April. Lubeca noſtra contigit, ſicuti illa etiam litterarum fundamenta, per optimos doctores IO. KIRCHMANNVM, SEB. MEIERVM & IAC. KOCKERTVM, ipſi conceſſit. Studio deinceps Medico in variis Germaniae, Galliae, Italiae & Belgii Academiis eam impendit operam, vt an. 1653. d. 7 Iun. Patres Academici Baſileenſes Philoſophiae & Medicinae Doctoris honoribus eum ornare neutiquam dubitauerint. Cognoui hoc ex Progr. Inaugurali, in quo Noſter, inter alia, ſic laudatur:

Gratioſus Aſclepiadarum Baſileenſ. Senatus,
Apollinea in palaeſtra Pancratiaſtem praeſtantiſſimum
DN. PETRVM DEHNS,
Lubecenſem,
praecell. animi dotibus, naturae reconditorum
cognitionis ſtudio, amore & deſiderio
flagrantiſſimum,
praeſtabilium rerum, cum primis Medicarum,
ob ſcientiam praeſignem
& multijugem experientiam conſummatam,
iugi lectione, aſſiduis lucubrationibus,
vigiliis & curis moleſtiſſ.
in celebrioribus
Germaniae, Galliae, Italiae & Belgii
Athenaeis quam ſibi comparauit,
& praeviis in Examinibus rigoroſis,
in congreſſibus publicis Diſputatoriis,
aliisque genii & ingenii ſui generoſi,

editis ſpeciminibus & documentis praeluſtribus Lycei huius Proceribus & clientibus comprobauit, demonſtrauit luculentisſime, Lauru & Corolla Doctorali Medica concordi iudicio iam ante ſesquiannum ſtatuit, concluſit quam dignisſimum. &c.

In eodem Programmate legitur, quod *de Cordis Principatu* panegyrice diſſeruerit. *Diſſertationem Inauguralem, continentem Theſes aliquot, inter Medicos controuerſas*, ſine Praeſide d. 6 Maii 1653 publice defendit. Complectitur illa theſes 75, quarum prima: *In Definitione Medicinae generis loco optime adhibetur vocabulum Artis*; vltima: *In ſectione venarum brachii perinde eſt, vtrum aperiatur Cephalica, Mediana, aut Baſilica, in cuius tamen inciſione caute procedendum eſt ob nerui ſexti paris ſurculos, quorum alii ſubter, alii ſupra illam ſparguntur.* Mortuus eſt Lubecae an. 1671. d. 25 Iun. lugente obitum eius *Threnodia* non ineleganti *Franciſco Woergero.*

GOTTHARDVS OTTO ERASMI.

Dies ipſi natalis Lubecae contigit ſeptimus & viceſimus Martii, cum annus milleſimus ſexcenteſimus octogeſimus & octauus ageretur. Patrem accepit virum admodum reu. & praeclariſſ. Dn. M. CHRISTOPH. ANTON. ERASMI, Archidiaconum Petrinum meritisſimum, cuius Memoria a B. Suantenio ſcripta extat in ſumme reu. Goetzii noſtri Elogg. German. Theologor.

p. 695

p. 695 ſqq. Conf. Athenar. Lubecenſſ. P. I. p. 307 ſq; Matrem vero Matronam ornatisſimam REBECCAM HEDEWIG, viri nobilisſimi & amplisſimi Dn. IOANNIS HENRICHSEN, Secretarii Lubecenſis optime meriti, filiam. Vid. Suantenius l. c. p. 699, a quo etiam p. 697 ſq maiores aliqui laudantur. Supremo quidem publice diſcentium coetui non interfuit, Praeceptores tamen in Schola noſtra fidelisſimos habuit viros meritis in rem ſcholaſticam inclytos Dnn. *Minum*, *Schevium*, *Widam*, *Pagendarmium*, Cantorem, *Lipenium*, Subrectorem, & *Göldelium*, Conrectorem. Verno anni 1707 tempore abiit Ienam, vbi collegiis, vt vulgo vocant, Academicis, Metaphyſico *Iochii*, Phyſicis *Hambergeri* & *Baieri*, Phyſiologico acroamatico, Pathologico dogmatico, Semiotico; Therapeutico, Caſuali, Pharmaceutico & Caſuali *Georg. Wolfg. Wedelii*, Anatomico & Botanico *Io. Hadr. Slevogtii*, Chemico, Pathologico, Examinatorio-Diſputatorio, nec non de Febribus, *Ern. Henr. Wedelii*, Materiali & Formulari *Io. Adolph. Wedelii*, Phyſiologico, Chemico, Practico *El. Caſp. Iudelii*, atque Practico *Io. Iac. Fickii* vacauit. Finito triennio reuiſit patriam: anno autem 1712 contulit ſe Wittenbergam, vbi ex Collegio Materiali *Bergeri*, & Practico priuatisſimo *Brendelii* proficere laborauit. Anno 1714 profectus eſt Erfordiam, vbi ſpeciminis Inauguralis loco *Bellidographiam*, *ſiue Bellidis Deſcriptionem* elaborauit, & *Io. Phil. Eyſelio* praeſide d. 23 Febr. defendit ita, vt Ordo

Digitized by Google

Medicus Hieranus non dubitarit eum d. 27. eiusd. menſis Medicinae Doctorem creare.

IOANNES FITZMANNVS.

Hunc praeclari nominis Medicum ipſa Lubeca noſtra produxit. Natus enim eſt in hac ciuitate an. 1637. d. 5 Ian. patre viro integerrimo HANS FITZMANN, Balneatore & Chirurgo ſolertisſimo: matre ELISABETHA KLVENSICKS, femina honeſtisſima. *Primo adoleſcentiae flore conſpicuus*, inquit B. Suantenius in eius Memoria an. 1694 euulgata, *humaniori litteratura animum expoliuit, peculiari commiſſus diſciplinae Cl. M. Burchardi Muſculi, vt primis doctrinae morumque exercitationibus vacaret. Solidiori deinde commendatus eſt inſtitutioni praecellentiam virorum & de Gymnaſio Ephebeoque Lubecenſi clarisſime tunc merentium Dn. SEBASTIANI MEIERI, Rectoris, Dn. HENRICI BANGERTI, Con-Rectoris, & Dn. IACOBI KOCKERTI, Sub-Rectoris. Adeo feſtinatos his ductoribus oſtendit profectus, praecocem amplae eruditionis ſegetem alens fouensque: vt, eximiis progresſibus iſtis, facile ipſi eſſet, decimo ſeptimo aetatis anno, ad Academicam procedere conſuetudinem, &, propter vicinitatem, Roſtochium pergere, ibidemque Philoſophiae ac Medicinae finitima quaſi ſocietate pauliſper animum excolere.* Roſtochienſem an. 1655 permutauit cum Academia Gieſſenſi, in qua excellentisſimo Medico, *Georg. Balthaſ. Metzgero*, & hoſpite & praeceptore fidelisſimo vſus eſt. Inde per Tubingam profectus eſt in Italiam, quae multa ipſi ſuppeditauit variis in locis ſubſidia, Medicum

ſtudium

ſtudium promouentia: praecipue vero eum fouit, per integrum annum, Patauii, vbi praelectionibus pariter ac corporum ſectionibus celeberrimorum iſto tempore Medicorum *Forti*, *Bonardi*, *Molinetti*, *Marchetti* & aliorum valde eſt delectatus. Ex Italia remeauit Gieſſam, in qua Academia, praeſtitis magna cum laude praeſtandis, an. 1659 Medicinae Doctor eſt renunciatus. Inuiſit poſtea Belgium, vt cum viris clariſſimis *Vorſtio*, *Lindano*, *Hornio*, *Syluio* colloqueretur, & hac etiam ratione litteras ſuas augeret. Patriae, cui an. 1660 reddebatur, porro operam ſuam dicabat, cuius, praeter alios, hunc etiam expertus eſt fructum, vt anno 1676 a Magnifico Reipublicae noſtrae Senatu Poliater conſtitueretur, quod munus tam laudabiliter adminiſtrauit, vt hodieque laus eius ſit ſuperſtes (quam eximia auxit pietas (21), licet iam an.

 1694.

(21) Hanc euincam vnico ſaltem documento, elogio ſcilicet, quo B. *Seb. Schmidium*, Theologum & Philologum incomparabilem, ornauit. Hos enim nitidos verſus egregio laudati Schmidii libro: *Auserleſene Kern-Sprüche H. Göttl. Schrifft*, ipſius manu leg i praeſcriptos dignosque ſtatim iudicaui, quos hic conſeruarem:

Sic tua ſe, Schmidi, diffundere gloria geſtit,
Et peragrare alias irrequieta plagas.
Sic tua foeta ſacris reſerantur ſcrinia ſcriptis
Et quanto flagrent Numini corda docent.
Hactenus amplexa eſt genitrix Alſatia datum
Teque ſuo voluit pignore ſola frui:
Ceſſiſti patriae votis; ſed ſpiritus orbem
Per variam penna non moriente volat,

Quos

1694. d. 27 Mart. e vita migrarit. Extant eius eruditae *Diſputationes Philoſophico-Medicae*

De

Quosque olim patriis foetus concepit Athenis
Donat amicorum ſedula luce manus,
Regnaque transmittens chartas per disſita ditat
Auctorem titulis officioſa nouis.
Nec magis oppugnata domi ſe vertere in altum,
Atque foris virtus {ſemicuiſſe / enituiſſe} poteſt.
Felices animae, queis Tu Cynoſura fuiſti,
Atque ſacra auſpiciis Biblia aperta tuis.
Grandia iam victis detecta oracla tenebris,
Abſtruſum & quicquid fons habet omne patet.
Iam probitas non ficta ſuis ſtat cognita ſignis
Et terſo mendax pulvere fucus abeſt.
Tota ſalutiferum deſtillat pagina Jeſum
Affixumque cruci cantat vbique Deum.
Caſtalii valeant latices, delubraque Phoebi,
Claraque quae Latium, Memphis & Hellas habent.
Tu fontem monſtras vitae ſitientibus, ex quo
Dulcius Hyblaeo melque merumque bibant.
Tu manna ſaturas inopes, templumque recludis,
Cui focus & veri Numinis ignis ineſt.
Non tibi Relligio phalerata, & turgida faſtu
Ridet, & horrendis imperioſa modis,
Sed quaecunque humilis, quae non adiuta cothurnis,
Pacis amans, nulla reſte nec enſe minax.
Sic graditur ſplendens Eccleſia, ſponſaque ſponſo
Non alia poterit veſte placere ſuo.
Haec calamo defenſa tibi, defenſaque voce,
Ducis ad hanc pueros cum ſenibusque viros;
Nec minus in matres ſtudium; tua cura reducit
Quos in transverſum devius error agit.
Quisque ſuae ſortis fertur faber atque ſalutis,
Tu Faber alterius, ſortis & ipſe tuae.

Perge

De Efficientia & Dependentia Cauſarum ſecundarum. Gieſſ. 1655. 4. Praeſ. Georg. Balthaſ. Metzgero.

De Lacte. Praeſ. eod.

Inauguralis de Phthiſi. Gieſſ. 1658. 4. Sine Praeſide.

IOANNES FITZMANNVS.

Filius laudati IOANNIS FITZMANNI, & MARIAE HENRICHSEN, Matronae optimae, an. 1664. d. 30 Iul. Lubecae vidit lucem. Priuatos ipſius praeceptores *excepere*, teſtibus celeberrimis Nouor. Literarior. Mar. Balth. Auctoribus an. 1705. p. 31 ſq, *doctores in Schola publica egregii, DAVID VON DER BRüGGE, MARTINVS LIPENIVS, ABRAHAMVS HINCKELMANNVS, & MARCVS WIDA cum IAC. PAGENDARMIO, ſub quorum manuductione in litterarum pariter ac pietatis ſtudio laudabiles fecit progreſſus, vt an.* 1686 *Academiam Helmeſtadienſem petere potuerit.* Conſumſit in ea laudabiliter triennium, viros celeberrimos *Schelhammerum, Schraderum, Meibomium* audiendo, animumque variis ſcientiis, ſtudium in primis Medicum ornantibus, perpoliendo. Non aliter ſe geſſit Lipſiae, vbi per duos an-

O 5 nos

Perge reluctantes inflectere fulmine Verbi,
Aſperaque ad Superum quam via regna doce:
Sic tibi, ſic aliis poteris prodeſſe, bonusque
Cum gregibus pacis Paſtor inire domos.

Hoc ſcripſit in Autoris honorem.
J. Fitzmann M. D. & Ph. Lub.

Digitized by Google

nos viro clariſſimo *Io. Gottl. Hardtio*, ſcholas Hiſtorico-Politicas aperienti, nec non Medicis excellentisſimis *Io. Bohnio*, *Auguſt. Quir. Rivino* & *Andr. Petermanno* induſtrium ſe praebuit auditorem. Continuauit diligentiam Altdorfii, vbi cum magni nominis Medicos, *Brunonem* atque *Hoffmannum*, auſcultaſſet, in Italiam eſt profectus. Hoc itinere ex animi ſententia abſoluto, Belgium adiit, vbi in Academia Vltraiectina, cum *Diſſertationem Inauguralem de Epilepſia* conſcripſiſſet, & d. 5 Dec. 1692 egregie defendiſſet, Medicinae Doctoris honores impetrauit. Quibus auctus remigrauit in patriam, vbi artem Medicam exercuit, aegrotisque operam pro virili nauauit. Quare etiam, cum an. 1704. m. Dec. diem obiret ſupremum, laudati Nouorum Literariorum auctores vitae ipſius rationes breviter conſignatas l. c. pag. 31 his obſignarunt verbis: *Haec laus viro optimo detrahi nequit, quod ingenui ac felicis Medici numeros expleuerit, atque haud exiguum ſui deſiderium reliquerit.*

NICOLAVS FITZMANNVS.

Eiusdem IO. FITZMANNI, Proto-Phyſici Lubecenſis laudatisſimi, & MARGARETAE, Viri nobiliſſ. ampliſſ. atque conſultiſſ. HENRICI MICHAELIS, ICti excellentiſſimi, & Syndici Lubecenſis primi, meritis inclyti (22), filiae, Matronae ornamentis perinſignibus conſpicuae, filius, an. 1679. d. 1. April. in noſtra ciuitate

(22) Vid. Athen. Lubec. P. I. p. 250 ſqq.

Digitized by Google

tate luce eſt donatus. In Athenaeo patrio vndecim annorum ſpatio per fideliſſimos praeceptores ita fuit praeparatus, vt verno anni 1698 tempore ſtudia Academica vtiliter poſſet auſpicari. Committebat autem ſe doctoribus Academiae Iuliae publicis, quorum praelectionibus cum per annum, & quod ſupereſt, vacaſſet, an. 1699 m. Iul. Ienam ſe contulit, ibidemque telam, quam bene orſus erat, pertexere trium annorum ſpatio laborauit. Ex patria an. 1703. m. Mart. in Belgium eſt profectus, varia notabilia, ad Medicinam in primis ſpectantia, luſtrauit, ſummosque Lugduni Batauorum honores Medicos nactus eſt, quum d. 7 Dec. eiusd. an. *Diſputationem Medicam Inauguralem de Morbis Hydropicis* publicae disquiſitioni ſubmiſiſſet. Conf. Nou. Lit. Mar. Balth. 1704. p. 94. In patriam reuerſus ad praxin, vt vocant, Medicam animum adiecit.

IOANNES MELCHIOR GOEBELIVS.

Pertinet hic ad eruditos Medicos, qui ortum ſuum ciuitati Guſtrouienſi adſcribunt. In ea enim an. 1656 natus eſt patre IO. MELCH. GOEBELIO, Chirurgo peritiſſimo, ſolertiſſimoque: matre ANNA RÕNCKENDORFFS, Femina honeſtiſſima. Auo gauiſus eſt IO. MELCH. GOEBELIO, Ditionis Thannenſis Paſtore atque Antiſtite praeclare merito; *e nobilitata*, referente Suantenio in Noſtri Memoria, *ab*

inuictiſ-

inuictiſſimo Imperatore RVDOLPHO II proſapia (23) *glorioſe oriundo*; Auia MAGDALENA MAROLDEN, Matrona optima. Cum in Schola patria auſpiciis clariſſimorum virorum *Gothofredi Voigtii*, *Cornelii Pittelii* ac *Ioachimi Geiſtii* fundamenta literarum prima rite poſuiſſet, *anno* 1674 *Lubecam*, eodem Suantenio teſte, *petiit, vt virorum praecellentium & clariſſimorum ABRAHAMI HINCKELMANNI, Rectoris, reliquorumque docentium inſtitutione perfrueretur. Aluerat fouerat que abhinc eam ſcientiae doctae ampliorem ſegetem, cuius adultis progreſſionibus facile ipſi eſſet, ad Academicam Ienae conſuetudinem non ita multo poſt procedere.* Docuit eum ſcientiam naturalem *Posnerus*, Hiſtoriam *Sagittarius*, Matheſin *Weigelius*, qui illum in Philotheca *auditorem ſuum priuatiſſimum per vniuerſam Matheſin* appellauit, & Medicinam *Wedelius*. Progreſſus eſt an. 1678 Erfurtum: inde poſt duodecim menſes Lipſiam, vbi inſtitutione optima *Ettmülleri*, *Ammanni*, *Rivini* & *Bohnii* frui ipſi licuit. Luſtratis deinceps praecipuis Germaniae vrbibus, Gieſſa in primis & Francofurto ad Moenum, an. 1681 Academiam inuiſit Kilonienſem, conuictu *Kortholti*, doctrina

(23) Auctor anonymus Vitae Goebelii noſtri an. 1706. d. 25 Nov. Germanica lingua ſcriptae: Sein Elter-Vater iſt geweſen Herr *Melchior Göbel*, der in Kayſers RVDOLPHI II Dienſten geſtanden, und nebſt ſeinem Bruder *Lorentz*, vor ſich und ſeine Deſcendenten, von itztgedachter Kayſerl. Majeſt. mit einem anſehnlichen Wapen iſt begnadiget worden; davon das Kayſerliche Diploma, ſub dato Prage, den 4. Iun. An. 1603, annoch vorhanden iſt.

na autem *Maioris* vehementer delectatus. Exteras deinde regiones contemplaturus, & cum viris doctis, praeſertim Medicis, eruditionis augendae ergo collocuturus, iter ſuſcepit in Belgium, cuius Aeſculapii Lugdunenſes dederunt ei honorificum laboris ac diligentiae praemium, dum poſt elaboratam & d. 4 Febr. 1684 ſolemniter habitam *Inauguralem de Lacte Diſſertatiotionem* eum Medicinae Doctorem renunciarunt. Perrexit in Angliam, & inde in Galliam: vbique ex commercio cum ſummis Medicis fructum haud vulgarem conſecutus. Sedem fixit tandem Lubecae, quae eum, Medicum tam peritum, quam fidelem, tam prudentem quam probum, non ſine dolore an. 1706. d. 18 Nov. amiſit. Conf. Nou. Lit. Mar. Balth. 1707. pag. 29 ſq, vbi etiam vita eius deſcripta legitur.

IOANNES HENRICVS GOEBELIVS.

Patre, quem modo laudaui, IO. MELCH. GOEBELIO, & matre ELISABETHA COLMETZEN, Matrona praeſtantisſima, an. 1694 in hac Lubecenſi ciuitate eſt prognatus. Annuum ſpatium in coetu diſcentium publico transegit, & B. SVANTENII priuatisſimus fuit auditor. Anno 1712 Roſtochium adiit, vbi lectionibus *Dethardingianis* Medicis priuatisſimis, vt & *Beckerianis* Mathematicis per biennium vſus eſt. Annum poſtea Halae *Alberti* & *Hoffmanni* inſtitutione fruendo conſumſit. Idem tempo-

temporis ſpatium Lipſiae eſt emenſus, *Riuini* ac *Bohnii* factus auditor. Inde petiit Belgium, in cuius Vltraiectina Academia Doctoris Medicinae titulum adeptus eſt, cum d. 27 Aug. 1717. *Diſputationem Medicam Inauguralem de Haemorrhagia generatim, & ſpeciatim Narium* publico examini ſubieciſſet. Ex Belgio domum eſt reuerſus.

HERMANNVS GRVBE.

Eſt in manibus meis eius Ἰδιοβιογραφία, Societati Naturae Curioſorum, in quam an. 1685 eſt cooptatus, tradita, quae cum typis, quantum mihi licuit inueſtigare, adhuc non ſit exſcripta, commoda hac occaſione publicae luci meretur exponi. His autem concepta eſt verbis:

——— Non hic vos carmine ficto

Atque per ambages & longa exorſa tenebo.

Liceat Vos, Viri Illuſtres ac Excellentisſimi, Patroni ac Fautores, liceat iisdem Vos alloqui verſibus, quibus Maecenatem ſuum poëta, cum eo minus deceat praefari, quo & auctoritas Veſtra eſt illuſtrior, & breuitas in adumbrando vitae meae curriculo commendabilior. Satius enim eſt, ipſum ſtatim circum ingredi, quam diu ſubſiſtere ante carceres, & delaſſare Veſtros legentium animos inani cum rerum, tum verborum anfractu. Patrem habui *Ioachimum Grube*, ciuem ac ſutorem, virum quidem tenuem, ſed honeſtum & integrum, &, quod verae apex ſapientiae eſt, plane pium. Haec ſors naſcendi & ipſa

contigit,

contigit, teſte magno Buchnero, inclyto noſtro *Sennerto*, ingenio quidem, doctrina, peritia & celebritate nominis me longe ſuperiori, in vno tamen atque altero vitae actu ſi parem mihi dixero, benigne, ſpero, nec arrogantiam interpretabimini. Optimo parenti nec prior, nec potior cura fuit, quam vt ſtatim a teneris in Schola patria (cui tum praeerant cum laude *Tribbechovius*, *Lippius*, *Kockertus*, M. *Bangertus* & M. *Meierus*, viri perquam egregii & periti artifices fingendae iuventutis) & pietas indueretur tenero illi animo, & quicquid bonarum artium cadere in hanc poſſet aetatem. At ſtadio nondum abſoluto, quod vocant, triviali, ſpes coepit nutare ſtudiorum, obitu parentis, quem quinquagenarium fati mihi eripuit iniquitas, vix limen ingreſſo adoleſcentiae. At mater optima (quae *Anna Hudemanna*, *Hermanni Hudemanni*, ciuis & mercatoris Neoſtadio-Holſati, filia, femina caſta, pudica, &, quod caput omnium eſt, vere pia) quamuis conatibus meis ſumptus obſtare tenuiores viderentur, freta Numinis auxilio diuini, & ſollicita fuit vnice, vt coeptam ſtudiorum telam & domi & foris pertexerem. Neque voto defuit, Deo ſic fauente, euentus. Vtrumque, mortem puta parentis praematuram, & ſummam matris ſollicitudinem de Sennerto noſtro ante laudatus orator tam exacte, vt vix ouum ouo videatur ſimilius. Et ſicut Sennertus non expers vixit obtrectationis (vnde in Panegyri eius ſatis notanter Buchnerus: Subit autem mirari, cur, qui in tanta admiratione extra Germaniam poſitus,

in

in ſola patria inuenerit, cui videretur nauci, & qui vocare in dubium vellet vnus ſuffragiis gentium probatam virtutem), ſic nec mihi malevoli defuerunt & obtrectatores a teneris, quod aiunt, vnguiculis, nec deſunt etiamnum. Quorum ictus & ſpicula virulenta vti hactenus clementiſſime retudit Numen propitium, ſic quoque, ſpero, in poſterum, quae paterna eius eſt bonitas, ita retundet, vt in caput maleuolorum recidant, quos praeter omne meritum minantur, ſcopuli. Patria mihi, vti Sennerto clariſſima Vratislauia, ſic mihi libera & Imperialis Lubeca eſt, quae me natum recens anno reparatae gratiae milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo & trigeſimo, menſe Octobri, ſuo excepit gremio, nutriuit, fouit & erudiuit tam benigne, vt annum vix decimum & quintum agentem praenobilis quondam ac magnificus vir Dn. *Godeſchalcus a Wiskeden*, Patritius ac Conſul Lubecenſis ampliſſimus, me dignum cenſuerit, quem duobus filiis ſuis natu minimis (quamuis multi darentur rivales Academici, & qua Graece, qua Latine docti) praeficeret, qua litteris, qua moribus formandis. Qua quidem ipſum triennium ita functus ſum prouincia, vt cum altero horum, natu ſcilicet maiore, me miſerit ad Gymnaſium Bremenſe, tam publice docentium fama ac celebritate, quam diſcentium frequentia tum ſatis illuſtre. Vbi nulli pepercimus operae, & quotidie tum publice, tum priuatim audiuimus *Meierum*, *Hipſtedium*, *Köhnium*, *Köperum*, *Wagenfeldium*, alios, viros plane excellentes. Ipſe etiam, vt ſtudiorum ratio

ratio conſtaret patronis meis, proprio Marte conſcriptam *de Virtutibus Diſſertatiunculam*, praeſide D. D. Köhnio, Ethices Profeſſore ordinario, publice defendi. An vero factum ſit ſatis Praeſidis exſpectationi, ac frequentis illius auditorii, ipſa hic vetat modeſtia commemorare. Sed vix anno ibi transacto hanc diſcendi felicitatem nobis inuidit, quae graſſari coeperat, peſtis, & gliſcere tam late, vt integras ſuis incolis aedes viduarit. Reuocati itaq; vterq; domum, ipſe & meus a Wickeden, ad alia mittebamur loca, hic ad Academiam Iuliam, ego vero cum altero minore natu Hannoveram. Vbi Rectoris, *Iuſti Mölleri*, viri quondam egregii & eleganter docti, domo, conuictu & tam intima vſus ſum familiaritate, vt me aegre & non ſine lacrymis dimiſerit abeuntem. At vix anni dimidio praeterlapſo, alter fratrum iam tum agens Helmſtadii, priſtinae memor docendi (quod praefiſcine dixerim) dexteritatis, & litteris & precibus fatigavit Nobiliſſimum Parentem, vt me quoq; mitteret Helmſtadium, ipſeq; adeo compos voti ſui, mea informatione, cuius fructum & domi didicerat & Bremae, frueretur. Voti ſummam obtinuimus, vterq; hic priſtinum ſuum nactus, magiſtrumne an contubernalem? ego vero campum, in quo ingenium exercerem, latius patentem. Ibi ipſum biennium, qua publice, qua priuatim, audiui *Conringium*, *Tappium*, *Voglerum*, *Kinderlingium*, *Schraderum*, *Frölingium*, *Rachelium*, at quos viros! in toto orbe & vndiquaq; celeberrimos. Quasq; domi & Bremae

coeperam amare diſciplinas, & in primis Phyſicam, viam nobis faciliorem ad adyta Medicinae aperientem (ipſa tamen non neglecta, cui ſuaſu Fautorum iam nomen dederam, Medicina) tanta excolui induſtria, vt vel adoleſcens, quo altius haererent, quae tradita acceperam a magiſtris, paucis amicis ac commilitonibus ſcholas priuatas vel Logicas haberem, vel Phyſicas, aut alterius quoq; commatis; ipſam quoq; *Diſſertationem de quatuor primis Elementorum Qualitatibus*, ad mentem ſiue Ariſtotelis, ſiue in Peripato agentium, concinnatam, praeſide Dn. Mag. Rudolphi, publice defenderem. An vero praeſidi & audientibus ad palatum, non integrum eſt affirmare intra modeſtiae limites me continenti. At vero cum nihil aeque in votis haberem, quam vt ſacris iam Medicinae operato occaſio daretur in poſterum, cum Medico ac Practico quodam inſigni quotidie & familiarius viuendi, accidit (indultu, credo, Numinis ſingulari), vt hoc ipſo, quo vota huiusmodi & cogitationes in animo verſabam, tempore litteris docerer Amicorum, in primis *Iuſti Tribbechouii*, Scholae patriae Lubecenſis Collegae olim meritiſſimi (cui multa debeo beneficia), ad D. D. *Clauſenii*, Medici Kilonienſis, & iam tum Holſatorum AEſculapii, familiaritatem & Bibliothecam Medicam inſtructiſſimam aditum patere liberiorem, modo operam eſſem addicturus filiis eius formandis. Quibus literis cum nihil mihi gratius accideret, in patriam (vbi tum D. D. Clauſenius degebat cum ſuis, ob belli,

quod

quod vicinos egregie exercuerat, metum) reverſus, vtraq; manu acceptam, qua potui fide & dexteritate, per biennium Kilonii (quo ſe receperat, metu iam ac motu omni bellico ibi ſilente) hanc geſſi prouinciam, ſupellectile quoque Medica variis experimentis non parum locupletata. Sed reuocatus Lubecam, vt priſtinam Muſarum ſedem Iuliam repeterem, crebris cum amicorum, tum cognatorum meorum perſuaſionibus, vltro oblatam cepi prouinciam docendi primariae cuiusdam viduae, Bilderbecken, filium octodecim annos natum circiter (nunc I. V. Licentiatum *(24)*). Quibus partibus vltra biennium, qua par erat, fide adminiſtratis, cum dicto Bilderbeckio profectus ſum Ienam, iam tum *Rolfinckio*, *Moebio*, *Schenckio*, *Friderico*, *Posnero*, & aliis, cum Philoſophiae, tum artis quoque Medicae conſultisſimis viris ſumme florentem. At cum ſumtus non ſuppeterent ſtudiis, in primis Medicis, ex voto pertexendis, nec docendi daretur poteſtas, niſi laurea indutus Philoſophica, coepi & ipſam ſtatim ambire. Tantum vero aberat, vt repulſam ferrem, vt potius inter viginti & ſeptem Candidatos ſine vlla ſortitione, cui reliqui, vt moris eſt, erant expoſiti, primum locum impetrarem. Gradu illo, quem Magiſterii vocant, donatus poſt omnem poſui induſtriam in Scholis Oratoriis ac Logicis, Ethicis item, Phyſicis, Metaphyſicis & Medicis (vt ſic docendo in hac

P 2 palae-

(24) Eſt is Andreas Bilderbeck, de quo, ſi placet, vide, quae dicta ſunt ſupra pag. 3.

palaeſtra & ipſe fierem exercitatior) habendis, & publice etiam ſaepius praeſidendo, vt vocant. Vnde aliae atque aliae mihi natae ſunt *Diſputationes*. Alia *de Vita & Sanitate Plantarum* (25), quam induſtrius iam tum Medicinae cultor, Schrôderus, Gorlicio-Sileſius; *de Odoratu* (26) alia, quam Franciſcus Woergerus, Lubec., nunc Paſtor in patria vigilantisſimus; alia *de vulgo dictis Qualitatibus Occultis* (27), quam egregius quidam iuvenis, Hermanni, Namſla-Sileſius, publice nec ſine applauſu defenderunt. Aliae de aliis, quae etiamnum proſtant fortean, me auctore & praeſide habitae in illuſtri illa ad Salam Academia. Prolixe mihi fauebant publice docentes, in primis D. D. Rolfincius, illuſtre quondam eiusdem Academiae ſidus. Triennio ibi, qua docendo, qua diſcendo, exacto, fama incenſus incomparabilis *Sylvii*, Lugdunum Batavorum me contuli, itineris ſocietate inita cum Dn. Willichio & Dn. Schulzio, Hamburgenſibus (qui Ienae operam dederunt Scholis meis, cum Phyſicis, tum Medicis), nunc vtrisque Doctoribus, hoc quidem Practico Hamburgenſi, illo vero Archiatro Electoris Brandenburgici celeberrimo. Sylvium quotidie & ſaepius audivi, docte, perſpicue iam tum publice & mira quadam Suada de morbis Mulierum docentem, & in noſocomio, variis ibi caſibus, interdum & rarioribus, oblatis, ad Medicinam faciendam egre-

(25) Ien. 1664. 4.
(26) Ibid. & an. eod. 4.
(27) Ib. an. eod. 4.

egregie nos pro conſueta ſua humanitate ſingentem. Audiui & reliquos, *Hornium* & *Schuylium*, viros & ipſos in arte Medica inſignes, hunc quidem hiſtoriam iuxta ac philoſophiam plantarum, id eſt, ingenium & vires planius & plenius; illum vero Anatomen & Chirurgiam ſolidius exponentem. Quibus, vti & reliquis publice vel Theologiam aut iura, vel humanitatis ſtudia & ſapientiae docentibus innotui familiarius. Et fauorem vsque expertus & tam vbertim ſum, vt neque lingua mea par ſit, neque hic quoque calamus tot illorum meritis in me digne praedicandis. Quippe Sylvio meo in primis parario, & vltro & gratis, neque petenti, neque cogitanti vnquam, ſummum mihi in Medicina honorem obtulerunt. Quem conſecutus quoque legitime ſum anno recuperatae ſalutis milleſimo ſexcenteſimo ſexto & ſexageſimo, menſe Octobri, edita prius *Diſputatione*, quam vocant, *Inaugurali de Gonorrhoea*, quam publice, ſine praeſide, vti moris eſt Lugduni Batauorum, defendi. Rectene, an cum ipſo audientium plauſu, dicere de me ipſo, ipſa nunc vetat modeſtia. Doctoris titulo ornatum me in Holſatiam retraxerunt litterae D. D. Clauſenii, ſpemque haud exiguam fecerunt Phyſicatus Flensburgenſis. Sed ſpes me fefellit reducem, re non integra amplius. Vnde Kilonii ſubſtiti aliquot menſes, ſuaſu D. D. Clauſenii ipſos ibi lares fixurus, adeoque vacaturus cum Scholis Philoſophicis habendis, tum ipſi quoque Medicinae & docendae & faciendae. Vt vero aditus pateret ad docendum in his etiam

locis, ex more ibi recepto diſputationem quandam conſtitueram publico eruditorum examini praeſes exponere. Hinc *Diſſertationem* quandam *de Venenis non-Venenis* conſcripſeram, quam me quoque praeſide defenſurus publice erat egregius quidam iuuenis, Brammerus, Kilonienſis. At noſtrum vtriusque propoſitum morabatur ſparta mihi capienda propediem. Quippe eodem tempore, quo animum occupaueram in modo dicta de Venenis Commentatiuncula, a perilluſtri quondam Dn. Caio ab Aleſeldt, Equite & Praefecto Regio Hadersſlebienſi, ad Medici munus ordinarii Haderslebienſis, obitu vacuum Chriſtiani Vorſtii, Practici quondam feliciſſimi, vocatus, iter illud iubebar accelerare. Hac functus ſparta ſum, Deo propitio, octodecim annos, & fungor etiamnum. Sed manu mea Medica (cum hic locus exilior ſit) & alii vſi ſunt, & vtuntur in vicinia. Sic ad Tunderenſes, Flensburgenſes, Slesuicenſis, Huſenſes, Coldingenſes, Ripenſes & ceteros ſoleo vocari. Hafniam quoque ſemel atque iterum in partem vocatus curationis a Medicis ibi ſuſceptae, adiunctusque ſum Borrichio, Simoni Pauli, Brechfeldio, Munichio, Medicis Regiis celeberrimis, cum quibus amiciſſime mea inii conſilia, quibus etiam, Deo benignius indulgente, euentus reſpondit auſpicatiſſimus. Vni item atque alteri Principum manum adhibui Medicam, & Comitibus nonnullis, quibus a conſiliis Medicis ſum etiamnum. Quod reliquum fuit temporis cum a Medicina facienda, tum ſuauiſſimo literarum

terarum cum Amicis & Fautoribus commercio, id omne impendi libellis, aut commentariolis elaborandis, vt ſtudioſam iuuentutem & artis Medicae tyrones (his enim ſcripta, non prouectioribus, ſunt, quae edidi hactenus, quaeque haud pluris cupio aeſtimari, quam vendo), quos viua voce non poteram, & coram, ſcriptis meis qualibuscunque iuuarem. Hinc nata mihi *Analyſis Mali Citrei* (28) eſt, & *Commenta-*

(28) *Analyſis Mali Citrei compendioſa, ad Botanices, Philoſophicae iuxta ac Medicae, cynoſuram redacta.* Hafn. 1668. 8. In docta Praefatione differentia inter Botanicen Philoſophicam & Medicam declaratur. Thomas Bartholinus, Medicus Hafnienſis celeberrimus, honorificam libello huic praeſcripſit cenſuram, his verbis: „Spicilegium hoc *de Malo Citreo doctisſimi D. Grube* „cum voluptate legi. Quamquam enim poſt amplam „*Io. Bauhini* & *Io. Bapt. Ferrarii* meſſem vix quicquam in „Hiſtoria huius Mali deſideremus, magnam tamen lau„dem Compendioſa haec Analyſis meretur, quod pro„pius ad vſus Medicos digreſſus Auctor noſter, virtutes „Mali Citrei Medicas neruoſe pariter & erudite explica„uerit. Publicis noſtris typis dignum opuſculum cen„ſeo, & eruditi Auctoris ſurgentem famam bonis omi„nibus proſequor. Hageſtedii. XV Nov. 1667. Haec Bartholinus. Non minius honorifice ſcripſit Pellicerus, cuius nitidum Carmen non poſſum non ſubiicere:

In honorem
Excellentisſimi Viri
Dn. HERMANNI GRVBE,
Phil. ac Med. D. Med. Haderſl. Ord.
Tractatum
de
MALO CITREO
edentis.

Plurima

mentarius de Simplic. Medic. facult. cognoſc. (29).

Plurima ſunt in Te, noſtras mulcentia chordas,
Doctorum clariſſime GRVBI,
Grandiſoni ſeu Te trahat ignea Muſa Maronis,
Seu Lyrici Venuſina venuſtas.
Et Patera & Tenedos tibi ſe, Delosque Clarosque,
Parnaſſusque inclinat & Hemus.
Siue iuuet riguos plenis Ciceronibus amnes,
Seu fluuios deuoluere Gracchi,
Illimi de fonte fluit geniale ſerenum,
Et fandi ſuauiſſimus imber.
Seu caligantes Medicus ſub tartara manes,
Seu doceas, quae bellua, morbus,
Alter Amatus eris, Pollux, Fernelius, Occo,
Sennertus, Valleſius alter.
Seu tua Pergameis conſignes otia chartis,
Ingenium doctique labores
Hic miſcent aequale decus. Miramur acumen
Et dulcis miracula linguae.
Ille labor Vatum, quem nullus meſſuit Auſter,
Heſperidum florentior hortus,
Illaque maliferae felicia iugera Abellae,
Iam noſtris ſociantur agellis.
Annoſas olim deduxerat Orpheus alnos;
Ipſe Citros trahis, Orpheus alter.
Elicuit ſyluas Geticis e rupibus Orpheus,
Syluestrem tua plectra Charontem.
Quicquid vel manibus gaudes contingere, vernat,
Prae cedris citrus aurea fragrat.
Ergo tibi noſtris arbor ſtatuetur in hortis
Et redolens & florida ſemper
Procumbunt quercus Alpinae, atque innuba Laurus,
Et ſpernens mortalia Cedrus
Myrtea ſylva ſuum, tum populus Herculis alba
Frondifluum ſubmittit honorem.

Si

(29), *de Arcanis* item *Medicorum non arcanis* (30), quibus, ceu hedera, illuſtris Thomae Bartho-

 lini

Si tamen & noſtram ſalicem dignaris, & effers
Cimbriaci paſtoris auenam.
Iulia teſtis erit, magnaeque vmbracula Leydae,
Piniferaeque Amarillidos vmbrae
Quae quamuis veteres transCalpen miſerit ignes,
Et trans ſeras baſia Gades;
Leyda tamen noſtros nondum difflauit amores,
Illa eadem ſcintillat & ardet.
Sat fuerit doctos ſi Leyda reſuſcitet aeſtus,
Sat fuerit, ſi Iulia flammas.
Iulia ſi flagret: non meſſor Iulius illos
Nec Phyllis ſuperabit amores.

Conteſtandae perennis obſerβantiae ac amoris C.
L. M.
transm.

Hans Georg Pellicerus, I.V.L.
Rev. Capituli Lubec. Secretar.

(29) *Commentarius de Modo ſimplicium Medicamentorum facultates cognoſcendi, ad praxin Medicam directus, & nonnullis obſeruationibus ingratiam tyronum illuſtratus. Cui praefixa Thomae Bartholini Epiſtola de Simplicibus Medicamentis inquilinis cognoſcendis.* Hafn. & Francof. 1669. 8.

(30) Integra libri inſcriptio haec eſt: *De Arcanis Medicorum non-arcanis Commentatio, ex inuentis recentiorum Harβeianis, Bartholinianis, Sylβianis, Williſianis & ceteris in gratiam tyronum breuiter concinnata, obſerβationibus nonnullis illuſtrata, & tota ad praxin Medicam directa. Cui praefixa Thomae Bartholini de Transplantatione Morborum Epiſtola.* Hafn. 1673. 8. Laudauit hunc librum in praemiſſa Diſſertatione Epiſtolica, Noſtro inſcripta, Bartholinus. Commendarunt etiam elegantibus

lini aureae praefixae ſunt Epiſtolae. Neque vero poſtea, ſi quid otii fuit a negotiis, vnum item

tibus Carminibus, Germanico Pellicerus, Latino David von der Brügge, Poëta ſaepe a nobis praedicatus, Brüggianum Carmen ſubiiciam:

Ilicet effertur fallax Medicina, Quirites
Paeonii, huc celerate gradus; accurre Galeni
Progenies germana: vide foetore cadauer
Inuiſum, exequias Blaterantum turba celebrat,
Veſtibus incedens pullis; diſpendia plorant
Hiſtrio cum Vetula, Raſor, Iudaeus, Agyrta,
Et Medicaſtrorum grex omnis proluit ora
Pallida lacrimulis. Moerens Proſerpina praedas
Averti optatas queritur ſibi. Pluto Silentum
Rex minui ciues Stygios, cymbamque Charontis,
Et veſpillones fieri otia triſtia clamant.
Te, GRVBE, incuſant, Medicorum nobile ſidus,
Exitium & commune vocant, quod ſubtrahis orco
Pallentes animas, & non-arcana revolvis.
Sed te concelebrat merito gens cunctaMedentum,
Phoebeique patres inſcribunt nomina cedris
Victuris, & Fama vehit ſuper ardua coeli
Culmina, qua Titan oritur, qua tingitur vndis.
Eminet hos inter BARTHLINVS, gemma Sophorum,
Et ſaecli praeluſtre iubar, quo noſtra ſuperbit
Aetas, & neſcit Medicis concedere priſcis.
Ludor? an hac coeli reſonans vox fertur ad auras,
Quam nemora, & valles, quercetaque pulſa recantant:
Impoſtura iacet tenebris, luctuque ſepulta,
Expirantque doli, Fraus & Panacea laborant.
I nunc, & tecum muſſa, mala pharmaca miſce,
Transplanta febres: hic non-arcana pateſcunt.
Paſtor oves paſcat, Monachusque exerceat artem
Quam didicit; libet lanas edentula mater.
Sis, licet, expertus, Paracelſi gnarus & artis,

Sis

item atque alterum foetumne an abortum deſtiti parturire. Vnde ante paucos annos duae prodierunt Exercitatiunculae, altera *de Transplantatione Morborum* (31); *de Vi* vero *Muſices in Ictu Tarantulae* (32) altera. Et latent, quae breui, ſi Deus dederit, lucem ſunt publicam viſura (33). Coniugii ſi hic quoque mentio eſt facienda, ante octo

Sis fortunatus, ſecretorumque repertor,
Hic dolus & ſecreta patent, meliora leguntur
Hoc ſecreta libro, cui cedat Pergamus olim,
Et quae Cos ſcripſit. Pubes ſacrata ſaluti
Nocturna hunc verſare manu, verſare diurna
Ne te poeniteat. Criſpa ſic aethera votis:
Hoc, Superi ſeruate caput! quo ſoſpite ſoſpes
Alma ſalus ridet, plorat ſycophanta, tremitque,
Et fraus cum gemitu fugit indignata ſub vmbras.

(31) *De Transplantatione Morborum Analyſis noua.* Hamb. 1674. 8. pl. 7. In Praefatione agit de Fabulis Medicis, iisdemque Salamandrum ignis flamma non corrumpendum, vim ſuccini feſtucas attrahentem &c. accenſet.

(32) *De Ictu Tarantulae & Vi Muſices in eius Curatione Coniecturae Phyſico-Medicae.* Francof. 1679. 8. pl. 6.

(33) In Nov. Liter. Mar. Balth. 1698. pag. 37 haec Grubii affecta & inedita ſcripta commemorantur:

Continuatio Commentationis de Arcanis Medicorum non-arcanis. Huius ſectio prima tantum prodiit.
Obſeruationes Medicae.
Tractatus de Vſu & abuſu purgantium, qui an. 1681 iam ad prelum paratus fuit.
Phlebotomia a contemtu recentiorum vindicata.
Examen Pulueris Sympathetici.
Commentarius Phyſico-Medicus de Succino. Conf. Praef. Tr. de Transplant. Morbor. p. 4. vbi *Succinologiam* promittit.
Tractatus de Vmbra quarundam Arborum noxia.

Digitized by Google

octo annos demum vitae mihi ſociam elegi honeſtam & vere piam virginem *B. C Baldoviam*, viri quondam maxime rev. & excellentisſimi M. *Ioannis Baldovii*, olim Hebraeae linguae primo in Lipſienſi, poſt in Iulia Academia Profeſſoris; deinde Paſtoris & Superintendentis, vti vocant, Nieburgenſis grauisſimi, filiam relictam, ſed in his locis educatam ab auunculo, Dn. *Ioanne Plagio*, Penſionario quondam Regio, nunc defuncto. Quae tertio demum a nuptiis anno grauida facta gemellos peperit, filiolum puta & filiolam. At vtrique quidem ſacro fonte (Deo ſint laudes) initiati, eodem die lucis vſuram, quo accipere ipſis contigit, reddiderunt. Sed & poſtea diuino indultu domus mea aucta duobus filiolis eſt, etiamnum ſuperſtitibus. Quos Opt. Max. Deus ſeruet, & foueat porro, omnibusque cum corporis, tum animi dotibus inſtruat benigne, vt olim vel Eccleſiae posſint, vel Reipublicae prodeſſe. Interea vero dum Medicinam facere hic licuit fauenti Numine, aliae atque aliae ex variis locis mihi oblatae ſunt conditiones vel docendi Medicinam, aut faciendi. Sed vna item atque altera ſemper intervenit difficultas, quae loci huius mutationem aut disſuadere viſa eſt, aut morari. Pro re igitur nata haeſi in his locis, & haereo etiamnum, quoad viſum Deo fuerit, qui coeptis meis, quae immenſa eius eſt bonitas, faueat! Valete Viri Illuſtres ac Excellentisſimi, &, quae inſignis Veſtra humanitas ac benevolentia eſt, ignoſcite hanc vitae meae ſcenam tam tenui ſtylo ac filo delineanti. Valete

iterum

iterum atque iterum, & viuite felices, & omni bonorum genere vndiquaque florentes, ingenti & Illuſtris Collegii Veſtri, & orbis totius Medici & eruditi commodo!

Dedi Haderslebiae d. 19 Iunii. Anno a nato Seruatore 1685.

Celeberrimi V. Nominis
Illuſtres ac Excellentisſimi
Viri,
Domini ac Patroni magni
obſeruantisſimus C.
Hermann Grube
Phil. & Med. D Phyſic. Reg. Hadersleb. & Illuſtris Colleg Naturae Curioſorum *Palamedes.*

Haec de vita ſua ipſe Grubius eſt commentatus an. 1685, quo Academiae Naturae Curioſorum ſocius euaſit. Diem obiit ſupremum Haderslebiae an. 1698 ſub initium menſis Februarii. Vid. Nov. Lit. Mar. Balth. l. c., vbi rectisſime dicitur *non artis tantum Medicae, ſed elegantiorum quoque literarum peritisſimus.* Quaedam eius ſcripta commemorantur etiam in Georg. Abrah. Mercklini Linden. Renouat. pag. 409.

NICOLAVS HANNEKENIVS.

Medicus hic cum paucis comparandus ciuitatem Marpurgenſem patriam accepit. Natus in ea eſt an. 1639. d. 5 Septembr. patre viro ſumme reuerendo atque excellentisſimo Dn. MENONE HANNEKENIO, SS. Theologiae Doctore celeberrimo, Theologo primum Marpurgenſi, deinceps Praeſule Lubecenſi longe meritisſimo; matre

matre Matrona laudatiſſima, IVSTINA ELEONORA, viri maxime reuerendi atque excellentiſſimi DN. BALTHASARIS MENTZERI, famae immortalis Theologi, filia natu minori. *Primo vernantis adoleſcentiae*, referente Suantenio in Noſtri Memoria an. 1708. d. 8. Mart. euulgata, *conſpicuus flore, animum humaniori expoliebat literatura, cumque an.* 1646 *venerandos Parentes Lubecam comitari neceſſum haberet, ſolidiori ibidem commendabatur inſtitutioni virorum praecellentium, ac de Gymnaſio & Ephebeo Lubecenſi clariſſime tunc merentium, vt eximiis doctrinae ac morum progreſſibus ipſi perornato integrum eſſet, menſe Februario an.* 1658 *ad inclytam Gieſſenſem Academiam accedere, & ſolida Philoſophiae ac Medicinae peritia ſedulum animum excolere.* Exacto Gieſſae triennio, an. 1661. m. Iul. Lubecam eſt reuerſus. Ineunte anno 1662 Lugdunum Batauorum ſe contulit, vbi grauiſſimo morbo fuit afflictus. Quo liberatus, per Coloniam, Francofurtum & Heidelbergam profectus eſt Tubingam, vt celeberrimi Medici, *Georg. Balthaſ. Metzgeri*, Gieſſa Tubingam vocati, laudatiſſima inſtitutione frueretur. Tanto autem cum fructu hunc audiuit, vt an. 1663, habita maximo cum applauſu *de Pleuritide Inaugurali Diſputatione*, ſummis Doctoris Medicinae honoribus dignus iudicatus ſit, eosdemque etiam impetrauerit. His ornatus Italicum auſpicatus eſt iter, quod ipſi Venetias, Patauium, Romam, Neapolin, Florentiam, Bononiam, & plures vrbes commemorabiles, contemplandas exhibuit. Pro ea autem, qua pollebat, peritia ac pruden-

prudentia nihil intermiſit earum rerum, quae vel ad corporum ſectionem, vel ſtirpium herbarumque cognitionem, vel alias res medicas poſſunt vllo modo pertinere. Eadem ratione praeclarisſimae eruditionis ſuae, in primis Medicae, quaeſiuit per colloquia, habita cum excellentisſimis Medicis, incrementa, cum ex Italia per Stiriam tenderet Viennam, indeque per celeberrimas vrbes, in quibus ſunt Praga, Dresda, Wittenberga, Magdeburgum, Hamburgum, ſoſpes Lubecam reuerteretur. Hic vero tanta peritia, tanta prudentia, tanta felicitate ſalutarem medendi artem exercuit, vt non ſolum Magnificus Senatus Lubecenſis eum an. 1677 Poliatri ſpartam ornare iuſſerit, verum etiam fama eius longe lateque vagata effecerit, vt ſummi eum Principes valde deſiderarint. Iuuat hac de re diſſerentem audire laudatum Suantenium. *Communicauerat*, inquit, *vrbi & orbi excellentisſimus ſenex plurimos atque opulentisſimos ſtudiorum perinſignium effectus: vnde a Magnifico & Ampliſſimo huius Reip. Senatu A. 1677 Poliater honorifice nuncupatus eſt conſtitutusque. Et quanquam, inclareſcente indies eius fama & nomine apud exteros, tanta medicae cognitionis Hannekenianae concelebratio increbeſceret, vt Regia, Electoralia & Principalia deſideria clementer expeterent peculiarem viri experientisſimi operam, & continuam eius euocati praeſentiam; praecipue cum an. 1697 potentiſſimus ac ſereniſſimus Elector Hannoveranus ſermonibus conſiliisq; Hannekenianis perbenignam attentionis & gratiae vſuram concederet, moueri tamen adduciq; nullatenus potuit, vt inclytae*

imperia

imperiali ac liberae vrbi Lubecae vale diceret. — — *Quantum excellentis operae, multiplicis ſtudii, laboris inuicti ſuſtinuerit in porrigendis valetudini plurimorum labefactatae ſubſidiis, per ingens annorum trium & quadraginta ſpatium, in percipiendis explendisq; aegrotantium deſideriis, quanta quamq; intenta & ſolida multiplicis rei medicae exercitatione, illud omni ſeu marmore, ſeu aere Corinthiaco perennius conciliauerit ſibi monumentum debitae concelebrationis, principalibus experientiſſimum atq; celeberrimum Hannekenium primariisq; & oculis & auribus ſereniſſimorum atq; illuſtriſſimorum Electorum, Principum, Ducum, Comitum, Nobilium, perquam familiarem & aſſuetum vocis ac manus requiſitae, opisq; medendi, tam ſonum, quam praeſcriptam recipiendorum ſeriem medicamentorum multoties adbibuiſſe, ac ſolertiſſime accommodauiſſe.* Vnde etiam ſummi Medici amicitia ſua dignisſimum eum iudicarunt. Eſt in his illuſtris Medicus, *Georgius Francus de Frankenau*, quod docent ſequentia verba, in Frankenauiano Elogio Appendic. Ephemerid. Natur. Curioſ. Cent. I & II. p. 343 extantia: *Cum Lubecam tranſiret, elegant[illegible]mam ex earum cenſu, quas Hanſeaticas vocant, [illegible]itatem, & opibus ex commerciorum vſu affluentiſſima[illegible], laute admodum atq; opipare per aliquot dies cum familia exceptus eſt ab Ampliſſimo vrbis Senatu, cui merita viri ac famam ingeſſerat NICOLAVS HANNEKENIVS, clariſſimi nominis Medicus, inter amicos virtutis Francicae facile primarius.* Magni quoque eum fecit ſummus Medicus, *Georg. Wolfg. Wedelius*, quod, praeter alia, oſtendit hoc Epiſtolae ad illum an. 1702. d. 14 Iul. ſcriptae initium: *Cum tam clara*

eſſet

eſſet Tua in arte medica ὑπεροχὴ, vt merita illa ac decora ſummis, medioxumis & imis probarentur decantatiſſima, non potuit tam luculenta fama etiam apud me non illuſtris eſſe. Probatus mihi erat dudum familiae Tuae & artis hic ſplendor, non ſolum auiti ſanguinis tinctura, verum & propria virtute coruſcans, & in conſanguineis elucens, ſibi vbiuis ſimilis ac refulgens. &c. Magnum hoc ordinis Medici lumen an. 1708 d. 1 Mart., lugentibus multis & tantum Medicum deſiderantibus, eſt extinctum. Leg. etiam Nov. Lit. Mar. Balth. 1708. pag. 92 ſqq.

MENO PAVLVS HANNEKENIVS.

Filius laudati NICOLAI HANNEKENII, in hac imperiali ciuitate Lubecenſi an. 1677. d. 17 Decemb. lucis vſura frui coepit. Optimi parentis voluntate publicam adiit bonarum litterarum officinam, inque ea per doctores praeſtantiſſimos, *Chriſtoph. Chryſium*, *Marc. Widam*, *Iac. Pagendarmium*, Cantorem, *Sixt. Chriſtian. Lipenium*, Subrectorem, *Ioan. Henr. Heſſium* ac *Mart. Chriſt. Goldelium*, Conrectores, & *Enoch. Suantenium*, Rectorem, fundamenta liberalium artium rite iecit, & ad ſtudia Academica ſalutari modo tractanda feliciter eſt praeparatus. Fructum huius inſtitutionis vidit, cum an. 1697 verno tempore dignus iudicaretur, qui Academiam peteret. Eligebatur Wittenberga, vbi celeberrimos viros, *Knorrium* Matheſin docentem, *Vate-*

rum ad ſcientiam naturalem & Chymiam viam monſtrantem, *Sperlingium* corporum ſectiones & herbarum notitiam oſtendentem, praeceptores nactus eſt. In primis vero adhaeſit magni nominis Medico, *Bergero*, & Praxin tradenti, & Chymica Experimenta facienti, & Curſum, vt vocant, Medicum intra triennium abſoluenti. Circa feſtum Michaelis an. 1700 domum reuerſus eſt, per ſubſequentem hyemem paterna inſtitutione optimo ſucceſſu vſus. Imminente vere an. 1701 contulit ſe Amſtelodamum, vbi per aliquot hebdomadas commoratus, in doctisſimorum virorum, & ſpeciatim quidem clariſſimi *Ruyſchii*, penetrauit. Inde venit Lugdunum Batauorum, vbi dicti anni 1701 die 2 Maii *Diſputationem Medicam Inauguralem de Febribus Malignis* tam egregie defendit, vt non ſine inſigni laude Doctoris Medicinae honores impetrauerit. Cum vero magna praedicaretur *Deckeri* in exercenda praxi Medica felicitas, eius praelectionibus Practicis & Caſualibus ſedulo intereſſe neutiquam neglexit. Noſocomium quoque diligenter inviſit, *Bidloo* duce Anatomica tractauit, *Houttono* autem Botanices praecepta inculcante, herbarum naturam & proprietates eſt ſcrutatus. Sic aucta ſunt ſtudia Medica: ſed creuerunt etiam ſtudia elegantiora fauore excellentiſſimorum virorum, *Gronouii* ac *Crenii*, cum quibus ipſi non raro licuit colloqui; ſicuti Hagae etiam celeberrimum *Helvetium* plus ſimplici vice inuiſit. Sub menſis Nouembris initium per Vltraiectum, Rotterodamum, Delphos, Antuerpiam, Bru-

xellas,

xellas, Montes, Caroloregium, Fanum S. Quintini venit Lutetiam, vbi illuſtri Archiatro, *Fagonio*, clariſſimo Chirurgo *Mareſchallo*, doctiſſimo *Petito* & celeberrimo *Tournefortio* innotuit, quos dum ſaepius conuenit, multa didicit, exoptatiſſimamque nactus eſt occaſionem, multas, per octo menſes, cadauerum ſectiones & operationes chirurgicas videndi ita, vt inde fructum haud exiguum perciperet. Anno 1702 menſ. Octobr. per Lugdunum & alia loca Genevam profectus eſt, quam, aeque ac Lauſonium, Bernam, Tigurum, Scaphuſiam, Tubingam, Stutgardiam, Francofurtum ad Moenum, Coburgum, Ienam, Lipſiam, Magdeburgum, Hannoueram, Cellam, Luneburgum, Hamburgum, curioſius, rerum in primis medicarum & phyſicarum ergo, perluſtrauit ante, quam an. 1703. m. Ian. rediret in patriam. Felicitatem exiſtimabat haud vulgarem, quod ſuauiſſimum Parentem viuum deprehenderet, eiusque ope ad optimam exercendi praxin Medicam rationem manu quaſi poſſet duci. Praeter hoc exercitium diligentem hodieque nauat operam peregregio, quod habet, *Muſeo* (ex quo, cum nuper admodum perluſtrare mihi iſtud liceret, inſignem cepi voluptatem) augendo, & magis ſemper magisque complendo. Laudatur idcirco merito a celeberr. noſtro Mellio in elegantiſſima Commentat. de Lapidib. Figurat. Agri Litorisq; Lubecenſ. p. 44 his verbis: *Si quid huius generis noſtram diligentiam effugerit, ab aliis forte Curioſis Li-*

thophiliſque noſtris obſeruabitur. Quos inter haud poſtremus eſt clariſſimus huius vrbis Medicus, D. MENO PAVLVS HANNEKENIVS, amicus & fautor noſter ſingularis, qui, vt inſtructiſſimum, quod poſſidet, Muſeum indies auctius reddatur, omnem mouet (adeoque etiam domi & foris conquirit) lapidem.

MENO NICOLAVS HANNEKENIVS.

Praeſtantisſimus hic Medicus, ſed praecoci proh dolor! morte defunctus, eodem NICOLAO HANNEKENIO, Medicorum & Phyſicorum Lubecenſium quondam decore, & MARIA NEVCRANTZIA, famae magnae Medici D. PAVLI NEVCRANTZII, Phyſici olim Lubecenſis celeberrimi, filia, Matrona ornatiſſima, Lubecae an. 1682. d. 17 Mart. eſt prognatus. Adoleſcentulus priuatis quidem praeceptoribus fuit commiſſus, ſed in Schola tamen etiam publica CHRISTOPHORVM CHRYSIVM fideliſſimum habuit praeceptorem. *Aetate grandiorem factum*, inquit Rudolph. Wilhelm. Crauſius, Medicus Ienenſis clarisſimus, in Propemptic. Inaug. de Peregrinationibus Germanorum Medicae artis ſtudioſorum an. 1704. d. 1 Ian. publicato, *miſit optimus Parens in Gymnaſium patrium celeberrimum, in quo auſpiciis praeceptorum clarisſimorum, ENOCHI SVANTENII, Rectoris, MART. CHRIST. GöLDELII, Conrectoris, & SIXTI CHRISTIANI LIPENII, Subrectoris, egregiam ſibi comparauit eruditionem.* Hanc ita auxit Academicis ciuibus

bus adſcriptus, vt documento non vno eam potuerit comprobare. Anno autem 1700. m. Mai. almam Salanam, duce Dn. *Io. Fleegio*, Paſt. Kalckhorſt meritiſſ., acceſſit, inque ea non ſolum ad omnes omnino Medicas diſciplinas in ſcholis tam publicis, quam priuatis capiendas indefeſſo ſtudio incubuit, verum etiam Philoſophiam & Matheſin neutiquam neglexit. Anteſignanos habuit GEORG. WOLFG. WEDELIVM, IO. HADR. SLEVOGTIVM, ERN. HENR. WEDELIVM ac GEORG. ALB. HAMBERGERVM, viros maxima laude condecorandos. Ditatus ſic multa ſcientia, publicis etiam ſpeciminibus praeclare demonſtrata, poſt Gotham luſtratam, per Coburgum, Bambergam & alia loca celebria, Norimbergam & Altorfium eſt profectus, fama VOLCKHAMMERI, THOMASII, BAIERI, WAGENSEILII, MOLLERI, STVRMII & aliorum clariſſimorum virorum commotus. Neque hoc iter fructu caruit. Laudati enim viri omnia, quae in Muſeis aſſeruarunt, pretioſa ac rara, Noſtro accurate contemplanda exhibuerunt. Inde, Patre volente, per Ienam, Lipſiam, Wittenbergam (vbi beneuolentia patrui ſui, PHIL. LVD. HANNEKENII, Theologi meritiſſimi, & excellentiſſimorum Medicorum, BERGERI atque VATERI, fruitus eſt), Berolinum (vbi cuncta obſeruauit notabilia), in patriam remigrauit. Hic vero nihil erat dulcius, nihil vtilius paterna inſtitutione. Hac aliquandiu vſus, Belgicum auſpicatus eſt iter, quod his verbis deſcribit

ſcribit CRAVSIVS l. c: *Circa feſtum Paſchatos in Belgium abiit, & Amſtelodami per quatuor menſes commoratus, feliciſſimum & famigeratiſſimum operatorem, & Medicinae doctorem IO. IAC. RAV, chirurgica priuatim explicantem & tractantem, attente audiuit, celeberimum quoq; Anatomicum Belgicum D. IO. FRIDERICVM RVYSCHIVM in anatomicis publice demonſtrantem vidit. Poſtea Belgium tranſiens celeberrimos viros ſalutauit, inter quos prae ceteris humanitatem excellentiſſimi CRENII, Polyhiſtoris incomparabilis, & nobiliſſimi & experientiſſimi DEKKENII, Med. Prof. Lugduni Batauorum celeberrimi, valde praedicat.* Conſideratis, quae Belgium habet, commemorabilibus in Angliam tranſire animus erat: ſed turbis, quas piratae Gallici excitabant, impediebatur. Quare per Coloniam, Franconiam & Haſſiam repetebat Ienam, quae alma ſtudiorum mater ipſi praemium laboris ac diligentiae, ſummos ſcilicet in arte Medica honores, lubentiſſime d. 8 Ian. 1704 concedebat, cum & in examinibus virum ſe praeſtitiſſet, & pro roſtris Academicis inauguralem Diſputationem maſcule defendiſſet. Creatus Medicinae Doctor Italicae peregrinationis magna flagrabat cupiditate. Attigerat, Dresda ac Praga viſis, Viennam, curioſius luſtrauerat tam ſplendorem aulae vtriusq;, quam metallifodinas Bohemicas, iamq; in eo erat, vt iter in Italiam proſequeretur. Sed reuocabatur in patriam, quae eum d. 9 Sept. a. e. recepit. Hic vero ita ſe gerebat, vt, cum an. 1717. d. 14 Maii. praematuro fato abriperetur, laudes Medici pii, diligen-

ligentis, prouidi, intelligentis reliqueret, & Vir longiori vita dignisſimus iudicaretur. Leg. de eo Crauſius l. c. Nov Lit. German. 1704. p. 152 ſq. Anonymus in Memor. Latine edita Lubec. 1717. fol. Anonymus in Vita Germanice euulgata ibid. 1717. fol. Scripta nomine eius inſignita ſunt

Diſputatio Academica de Ventriculi per Aeſtatem Imbecillitate, Ien. 1702. 4. Ipſe Praeſes, *Georg. Albert. Hambergerus*, in adiecta honorifica Epiſtola Noſtro, tanquam Auctori, hanc Diſputationem adſcribit his verbis: *Quem tenueris ordinem, praeſenti monſtras Diſſertatione, proprio Marte elaborata.*

Diſſertatio Medica Curioſa de Muſco Terreſtri Clavato. Ibid. 1702. 4. Non ſolum Praeſidis, *Georg. Wolfg. Wedelii*, ſed aliorum etiam laude pleniſſimae ſunt adiectae gratulationes. Poëta elegantisſimus, *Andreas Lange*, ſic cecinit:

HANKENI, Hippocratis perite Myſta,
Phoebi delicium, decusque Pindi,
Quem iunctum mihi vinculo Parentum,
Et longum mihi cognitum per vſum,
Vnum plus oculis amo duobus.
Quam ſcribis modo Diſputationem,
Doctam, Iupiter! atque perpolitam,
His en! verſiculis parum politis,
Paruis Hendecaſyllabis ſaluto.
Sed quot millia gratulationum
Laetus deproperem? tuamque frontem
Qua quaeſo ſtudeam impedire lauro?
Nil mihi ſupereſt, capitque charta,

Quam ſolum dare vota. Creſce, creſce,
Ingens gloria Nobilis Parentis,
Qui tantum eſt celebris decus Lubecae,
Quantum eſt Saxoniae decus Lubeca.
Nil optans metuensue, laetiora
Quaecunque incipis, euenire cernas,
Et magnum meritis, bonore, fama,
Virtute, ingenio, eruditione,
Vincas, ſi fieri poteſt, Parentem.

Diſſertatio Medica Inauguralis de Cancro Mammarum. Ien. 1704. 4. Praeſ. Georg. Wolfg. Wedelio.

Praeter haec Academica aliis ſcriptis, plerisque ad pietatis & rerum ſacrarum ſtudia pertinentibus, elaborandis tempus, a praxi Medica vacuum, vtilisſime & laudatisſime conſumſit. Merito itaque laudatur ab illo, qui Vitam eius Germanica lingua ἀνονύμως publicauit. Operae omnino pretium eſt, quaedam eius verba huc transferre, vt memoria ſaltem tantae pietatis, tantaeque induſtriae conſeruetur. Sic autem commentatur Anonymus: Unſer Seel. Hr. „Doctor hat ſeine vornehmſte Sorge ſeyn laſſen, „daſs, wie er durch ſeine Mediciniſche Wiſſen„ſchafft die Symmetriam corporum bey ſeinen „Patienten mögte erhalten, er alſo auch die „Symmetriam ſeiner eigenen Seelen durch wah„re Gottſeeligkeit mögte wol einrichten. Er „hatte dazu beſondere Tage in der Wochen, „als den Sonnabend und Montag ausgeſetzet, „an welchen er mit geiſtlichen und zu ſeiner Pri„vat-Andacht dienlichen meditationibus ûm„ging. Es zeugen davon ſeine geſchriebene Bücher,

„Bûcher, die man desfals gefunden, und dar-
„aus man mercket, wie er faſt alle Jahr etwas
„neues zu ſeiner Andacht ausgearbeitet.

„Von An. 1712 findet man: *Excerpta Biblica potiſſi-*
„mum e Scripturae, tum ex B. Hunnii, Hutteri,
„Bechmanni aliorumqae ſcriptis collecta & priuatae
„devotioni dicata.

„Von An. 1713: *Beicht- und Communion-Büchlein*
„zur Privat-Andacht colligiret.

„Von An. 1714: *Kurtzen Begriff des wahren Chriſten-*
„thums aus dem Catechismo, zu ſeiner Privat- und
„Hauß-Andacht; welchen er zu Ratzeburg
„drucken laſſen, und ſeiner liebſten Ehe-Ge-
„noſſin mit einer gar geiſtreichen Dedica-
„tion, ſo er vorn eingeſchrieben, am Neuen
„Jahrs-Tage offeriret, auch alle Sonnabend
„ſein Geſinde daraus, als ein Catecheta, zu un-
„terrichten, gewohnet geweſt.

„it. *Kurtzen Begriff des wahren Chriſtenthums, beſte-*
„hend 1) *aus Bibliſchen Glaubens-Sprüchen.* 2) *Bi-*
„bliſchen Lebens-Sprûchen. 3) *Andächtigen Ster-*
„be-Gedancken.

„Von An. 1715: *Spiegel der Tugend und Laſter, aus*
„GOttes Wort und gottſeeliger Männer Schrifften,
„zur Privat-Ubung in der Gottſeeligkeit, welches
„in 2 Quart Bânde wol eingerichtet.

„Von An. 1716: *Häußliche Feſt- und Sonntags-An-*
„dachten, aus allen Evangelien in erbaulichen Glau-
„bens- Lebens- und Sterbens-Regeln, nebſt kurtzen
„Gebeten, und Anweiſungen aus denen Geſängen un-
„ſers Lübeckiſchen Geſang-Buchs, woraus er ſich

Digitized by Google

„des Sontags Nachmittags mit ſeinem Hauſe
„pflegen zu erbauen.
„Welche Scrifften Zeugniſs genug ſind, wie
„aufrichtig ers mit ſeinem GOtt gemeinet, und
„wie ein gutes Chriſtenthum der Seel. Hr. Do-
„ctor zu führen ſich befliſſen. Er hat auch von
„ſolchen Arbeiten nicht können abgehalten
„werden, wenn man ihn gleich erinnern wol-
„len, daſs er durch das lange Sitzen und Schrei-
„ben ſeiner Geſundheit zu nahe thun mögte,
„ſondern zu antworten pflegen: Das iſt eine
„ſelige Stunde, darin man ſein gedenckt. Die
„übrigen Tage der Wochen hat er ſo eingerich-
„tet gehabt, daſs, wenn er durch ſeine Patienten
„nicht gehindert worden, er des Morgens ſeinen
„Studiis Medicis obgelegen, des Nachmittags
„im Studio Geographico ſich geübet, wovon
„ſeine *Otia Geographica in 2 Tomis* zeugen, die der
„Seel. Hr. Doctor meinete, wenn er ſie dem
„Druck ſollte überlaſſen wollen, daſs ſie viele
„Liebhaber würden finden.

ANDREAS HERMANNVS HELBERGIVS.

Vitam eius his auſpicatur verbis B. Hinckelmannus in Επιταφ. Lubec. 1685: *Natus eſt Helbergius noſter anno* 1648. *d.* 21 *Martii, hora ſexta veſpertina, patre HENRICO HELBERGIO, Senatoris Hannoverani filio, primum Cantore Stadenſi, poſtea Buxtebudenſi, tandem Paſtore im Alten-Kloſter, optime de eccleſia*

eccleſia illa, quae per plures annos deſerta iacuerat, e Pontificia ſuperſtitione & ruderibus reſtituta merito: matre ANNA STRAKIA, itidem Hannoverana. Idem ſcholaſticum ipſius curriculum ſic deſcribit: *Hauſtis bonarum litterarum rudimentis Buxtebudae, Hildeſiae, Hannouerae, Luneburgi, & ſub doctiſſimo Rectore NOTTELMANNO, hic Lubecae, Academicis ſtudiis egregie animum ſciendi auidum praeparauit.* Didicit etiam priuatim docendo excellentisſimi ingenii adoleſcentulum, *Ioannem Werlhofium.* An. 1672 ineunte vere Ienam petiit, ibidemque, ducibus *Velthemio*, *Sagittario* ac *Beiero*, & Philoſophiae & Iurisprudentiae ſtudium ſuum dicauit, Medicina, ad quam ipſius indoles videbatur pronior, non plane neglecta. Iena Lubecam retractus, comes datus eſt Werlhofio an. 1675 Helmeſtadium adeunti. Fruebatur hic, vna cum Werlhofio ſuo, conuictu magni Medici & Polyhiſtoris, *Henr. Meibomii*, atque ſimul exoptatisſimam nanciſcebatur occaſionem artem ſalutarem excolendi. Quare etiam totum ſtudio Medico ſe dedit, idque ſucceſſu tractauit adeo felici, vt poſt triennium dignisſimus ſummorum honorum Medicorum candidatus haberetur, &, defenſa *Inaugurali Diſputatione de Vomitu*, d. 25 Iul. 1678 Medicinae Doctor a laudato *Meibomio*, Decano, crearetur. Tam vehementer autem ipſi placuerat Lubeca, vt, poſt acceptam Doctoralem lauream, eandem repeteret. Neque ipſum poenituit huius conſilii, cum deinceps, Medico officio fungens, placeret multis, quibus opera ipſius adiutis, mors eius, quae an.

an. 1685. m. April. contigit, minime cecidit grata. Teſtem habeo fide dignum, Hinckelmannum, l. c.

IOANNES KOCKERTVS.

Et hunc excellentisſimum Medicum dum praedicauit an. 1677 d. 10 Ian. Hinckelmannus ſcripto publico, eius a laudato laudati maxima laus debet cenſeri. *Natus eſt*, inquit, *vir optimus an.* 1640. *d.* 14 *Mart. patre V. Cl. DN. IACOBO KOCKERTO, Philologo & Poëta excellentisſimo, Gymnaſii noſtri Subrectore celeberrimo: matre CATHARINA REICHIA, Femina honeſtisſima & piisſima, inter aduerſa non pauca hodiernum diem dubio procul luctuoſisſimum aeſtumante, quo ſenii praeſidium, Filium vnicum & charisſimum, praemature ſibi ablatum dolet. Educationem & a pueris inſtitutionem optimam ipſi contigiſſe, nemo dubitabit, qui tanti Patris eruditionem cogitabit & innatum amorem. Cuius curae & informationi, tam publicae, quam priuatae, cum ſua induſtria mire reſponderet filius, breui tempore ita profecit, vt annum vix decimum nonum ingreſſus, Praeceptorum omnium conſenſu, Wittebergam mitteretur.* Hic vsque ad an. 1664 adhaeſit SCHNEIDERO ac SENNERTO, chori Medici iſto tempore anteſignanis, & tam egregie profecit, vt elaborato docto ſpecimine memoriam ſui laudatisſimae Academiae poſſet relinquere. Vnde etiam anno ſequenti 1665. d. 12 Novembr. Baſileae (vbi olim auus ipſius paternus, AVGVSTINVS KOCKERTVS, ſummos honores Iuridicos

cos obtinuerat), praeſide ac promotore, vt vocant, HIERON. BAVHINO, dignitatem Doctoris facile impetrauit. *Sequenti anno*, repeto verba Hinckelmanniana, *Italiae prouincias plures peragrans, tum maxime in Patauina Academia per complures menſes commorabatur, cum CADINETTO, FRIGIMELICA, IOANNE FORTI, patre & filio de MARCHETTIS, aliisque Doctoribus celebribus familiariter viuens. Ad Gallos quoque iter inſtituerat: ſed acutiſſima febri non ſine praeſenti vitae periculo correptus, & ita fato quaſi quodam denuo impeditus, a morbo grauiſſimo vix dum liberatus, Patavio primum Viennam Auſtriae, inde Pragam Bohemiae, & vlterius per praecipuas Germaniae vrbes profectus, anno* 1667 *in patriam rediens, animum & ſe totum praxi Medicae applicauit; quae cum maximorum meritorum, induſtriae & dexteritatis laude ſemper fuit coniunctiſſima, & diuinam benedictionem praeſentem ſatis habuit.* In ipſo aetatis flore an. 1677. d. 3 Ian. mortuum Hinckelmannus pereximiis elogiis ornauit. Inter alia inquit: *Ob fideliſſimam & felicem in medendo operam magna Ciuium turba: ob iucundos vero mores & amicitiam ſincere cultam eruditi omnes habent, de quo dolere ſatis nequeant.* Non minora ei detulit praeconia Dau. von der Brûgge in nitidiſſimo Carmine Manibus ipſius ſacrato, quod *Deliciis Poëtarum Lubecenſium*, quas promiſi, inſeram. Hic tantum addo eius ingenii foetus, qui ſunt

Diſſertatio de Morbo Comitiali Medica, qua iuxta nouam Nobiliſſ. Dn. Praeſidis (Conrad. Victor. Schneideri) de Catarrhis doctrinam illo morbo nec cerebrum, nec eius membranas moueri, nec denique illud viſcus Epi-

Epilepſiae eſſe ſubiectum, oſtendit. Witteb. 1664. 4. pl. 10. Copioſa haec Diſſertatio in ſeptem Capita eſt diuiſa, quorum agit I. de Epilepſiae Etymologia ac Synonymia. II. de Definitione. III. de Subiecto. IV. de Cauſis. V. de Differentiis. VI. de Signis Diagnoſticis & Prognoſticis. VII. de Curatione.

Diſputatio Inauguralis de Renum & Veſicae Calculo, Baſil. 1665. 4.

HVBERTVS KOENIVS.

Extant *Io. Lûderi*, Medic. D., *Iuſta Honoraria* huic an. 1668. d. 15 Ian. facta, ex quibus vitae eius rationes praecipuas hic inibo. Patria ipſius eſt Lubeca: natiuitatis autem tempus VI Id. Iul. an. 1643. Parentes coluit M. HVBERTVM KOENIVM, ſacrorum quondam in Aede noſtra Mariana adminiſtrum fidelisſimum, nec non ELISABETHAM GRvNEWALDIAM, Matronam piam honeſtamque. Hi parentes *in diſciplinam*, Lûdero teſte, *ipſum dederunt patriae Scholae Praeceptoribus, viris bonis & doctis, quam tum temporis regebant viri cl. Dn.* M. *SEBASTIANVS* M*EIERVS*, *& Dn.* M. *HENRICVS BANGERTVS*, *vterque νῦν ἐν ἁγίοις. Sub quorum magiſterio in capitibus pietatis & Latina, Graeca, Hebraicaque lingua eos fecit progreſſus, vt optimam de ſe ſpem bonae frugis praeberet. Dnn. ſuis Praeceptoribus, in primis Polyhiſtori BANGERTO, ob ſingulare ingenii acumen & ferventem in ſtudiis aſſiduitatem erat perquam charus. Sub huius regimine iuuenis adhuc in diſſerendi, dicendique*

dique artibus quotidie ſe adeo exercebat, vt cum in ligata, tum ſoluta oratione, adultior factus, egregia in Graecis & Latinis ediderit ſpecimina typis exſcripta. —— Fundamentis litterarum non infeliciter poſitis, exploratoque eius a viris doctis in iisdem profectu, cum dignus iudicaretur, qui publicas ſuperiorum artium & diſciplinarum lectiones cum fructu audire poſſet, ablegatus eſt an. 1659. 19 *Iun., aetatis ſuae ſexto & decimo, Lipſiam.* Hic per biennium ſanctioribus litteris percipiendis nauauit operam, quas deinceps cum Medicis diſciplinis permutauit, ita tamen, vt quae ad philoſophiam & humanitatem pertinent, nullo non tempore cum iis prudenter coniungeret. Idem fecit Ienae, vbi publicis etiam ſpeciminibus inclaruit. Nec aliter ſe geſſit in Academia Belgarum Lugdunenſi (vbi an. 1665, aet. 22 ſuprema inſignitus eſt Apollinari laurea), in Gallia, in Italia, quas regiones eo permeauit fine, vt quicquid ad medendi artem ſpectat, iſtud omne videret, audiret, ſcrutaretur, hauriret. Summopere ideo laudatur a Lûdero, fuſius haec enarrante, & quae poſt finitas peregrinationes in patria geſſerit, ſic referente: *In patriam fauſtis auſpiciis an.* 1666. 26 *Auguſt. reuerſus, cum Theoria, cui hactenus deditus fuerat, etiam Praxin coniunxit, & ex vmbra in ſolem, quod dicitur, & puluerem prodiit. Hoc ſtudium practicum non infeliciter ingreſſus, quamlibet morborum Hydram non ſine laude domabat, adeo feliciter, vt ſi per fata licuiſſet, facile ſibi famae ianuam aperuiſſet, nec plebi modo, ſed & primatibus innotuiſſet. Annum & menſes quatuor in hac palaeſtra ſe exercuit.* Idem Lûderus

derus de meliori eum nota commendat ob multas virtutes pereximias. Pietatem in primis, quam ſequentibus deſcribit verbis: *Sacroſancta vtriusque Foederis decreta nocturna diurnaque verſabat manu. Nunquam veſperi cubitum ibat, vel mane ad opus ſuum ſurgebat, niſi prius ſe, ſuaque ſtudia, & actiones Deo fideliter commendaſſet, aegrotos ſuos non prius, niſi auxilio Numinis diuini implorato, inuiſebat.* Quo praeſtantiora autem haec, & alia, quae in ipſo laudat Lüderus, ſunt, eo magis eſt dolendum, quod fata pereximium & rari exempli huncMedicinae Doctorem (quem magni Belgarum Medici, *Sylvius*, *Hornius*, *Schylius*, ſua iam amicitia, miſſis ad eum crebris literis, dignum iudicarant) orbi inuiderint. Obiit enim praecoci admodum morte an. 1668. d. 8 Ian., cum annos modo viginti quatuor, ſex menſes & vnam hebdomada vixiſſet. Ingenii vires oſtendit in ſcriptis ſequentibus

Diſputationibus Phyſicis de Principatu Partium in Corpore Animalium. Ien. 1662 & 63. 4. Praeſ. Posnero.

Diſputatione Medica de Podagra. ibid. 1663. 4. Praeſ. Ant. Gunth. Hellenio, Archiat. Serveſtan.

Carmine Graeco de Paſſione Seruatoris noſtri, eiusdemque vſu ſalutari. Hoc Carmen Ienae in ſolemni Panegyri recitauit, applaudente vniverſo Muſarum choro, teſte Lüdero l. c. p. 5.

Diſputatione Inaugurali de Syncope. Lugd. Bat. 1665. 4. Iudicium a Lüdero p. 6 de hac Diſputatione latum non poſſum non adiicere: *Conſcripſit eruditisſimam de materia difficili, ſc. de Syncope, Diſputa-*

Diſputationem, quam ſine Praeſide ita defendit, vt quid in eo liuor carperet, non reperiret.

BALTHASAR KRYSINGIVS.

Vita ipſius a celeberrimo Medico Kilonienſi, *Wilhelmo Hulderico Waldſchmiedt* an. 1701 tam eleganter eſt deſcripta, vt dignam eam omnino cenſeam, quam hic repetam: Patria contigit *Balthaſari Kryſingio* Flensburgum, vrbs Ducatus Slesvicenſis maritima, ob commerciorum frequentiam non incelebris, vbi anno ſuperioris ſaeculi 68. d. 16 Martii lucem aſpexit, honeſtis & piis parentibus progenitus, patre *Georgio Kryſingio*, ciue & viro integritate morum & vitae probitate conſpicuo; Matre *Anna Bucholtia*, ob rei familiaris curam laudatisſima. Poſtquam vero in prima pueritia ſingularem in libros amorem, atque ingenium, ad literas ſatis aptum, animadverterat auunculus, *Wilhelmus Bucholtius*, ſcholae patriae Collega, permagnam in ſe ſuſcepit de formandis ſtudiis curam & diligentiam, verum, poſitis vix primis fundamentis, a docendi arte, ad Paſtoris munus auocatus eſt; iamque de literis, porro addiſcendis, actum eſſe videbatur, quod Parentes, ſublata tam commoda occaſione, pictoriae arti noſtrum deſtinarent, ad quam natura ſua propenſus erat. Mutauerunt tamen auunculi perſuaſu conſilium, atque ſcholae porro erudiendum ipſum tradidere. Literis deinde illis, quae ab humanitate nomen habent, probe imbutum decimo octauo aetatis

anno *Lubecam* (34) miſerunt, precibus eiusmet ipſius permoti, quippe qui in primis eruditionis fundamentis plus proficere cupiebat. Hic per annuum temporis ſpatium commoratus, regere tandem proprio conſilio ſtudia coepit, atque inde celebratisſimum Gedanenſium Gymnaſium an. 1687 petiit. Florebant tunc in eo celeberrimi ac doctisſimi viri, Dn. D. *Schelguigius*, SS. Theol. Prof., D. *Hoppius*, ICtus egregius, Iuris & Hiſtor. Prof., *Ern. Gothofr. Heyſaeus*, Med. Dr. eiusdem & Phyſic. Prof. (is nempe, qui adhuc dum Artis ſtudioſus *Caroli Drelincurtii Experimenta Anatomica* Lugd. Bat. 1682. 12 ediderat) vir, dum viueret, admodum crurioſus, & longiori vita dignus, *Io. Petr. Titius*, Eloq. & Poeſ. Prof., *Roſteuſcherus* Senior, Oriental. & Gr. LL. Prof., *Frid. Buthnerus*, Mathem. & *Roſteuſcherus* iunior, Philoſ. Prof. Quos omnes, caſu potius, quam conſilio, praeceptores nactus eſt. Parentes enim ſacris literis eum addixerant, quorum placitis obſequens, per integrum annum Theologiae, Theticae & Polemicae, ſummam operam nauauit, priuatim etiam Hiſtoriam Eccleſiaſticam a Dn. *Schelguigio* doctus: ſub Cl. *Hoppio* & ſucceſſore eius, *Io. Schulzio*, Hiſtoriam profanam, & ſolitariis lectionibus Geographiam didicit. Solitarie etiam curſum Philoſophicum, vt vocant, cum ipſo inſtituit *Roſteuſcherus*, iunior. Fecerat quoque, non neglectis reliquis, quae ad Encyclopaediam pertinent, diſciplinis, non

(34) Occurrit nomen eius in Albo noſtro p. 112 & 117.

non poenitendos progreſſus in Ebraeae linguae notitia, quum Mathematicorum ſtudiorum dulcedine allectus, totum ſe inſtitutioni celeb. viri *Fr. Buthneri* daret. Poſtmodum, quod frequens ſimul intereſſet lectionibus Phyſicis, conciliauit ſibi fauorem laudati *Heyſaei*, qui variis ſubſidiis & blanditiis id tandem perfecit, vt Artem Medicam Mathematicis iungeret. Sic ſenſim refriguit ardor verſus hasce, ad quas ſe natum primo crediderat, e contrario amor erga ſalutiferam humano generi artem auctus fuit. Ac perſtitit quidem hic loci ad annum 1690, quo Regiomontum profectus, indeque Hafnienſem Academiam viſitauit. Anno vero 1692 Lipſiam ſe contulit, vbi in Botanicis *Rivinum*, in Phyſiologicis *Bohnium*, in Anatomicis *Pauli*, in Docimaſticis *Schambergium*, in Pathologicis, Praxi & Chimia *Petermannum*, Doctores & Profeſſores celeberrimos, habuit inſtitutores. Exacto ibi triennio in patriam reuerſus eſt. Quoniam vero *Lubeca* ad repetunda ſtudia commodior ſibi videbatur, eo ſe contulit, praxi etiam medicae ſubinde deditus. Quum & hic triennium transegiſſet, atque interea pater, qui conatibus eius durius nonnihil reſiſtebat, defunctus eſſet, coepit demum de peregrinatione quadam Medica cogitare, per Germaniam praecipue & Italiam inſtituenda. Ingens hoc erat propoſitum! Namque non, vt alii, recta via regiones haſce peragrare volebat, ſed integras prouincias, & quaevis in iſtis naturalia, luſtrandi animus erat. Perfecit iſtud in Ducatu Brunſuicenſi. ——— Praeterea

terea in locis iſtis Chirurgiae & Mineralogiae operam eam dedit, cuius per omnem vitam non poenituerit. Tandem, quum in eo eſſet, vt reliquas Germaniae partes ſimili ratione viſeret, coactus fuit, partim ob matris luctuoſisſimum obitum, partim ob bellicos in patria tumultus, vnicus haeres patriam repetere, vbi per annum ad praxin Medicam incubuit. Hisce inſtructus ſubſidiis, noſtram hanc Academiam ante anni quadrantem acceſſit, vtque in Candidatorum numerum recipiatur, modeſte petiit. Vt vero eruditionem & induſtriam eo euidentius nobis probatam redderet, Diſſertationes Fridericianas binas, unam ſub Collegae honoratisſimi, Dn. *Schellhammeri*, *de Principiis Chimicis*, alteram meo ſub praeſidio, *de Temperie Aëris & orta inde ſalubritate Athenaei Cimbrici*, ſummo cum applauſu habuit. Admiſſus deinde ad examina Facultatis, talem ſe nobis praeſtitit, cui licentiam diſputandi pro gradu in Medicina, optimo ſuo merito, tribuere potuerimus. Hactenus Waldſchmidius. Noſter deinceps, poſt habitam Inauguralem Diſputationem, Medicinae Doctor creatus, primum Flensburgi, deinceps Lubecae (vbi hodieque viuit) cum litterarum, quae ad humanitatem ſpectant, ſtudio praxin Medicam coniungere laborauit. Extat eius

Diſſertatio Solennis de Odontalgia Tactu ſedanda, Kilon. 1701. d. 18 Octobr. ſummorum in arte ſalutari honorum impetrandorum ergo defenſa. Contenta leguntur in Nov. Lit. Mar. Balth. 1701. p. 352. Nouum inuentum Medicum

Kryſin-

Kryſingio noſtro in Progr. Inaug. honorificis verbis gratulatur Waldſchmidius, inter alia ſcribens: *Quis de Cura Odontalgiae per Tactum vel fando audiuit, vel rem ipſam experimento probauit, aut publico ſcripto, cum erudito orbe, ante ipſum communicauit vnquam?*

Plura ſcripta, vel integre iam, vel magna ſaltem ex parte elaborata & affecta cum erudito orbe aliquando communicare in animo habet. Haec cum licuerit mihi perluſtrare, non poſſum non etiam eorum notitiam ſubiicere. Sunt autem

Hercyniae Deſcriptio. Conſtat opus hoc, plane abſolutum, & Germanica lingua conſcriptum, tribus partibus: I. *Supertoris Hercyniae Deſcriptione.* II. *Goslariae Vrbis Deſcriptione Topographica.* III. *Goslariae, atque Hercyniae inferioris, ſic dictae, Hiſtoria Naturali.* Docetur hic egregie tota ars metallurgica, quo fine non ſolum multae figurae, artem hanc & inſtrumenta, ad eam exercendam neceſſaria, accurate delineantes, vbique fere ſunt inſertae, verum etiam luculentis Tabulis haec ars in compendio proponitur, vt vno quaſi intuitu poſſit eius σκιαγραφία haberi. Agit autem Tabula I. *vom Bergwercks-Bau generatim.* II. *von Erkenntnüß des Gebürges und der Ertze.* III. *vom Bergbau und deſſen Inſtrumenten, nebenſt der Arbeit.* IV. *vom Puchwerck und deſſen Arbeit.* V. *vom Hütten-Bau.* VI. *von der Hütten-Arbeit.* Meminit huius operis etiam Waldſchmidius l. c., his verbis vſus: *Quum in Hercyniam deueniſſet, peculiarem de ea Deſcriptionem chartis iniecit, intertexta*

ſimul totius artis metallurgicae accuratisſima delineatione, quam ipſam, vt aliquando cum publico communicare, eandemque, ob ſui elegantiam, literariae reipublicae inuidere nolit, publice hiſce eundem rogatum volo. In eandem ſententiam Epiſtolam, qua noſtro nouum de Dentium per Tactum dolore ſedando inuentum gratulatus eſt, finit celeberr. Medicus Kilonienſis, Gunth. Chriſtoph. Schelhammerus: *Macte modo! & de Metallicis Harcicis doctum, quod paratum habes, opus propediem etiam vt lucem adſpiciat, fac!*

Wilhelms von Saluſte, Herrn zu Bartas, Erſte und Andere Woche. Ehemals (35) *durch ein Mitglied der Fruchtbringenden Geſellſchafft wegen der Fürtrefflichkeit aus dem Frantzöſiſchen in hochteutſche Reime überſetzet; nunmehr aber von neuem überſehen, und nach dem Haubt-Werck in die heutige Reim-Art gebracht, auch mit Anmerckungen erläutert.* Hoc labore tanto maiorem ab elegantioris poëſeos, ad ſacrum vſum adhibitae, cultoribus inibit gratiam, quanto maius [illegible] Bartasſii inter excellentisſimos Poëtas Gallos nomen. Thuano certe, at quanto viro! iudice, *Bartasſius, qui nobili familia in Auſciis natus, militaribus ſtudiis a puero innutritus, eorum feritatem dulci Muſarum conſortio ita temperauit, in eaque facultate tam feliciter excelluit, vt quanquam vitio nationis a puritate Gallici ſermonis alienus, & inter arma & tubas procul a doctorum commercio adul-*

(35) An. 1640. Cothen. 4.

adultus, Hebdomade illa toties recuſa, & ab aliis Latine (36) *& Italice certatim expreſſa, perilluſtre inter huius ſaeculi poëtas nomen meruerit, proximumque a Ronſardo noſtro locum tenere a multis exiſtimetur.* Vid. Hiſtoriar. L. XCIX. T. V. p. m. 101. Petrus quoque Ronſardus, lecto hoc opere, Bartasſii eruditionem admiratus eſt, eique calamum aureum dono miſit, cum hoc elogio: *Bartasſium plus laudis aſſecutum eſſe vna Hebdomada, quam Ronſardum tota vita.* Conſ. Koenigii Biblioth. V. & N. pag. 87. Vt iudicari posſit, quam feliciter Bartasſianum Poëma ſit translatum, breue aliquod ſpecimen ſubiiciam. Bartasſius ſic incipit:

Toy, qui guides le cours du ciel porte-flambeaux,
Qui, vray Neptune, tiens le moite frein des eaux,
Qui fais trembler la terre, & de qui la parole
Serre & laſche la bride aux poſtillons d' AEole:
Eſleue à toy mon ame, eſpure mes eſprits,
Et d' vn docte artifice enrichi mes eſcrits,

Haec Kryſingius ita reddidit:

Du, der du um die Welt des Himmels Fackeln führſt,
Der du mit feuchtem Zaum des Meeres Wuht regierſt,

(36) Posſideo verſionem Latinam, carmine heroico pereleganti adornatam, ſed liberiorem, & verſum verſu non ſemper reddentem, cuius haec inſcriptio: *Domini Guilielmi Saluſtii Bartasſii, poëtarum noſtri ſaeculi facile principis, Hebdomas. Opus Gallicum a* Gabriele Lermeo, *nobili Volca, Latinitate donatum.* Colon. Allobrog. 1596. 12.

Digitized by Google

Vor dem die Erd' erbebt, deſs Wort den ſchnellen Winden
Die Zügel löſen kan, und, nach Gefallen, binden:
Zeuch meinen Geiſt zu dir, erleuchte meinen Sinn,
Daſs er voll triffies ſey, und reich an Kunſt-Gewinn.

Addo etiam primam notam:

„*Mit feuchtem Zaum*) Unſer Frantzöſiſcher „Tichter, welcher dem Meer und Winden „Zaum und Zügel anlegt, ahmet denen ehe„maligen geſchickteſten Poeten nach, die in „ihren Gedichten eben dergleichen verblüm„ter Redens-Arten ſich bedienet. Denn alſo „ſingt der fürtreffliche Virgilius Æneid. V. v. „662 ſq von des Feuers grauſamer Wuht:

„——— *Furit immiſſis Vulcanus habenis*
„*Tranſtra per & remos, & pictas abiete puppes;*
„——— *Des Feuers Flamm und Gluht*
„*Ergrieff mit freyem Zaum und nicht geringer Wuht*
„*Die Maſt-Bäum, Ruder, Seil', auch die gemahlten Decken.*

„Der teutſche Harsdörffer ſcheint unſern Scri„benten auch ehemals geleſen zu haben, wie „aus deſſen folgenden Reimen erhellet, in „welchen er des Höchſten Allmacht alſo be„ſchreibt:

„*Er leitet Reihenweis der Silber-Sternen Lauff,*
„*Er hält den feuchten Zaum der Meeres-Wellen auff.*

„Jm Frantzöſiſchen wird unſerm GOtt die„ſerwegen der Beynahm eines wahren Neptu-

„ni

„ni beygelegt, als welchem die alten Hey-
„den die Herrſchafft des Meers zugeeygnet,
„und ihn vor den dritten Sohn des Saturni ge-
„halten. Allein, dieweil ſolcher bey einer
„ſo heyligen Sache zarten Gemûhtern anſtös-
„ſig ſeyn mögte, wird er billiglich an dieſem
„Orte auſſen gelaſſen; gleich wie man auch
„ſtatt des Æoli, Jupiters Sohn, welcher, nach
„der alten Heyden Wahn, die Winde ver-
„ſchloſſen hielte, lieber den allmächtigen
„GOtt ſelbſten, als den wahren Gebieter des
„Meers und der Winde, vorſtellen wollen. Zu-
„mahl da auch der Zierlichkeit dieſes Ge-
„dichts hiedurch im geringſten nichts abge-
het. Ex his de reliquis fiat iudicium.

Hiſtoria Naturalis Ducatus Sleſuic. & Holſat. Ad hanc conficiendam magno ipſi ſunt vſui ſcripta Saxii, qui naturalia quoque diligenter annotauit.

Propediem etiam, iam transmiſſae, duae *Obſeruationes in Miſcellan. Natur. Curioſor*, comparebunt. Tituli earum ſunt

Linguae Ductus Salivalis Calculorum promus condus.

Globulus ſclopetarius 25 annos, & quod excurrit, in naribus deliteſcens.

Haec ſcripta vti omnino digna ſunt, quae cum erudito orbe communicentur, ita etiam luce neutiquam ſunt indigna quaedam rariora, quae, praeter ſcripta Saxiana, ſupra iam commemorata, in Bibliotheca ſua aſſeruat. Pauca de duobus ex αὐτοψίᾳ adiiciam. Sunt autem

I. Caſp. Danckwerthi Chorographia Ducat. Sleſv. & Holſat.

Hanc poſſidet Kryſingius noſter ab Anonymo, ſed viro doctiſſimo, & rerum ciuilium atque hiſtoricarum peritiſſimo, multis diplomatibus & aliis documentis, ex Archivis, quae ſaepius citantur, depromtis illuſtratam & auctam. Inſtructus etiam eſt hic codex egregio Locorum & Rerum Indice Alphabetico, MSCto. Addita eſt *Chorographia Oldenburgenſis & Delmenhorſtana*, ad modum Danckwerthianae facta, & nunquam edita. Inſcribitur: *Kurtze Landes-Beſchreibung beder Grafſchafften, Oldenburg und Delmenhorſt.* Cap. I. *von der Gelegenheit, Gröſſe, Art und Natur deſſelben.* II. *von den alten und volgenden Regenten dieſer Länder, wie dieſelbe bis auff itzige Zeiten* (1664) *fortgepflantzet, und was für Veränderungen, Theilungen, Accrementen und Decrementen ſich darin begeben.* III. *von denen alten und itzigen Einwohnern dieſer Lande.* IV. *von der Forma Regiminis dieſer Lande.* V. *von der Eintheilung dieſer Länder, und in wie vielen Provincien dieſelben beſtehen.* VI. *Der Grafſchafft Oldendurg ſpeciale Beſchreibung.* VII. *Der Grafſchafft Delmenhorſt ſpeciale Beſchreibung.* VII. *Speciale Beſchreibung des Moermer-Landes.* IX. *Des Jade-Landes ſpeciale Beſchreibung.* X. *Stadt und Butjadinger Landes ſpeciale Beſchreibung.* XI. *Der Herrſchafft Jever ſpeciale Beſchreibung.* Prolixum ANTONII GVNTHERI Teſtamentum ex autographo deſcriptum hic exhibetur. Ex quo licebit

licebit etiam coniicere, quod magnus quidam Politicus huius Deſcriptionis auctor ſit.

II. Iac. Holſtii Commentar. in Celſum.

Inſcriptio haec eſt: *Iacobi Holſtii, Medici quondam Huſumenſis, dein Tönningenſis, Emendationes Librorum IV priorum A. Corn. Celſi de Re Medica ex autographo accurato ſtudio deſcriptae.* Contulit autem Holſtius inter ſe potiores Celſi editiones eo fine, vt veram lectionem erueret. Alios Celſi editores, in primis vero *Lindenium*, ſiue, vt ipſe vocat, *Lindanum*, caſtigat, quamuis vbi rem acu tetigit, laudi ipſius non parcat. Honorificam & Holſtii & huius operis mentionem facit Morhofius Polyh. Liter. L. IV. c. 12. §. 7. p. m. 174 & Tom. III. L. VII. §. 2. p. m. 116., vbi dolet quidem, Holſtium Codicibus manu exaratis fuiſſe deſtitutum, ſignificat tamen, ſibi pariter ac Io. Georg. Graeuio laborem Holſtii vehementer placuiſſe. Praeterea non refert ſolum, quod Graevius *Emendationum editionem valde vrſerit*, verum ipſe etiam iudicat, quod *luce dignus labor Holſtii ſit.* Specimen aliquod ex codice, qui in Bibliotheca Kryſingiana aſſeruatur, ac duo Alphabeta, & quod ſupereſt, implet, hic pace poſſeſſoris ſiſtere, tam Medicinae, quam humanitatis cultoribus, qui vtrique lubentisſime Medicorum Ciceronem euoluunt, gratum fore confido, idque eo magis, quo certius, quod viri quidam docti Holſtii promiſſa intercepta doluerint. Vid. Epiſtol. ad Marq. Gudium p. 58. Fabricii Biblioth. Latin. p. m. 326. Videbunt inde, quam

quam accurate Holſtius interdum minutiſſima etiam obſeruauerit. Hoc autem eſt Emendationum Holſtianarum initium:
Ruellius ſic orditur: *Artium Aurelii Cornelii Celſi liber primus incipit.*

Hæc nusquam quidem non eſt. Siquidem etiam imperitiſſimæ gentes herbas aliaque) Diſt: *Hæc nusquam quidem non eſt; ſiquidem etiam imperitiſſimæ gentes herbas aliaque.* Sunt vero *imperitiſſimæ gentes* die allereinfältigſte und ſchlechteſte Völcker. Vide Gronov. Obſ. L. IV. c. 3.

Hæc nunquam quidem) Sic Florent. & Mediol. Codex, Cæſarius, Conſtantinus, Lindanus & alii. At Egnatius & Tornæſiana exemp: *Hæc quidem nusquam.*

Noverunt) in Perfecto ſignificatio Præſentis eſt: ich kenne. At *noſco* in Præſenti: ich lerne kennen. Vide Diomed. L. I. & Voſſ. de Analog. L. III. c. 39.

Auctor Æſculapius) Sic Flor. & Mediol. Codex. Egnatius paſſim *Author* exprimit.

celebretur. Qui quoniam) Diſt: *celebretur, qui quoniam.*

Podalyrius) Meliores editiones, ut Florent. & Mediolanenſis aliæque habent: *Podalirius.* Graece apud Homer. eſt Ποδαλείριος.

attulerunt. Quos tamen) Diſt. *attulerunt, quos tamen.*

ſed vulneribus tantummodo ferro & medicamentis) Diſt: *ſed vulneribus tantummodo, ferro & medicamentis*, h. e. tantum vulneribus, non etiam aliis morbis, & ferro & medicamentis ſubueniebant.

Hoc

Hoc enim non ipſe ſolum Homerus, cuius hic meminit Celſus, clare oſtendit, ſed & expreſſe Plinius L. XXIX. c. 1 his verbis arguit: *Clara Traianis temporibus* (ars medendi) *de quibus fama certior, vulnerum tamen duntaxat remediis.*

Eodemque auctore) Lege: *eodem quoque auctore.* Florent. Codex habet: *eodem vero auctore*, quod genuinum eſt.

opem poſci) Cic. IV Tuſcul: *Popoſci eorum aliquem, qui aderant, cauſam diſſerendi.* Perſ. Sat. II: *Poſcis opem nervis corpusque fidele ſenectæ: Eſto age, ſed grandes patinæ tucetaque craſſa Annuere his ſuperos vetuere, Jovemque morantur.*

inter nonnulla auxilia) Hanc omnium codicum lectionem ſic ſollicitat Lindanus: *inter non multa auxilia.* Sed quis Latinorum: *non multa auxilia* diceret, qui vna voce, *pauca*, poſſet dicere. Retineo igitur: *inter nonnulla auxilia.*

luxuria tentarant) Melior codicum lectio eſt: *luxuria vitiarant*; *ſiquidem hæc duo, corpora prius.* Et ſic diſtinguenda poſtrema quoque ſunt, quæ male diſtinxit Lindanus.

affixerunt) *Affligere* proprie eſt ſternere atque ſubvertere, quicquid ſtat erectum, ſive moventium numero ſit, ſive immobilium. Gronov. Obſerv. IV. c. 8. Hic ergo per metaphoram ſumitur pro *perdere.*

neque olim apud Græcos, neque apud) Neſcio cur *apud Græcos*, in hoc textu omiſerit Lindanus. Typographi errore factum reor, quod fieri non debuit, inuita codicum ſcriptura, manca etiam ſententia. Omiſit prius in ſuo exemplari eodem

errore

Digitized by Google

errore Pantinus & Cæſarius & Ruellius, itemque Florentin. & Mediolanenſis codex. At Egnatius expreſſit.

aliquos ex bonis) Præfero lectionem: *aliquos ex nobis*. Sed in quam elegantiam mutat Lindanus? *aliquot ex nobis*. Annon Celſus L. VI. c. 7. §. 8: *tum cibis vtendum acribus & extenuantibus, interpoſitisque aliquibus diebus ex ſinapi gargarizandum*. Cic. pro Marcell: *Neque enim culpa tua eſt, ſi te aliqui timuerunt*. Coniicio primam ſcripturam fuiſſe: *aliquos ex moltis*, vel *multis*. Simili fere modo Celſus paulo poſt: *Cum propria cuiusque ex multis animalibus noſſe non poſſint, communibus tantummodo inſiſtunt*. Eſtque idem: *vix aliqui ex multis*, quod Cicero *vix paucos* dicit, vt 1 de Orat: *In dicendo excellentes vix paucos proferre poſſumus*. Trebellibus Pollio in Claudio: *Hos breui tempore attrivit. De his vix aliquos ad patrium ſolum redire permiſit*.

nonnulli clari viri) Sic vulgati habent codices. Sed laudanda hic Lindani induſtria eſt, qui ſiue ab ingenio, ſiue MS. melioris monitu reponit: *nulli clari viri*. Ego diu ante, quam Lindani exemplar videre contigit, ad hunc locum ſic commentatus ſum: Niſi multum fallor, pro *nonnulli* hic eſſe *nulli* legendum cenſeo. Etenim omnino bene ex Homero probat hoc loco Celſus, morbos ad iram Deorum tum relatos, ab iisque, non vero a Medicis opem poſci ſolitum eſſe, idque etiam exemplo Plauti coeci apud Ariſtophanem manifeſtum eſt, cui cum viſum reſtitutum vellet Blepſidemus, cum Chremylo conſultat, annon ἰατρὸν εἰσαγαγεῖν ἔρχῃν τινα.

Reſpon-

Reſpondet autem Chremylus : *τίς δῆτ' ἰατρός ἐστι νῦν ἐν τῇ πόλει. οὔτε γὰρ ὁ μισθὸς οὐδὲν ἐστ', οὔθ' ἡ τέχνη.* Concludit ergo ita : *κατακλινεῖν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ κράτιστόν ἐστι.* Ex quibus quis non inferat facile , quod neque fuerint , neque eſſe potuerint illa tempeſtate ob hanc cauſam ulli Medici ? Præter ea addit Celſus, ne fuiſſe quidem neceſſariam ea tempeſtate Medicorum artem propter incorruptam & a vitiis luxuriæ deſidiæque liberam tunc hominum vitam, quodque paucisſimis ea ætate, & raro ægrotantibus pauca etiam, & quæ quilibet facile noviſſe poterat, ſufficere curandis medicamenta potuerunt. Hæ igitur cauſæ, propter quas Medici primis temporibus nulli eſſe potuerunt, poſtquam propoſitæ hoc loco a Celſo ſunt, ſubiicit idem protinus concluſivam particulam : *Ergo etiam*, quæ ad illas cauſas refertur. Ut igitur conſequens eſſe conſonum & conveniens antecedenti debet, ſic hoc loco putem quoque, concluſionem cauſis illam antecedentibus convenire debere. Convenit autem univerſalis negativa hæc: *Ergo etiam poſt eos, nulli clari* &c. *ἀνακόλουθος* vero particularis affirmativa eſt. Quod ſi autem particularem tamen hic poſuiſſet Celſus, non potuiſſet idem quoque non aliquos hic expresſis nominibus claros viros meminiſſe, quod non fecit. Quinimo expreſſe contra Plinius L. XXIX. c. 1. docet, omnia, quæ de Medicinæ progreſſu a bello Troiano ad Peloponeſiacum dici deberent, ut mirum dictu ſit, quantis tenebris latuerint, ſcilicet quia non fuerunt ob prædictas

dictas cauſas viri, qui Medicinam excoluerunt, donec Philoſophiæ ſtudium coepit.

agitari coepit) *Coepit* per *oe* eſt ab antiquo *coepio*. A *capio* vero *cepi* dicimus, ait Voſſius in Ariſt. L. I. c. 43. Idem L. III. c. 39 a *coepio* derivat *coeptus ſum*. Quod idem illi eſt, quod *coepi*.

qui corporum ſuorum robora, quieta cogitatione) Probo magis aliorum codicum hanc lectionem: *qui corporum ſuorum robora, inquieta cogitatione* &c. Verum cum animo perpendo, cogitationem, quae ſtudiis coniuncta eſt, nec quietam recte, nec inquietam poſſe dici (quemadmodum Tacitus I Hiſt. *inquietam auctionibus urbem* exponit *urbem, in qua auctiones quietem turbabant*; Val. Max. L. VIII. c. 8: *Scævola autem quietæ remisſionis eorum certisſimus teſtis*; Idem L. VIII. c. 14: *Ob id noctes inquietas exigens*), eo inclino, ut legendum & diſtinguendum ſic cenſeam: *qui corporum ſuorum robora in quiete, cogitatione nocturnaque vigilia minuerant*. Quies enim corporibus nocet; vnde Celſus L. I. c. 1 ſanum hominem iubet interdum quieſcere, ſed frequentius ſe exercere, ſiquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat: illa maturam ſenectutem, hic longam adoleſcentiam reddit. Idem Celſ. L. II. c. 15: meliusque in quiete eiusmodi impetus ſuſtinetur.

inquieta) Poteſt etiam legi: *inquiete*, ſi Priſcianum audimus, qui Lib. V ex Salluſt. L. I. Hiſtor. hoc citat: Nobis primæ diſſenſiones vitio humani ingenii evenere, quod *inquies* atque indomitum ſemper, in certamine libertatis aut gloriæ, aut dominationis agit.

memoria

memoria dignis) Sic pleræque editiones. Primæ vero, Mediolanenſis & Florentina, habent: *memoria dignus*. Cic. V. de Fin: In quibus memoria dignos viros accepimus multos eſſe verſatos. Egnatius quoque *dignus* expresſit.

Diocles Caryſtius) Florent. codex *Cariſtius* per ſimplex *i* ſcribit.

iisdemque temporibus) Lege: *iisdem quoque temporibus*. Sexcenties alias idem erratum in Celſo pasſim corrigendum eſt.

agitare) vet. cod. Conſtantini habet: *cogitare*. Quod probo. Similiter Cicero: *altius cogitare*.

trunca & debilis) Qua hæc metaphora dicta ſunt, ex nullo auctore clarius patet, quam ex Curtio, qui L. IV. c. 15 de militibus Alexandri, in quos currus falcati inciderant: *amputata virorum membra iacebant, & quia calidis adhuc vulneribus aberat dolor, trunci quoque & debiles arma tamen non omittebant, donec multo ſanguine effuſo exanimati procumberent*. Val. L. II. c. 7: *Trunca præ ſe brachia geſtantes*, de iis, quibus manus erant abſciſſæ.

& aliqui non mediocres) Rectius Lindanus: *& alii quoque non mediocres*, id quod Conſtantinus ex vet. cod. fide primum reſtituit.

quæ morbis medetur) lege contra codicum conſenſum hic: *quæ victu morbis medetur*. Non enim vna tantum pars Medicinæ morbis medetur, ſed omnes tres. At in una parte, quæ διαιτητικὴ dicitur, diſſenſio nobilis, Dogmaticorum & Empiricorum præcipue, eſt. Miror Lindano huius vocis defectum non incidiſſe, etiamſi co-

dices nulla litera ſubmoneant. Pantini exemplar item omittit, imo omnia. Solus Conſtantinus pro *victu* : *medicamentis* ſubſtituit, neque acu rem tetigit.

rerumque ratione) Lindanus habet: *rerumque naturalium ratione*. Sed commentum id arbitror, quia fere Celſus *res naturæ* dicit, non vero *res naturales*. Et hic error autorem Conſtantinum habet.

vel ſuperans aliquod) Sic corrigo. So aus den vier Elementen eines überflieſſend / oder ermangelnd &c. vulgo habetur: *ſuperans aliquid* h. e. So aus den vier Elementen etwas überflieſſend / oder ermangelnd &c. Vide L. V. n. 371.

eas venas) Quidam codices legunt: *eas arterias*, quod non ab autoris, ſed commentatoris, nempe Conſtantini, eſſe manu ſuſpicor. Nam etſi quidem arteriæ, quas hoc tempore vocamus, hic proprie intelligantur, non tamen Celſi ætate hac ſignificatione in uſum loquendi veniebant, ſed promiſcuum erat *venæ* pro *vena* & *arteria* nomen, quod multis confirmare exemplis liceret, niſi unicum Poetæ illud ſufficeret: *Tange miſer venas*.

prima origo cauſa) Mallem: *primæ origo cauſæ* legere, niſi ſimiliter dictum intelligatur: *Ac ne ap. hos quidem a prima origine*.

origo cauſæ) vid. Comment. L. II. c. 1. n. 15 & n. 19.

quod ante coniectura aliqua didiciſſent) probatior codicum lectio eſt: *quod ante coniectura aliqua duxiſſent*. Lindanus ex hoc immutat: *ad quod ante*

ante conjectura aliqua ducti eſſent. Nec improbo. Mallem: *ad quod ante conjectura aliqua duxiſſet.* Et ſic primum exemplar Florentiæ an. 1478 impreſſum ſignavit, etſi particulam *ad* omiſit. Ex quo conjecturam facio, legendum hic eſſe: *Quo ante conjectura aliqua duxiſſet*: Wohin &c. Sic Cic. ad Fam. X. ep. 12: *Nec quo progredi velles, exploratum ſatis habebat.* Egnatius quoque item, vt Florent. codex *ad* ſcripſit.

an initia pleraque) Lindanus corrigit: *an initio pleraque.* Sed caſta genuini ſenſus lectio nonnullorum eſt: *an nunc iam pleraque* &c. Ad: Pantini, Conſtantini, Cæſareique exemplar exprimit poſt Florentini Mediolanenſisq; fidem.

oſtenderit. Et ideo) Lege & diſtingue: *oſtendederit, ut ideo* &c. Et ſic Lindanus quoque expreſſit.

ea coeperint, ſine quo) Lindanus: *ea coeperint; ceu ſine quo.* Sed abundat hic illa vocula, quæ in ſeqq. quoque Celſo omiſſa eſt, quando ſimpliciter ponit: *Sine quorum notitia neminem putant* &c.

occurſurum enim initio dicunt) Sic Lindanus. Sed retineo potius, quod plerique codices habent: *occurſurum enim vitio dicunt.*

ſubmittant ſe) Egnatius: *ſubmittant ſeſe.*

per quas ſpiritum trahimus & emittimus cibum, potionemque, & aſſumimus & concoquimus) Levicula diſtinctio ſenſum hic plane invertit, quam tamen Ronſeius & pleraque impreſſa exemplaria pene firmarunt. Sed neſcio, quis non alius facile videat, diſtinguendum hic meliori ſenſu ſic

eſſe: *per quas ſpiritum trahimus & emittimus; cibum potionemque & aſſumimus & concoquimus.* Ita enim reſpirationis ſimul & inſpirandi & exſpirandi actum, h. e. diaſtolen & ſyſtolen eadem oratione complectimur. Et ſic quoque alias locutus eſt, ut lib. VIII. c. 1. cum ait Celſus: *Spiritum* (itinera a naribus in fauces pervia) *& reddunt & accipiunt.* Præter ea convenienter quoque per hanc dictinctionem cibus prius aſſumi & concoqui, quam emitti, dicitur. Omnino igitur bene Lindanus eodem modo, quo nos, hæc ipſa diſtinxit. Nec aiiter poſt Florentinum exemplar Pantinus, Conſt. Cæſar. aliique. Primus ergo corruptor Ronſeius.

comperta) A verbo activo *Comperio* eſt, quod ſcilicet idem eſt, *ab alio cognoſco.* Verbum omnibus temporibus expletum Terentio, Ciceroni, Cæſari & aliis frequens. At *Comperior* eſt, in ea opinione colligo, ex eo, quod compertum habeo, h. e. pro explorato, ut auctor eſt Diomedes. Sed hæc ſignificatio in Futuro & Imperativo, addo etiam in Perfectis, deficit. Neſcio, cur hanc Diomedis diſtinctionem improbet Voſſius de Anal. c. 33, qui Salluſtio & aliis uſum ſignificationis activæ in *Comperior* adſcribit, a *Comperio* non differentem.

morbis, intra hæc naſcentibus) Sic nonnulla legunt exemplaria a Conſtantino interpolata, quæ probavit Lindanus. Ego alia potius ſequar, quæ habent: *morbis, inter hæc naſcentibus.* Et ſic prima editio Florentina expreſſit, itemque Mediolanenſis & Egnatius.

Ex

Ex quibus quam maxime pertinere ad rem concoctio videtur. Huic potiſſimum) Quædam exemplaria diſtinctius ſic legunt: *Ex quibus, quia quam maxime pertinere ad rem concoctio videtur, huic potiſſimum* &c. Hæc ſecutus eſt Lindanus. Ego initium ſic ſtatuo: *Et quia quam maxime* &c.

ſi hoc; aliud, ſi illud) Sic Ronſeius ex Flor. & Mediol., cum alii tamen codices melius: *ſi hoc; alium, ſi illud* &c. quos maluit ſequi quoque Lindanus, præeunte Conſtantino.

calorem moveat) Sic quædam impreſſa exemplaria. Ex aliis Lindanus habet: *calorem foveat.* Utrumque commode dicitur, niſi quis hoc magis naturalem calorem ſignificare, illud præternaturalem cenſeat, qui procul habendus eſt. Sed Celſus L. I. c. 3: *eo tempore anni calidis omnibus potius utendum eſt, vel calorem moventibus.*

eademque ratione) lege: *eadem quoque ratione.*

cum ſomnus aut vigilia urgent) Lindanus, neſcio quo uſu, præfert: *urget.* Et ſic Florentinum quoque exemplar.

quæ ipſe ignoret) Non ſine ratione eſt, quod Lindanus contra impreſſorum fidem hic legit: *quas ipſe ignoret.* Sed tum quidem ſic ordinem: *neminem putant his, quas ipſe ignoret, adhibere poſſe remedia.*

eorumque poſituram) annon potius: *poſitum.* Sæpe enim alias hac voce utitur Celſus; raro, vel nunquam, illa. Sic enim paullo poſt: *Ita ſedem, poſitum, ordinem, figuram ſimiliaque cognoſcere.* Et iterum: *nam poſitum & ordinem noſſe debent.* L. V. c. 12: *cum poſitus interiorum partium oſtendimus.*

mus. Et L. VIII. c. 1: *de poſitu & figura oſſium totius humani corporis.* Et paulo poſt: *prius poſitus figuraſque earum indicabo.*

lævorem) Flor. codex *livorem* ſcribit.

lævorem, contactum) Neſcio, qua fide Lindanus contra codicum fidem hic legat: *lævorem, confractum.* In vulgata lectione plana eſt ſententia. Quo ſucceſſu *confractum* hic tueri poſſit, ipſe videat. Florentinus Codex, Cæſarius & Pontinus: *contactum.* Sic Celſus L. II. c. 17: *ſub primo contactu aquæ calidæ.* Sed Lindanum deceperunt Conſtantini commentationes non fidæ. Ruellii codex habet: *mollitiem, livores, contractum* Quod Rubeus in MS. quoque reperiri teſtatus longe petita ratione *contractum* per *aſperum* interpretatur, ne legendum ſit *confractum*, quod quidam volunt, quo ad Conſtantinum reſpexit. Mediolanenſis codex per errorem typogr. ſcribit: *cortractum.*

& receſſus, & ſive quid) Lindanus: *& receſſus, ſive quid* &c. nec id ſine gratia, ut poſterior paragraphus prioris explicatio ſit, eaque vitetur tautologia.

qui ſanæ cuiusquam) Sic impreſſa pleraque. Lindanus pro *cuiusquam* ponit *cuiusque*, levi admodum differentia ſententiæ: quod ab Egnatii exemplo eſt.

quid corruptum ſit. Ita ne ſuccurrere quidem poſſe corruptis; aptiusque) Diſtinguit quoque eodem modo Lindanus, ſed pro *ita ne* contra codicum fidem ponit *ideo nec.* Et ſic ſæpe Lindanus minimas particulas eleganter poſitas in peius mutat.

Digitized by Google

tat. Celſus contra L. V. c. 17: *Itane ſuccurrere quidem ſtatim ſibi poſſunt.*

quæ poſita ſunt) Lindanus: *quæ propoſita ſunt.* Quædam exemplaria præferunt: *quæ intus poſita ſunt.* Nec male.

Ita neque diſputationi) Lindanus mutat: *Itaque neque diſputationi.*

ratiocinatio hoc faceret) Meliori gratia contra impreſſorum fidem Lindanus hic poſuit: *ratiocinatio hos faceret*, ſc. Medicos.

Quod ſi morbos eædem cauſæ facerent ubique, remedia quoque ubique eadem eſſe debuiſſe) Pro *debuiſſe* nonnulla exemplaria male habent *debuiſſent.* In coeteris conſtans eſt veritas & conſenſus. Cur igitur Lindanus in hasce ambages voluit mutare: *quod ſi morbos hæ cauſæ facerent, quæ ubique eædem eſſent, remedia quoque ubique eadem eſſe debuiſſe.* Interpretis alicuius hæc eſſe, non Celſi proprias elegantias reor. Sed Flor. codex & Ruellius ſimiliter prodidit.

Ac nihil iſtas) Hæc Lindani correctio ex fide Florent. Codic. Cæſarei, Conſtantini aliorumque eſt. Mihi adverſativa hæc, impresſis ceteris omnibus approbata, placet: *At nihil iſtas cogitationes ad medicinam pertinere, eo quoque diſci* &c. Et ſic diſtinguenda recte poſtrema ſunt.

de his ſenſerint) Egnatius: *de his ſcripſerint.*

ne inter initia) Huc pertinet, quod ſcribit Quintil. Inſtitut. Orat. L. II. c. 17: Illud admonere ſatis eſt, omnia, quæ ars conſummaverit, a natura initia duxiſſe. Aut tollatur medicina, quæ ex obſervatione ſalubrium atque his contrario-

Digitized by Google

rum reperta eſt, &, ut quibusdam placet, tota conſtat experimentis. Nam & vulnus deligavit aliquis, antequam hæc ars eſſet; & febrem quiete & abſtinentia, non quia rationem videbat, ſed quia valetudo ipſa coëgerat, mitigavit.

magis eorum morbum eſſe) Lind: *morbum fuiſſe.*

febris id fecerint) Lege cum Lindano *fecerant.* Sic item paulo poſt pro *implerent* lege *impleránt.* Nam paulo ante ſimiliter poſitum eſt: *qui abſtinuerant.* Facilis hic lapſus, unde codicum vitia.

Repertis deinde iam medicina) Lindanus voculam *iam* ex Egnatio, neſcio qua meliori elegantia, omittit. Ruellius: *Repertis deinde medicinæ iam.* Florentinus codex: *Repertis deinde iam remediis.* Mediolanenſis: *Repertis deinde medicinæ remediis.*

Requirere etiam, ſi ratio idem) Nonnulla exemplaria habent: *Requiritur etiam, ſi ratio idem* &c. Priorem lectionem ſequitur Lindanus, & per inſcitiam voculam *ſi* omittit. Ego legendum ſic cenſeo: *Requiri vero etiam*, (ſc. contendunt contra Rationales Empirici) *ſi ratio*, h. e. *an ratio* &c. idque ad imitationem Græcæ vocis εἰ pro *an.* Non ipſe modo Celſus alias ſæpe ſic loquitur, ſed & probatisſimis Latinis auctoribus eadem elegantia placet. Terent. Heaut. Act. I. ſc. 1: *viſam, ſi domi eſt.* Propert. II. 29: *Mane erat, & volui, ſi ſola quieſceret illa, viſere.* Horat. Epiſt. L. I. ep. 3:

Debes hoc etiam reſcribere, ſi tibi curæ

Quanta

Quanta conveniat, Munatius: an male ſarta
Gratia nequicquam coit, & reſcinditur? ——

Græcum exemplum eſt in Lucian: *Ἄκουσον ὦ Μίνως, εἰ σοι δίκαια δόξω λέγειν; Audi, Minos, an tibi iuſta dicere videar.* Adeo multum in minimis particulis mutandis, vel omittendis, licere ſibi, male putat Lindanus.

eſſe contrariam) Sic eleganter omnia impreſſa. Lindanus male mutat, legendo: *etiam contrariam*, cum ſimul ſupervacua & contraria quoque experientiae ratio haud eſſe queat. Sed Florentinus codex ſimiliter exhibet, itemque Mediolanenſis.

Nunc vero iam explorata eſſe) Sic conſtanter ſimul & eleganter codices. Lindanus nihilominus mutat: *Nunc vero illa explorata eſſe.* Secundo iam (quod §. an initia pleraque &c. videre poteris) uſitatisſimam Latinis auctoribus phraſin, *iam nunc*, tanquam ſuppoſitum aliquod a noſtro autore reiicit. Ego genuinum ſequentibus exemplis firmabo. Terent. Adelph. Act. IV. ſc. 4: *Nunc iam porro, Aeſchine, expergiſcere.* Plaut. Milit. Act. IV. ſc. 8: *Ibo hinc intro nunc iam.* Idem Milit. Act. II. ſc. 6: *Non iam nunc aliquo aufugiam, & me occultabo aliquot dies.* Apuleius Met. L. VI. c. 98: *Sed iam nunc ego ſedulo periclitabor, an oppido forti animo ſingularique prudentia ſis prædita.* Virg. Aeneid. L. VI:

Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.

Catull: *Nunc iam nulla viro iuranti femina credat.*

Ovid.Met.L.15: *Et referam, ne ſis iam nunc ignara futuri.*

Curt. L.VII. c.3: *Iter pronunciari iubet in Ariaſpas, quos iam nunc mutato nomine Evergetas appellebant.* Pluribus opus exemplis haud credam eſſe.

explorata eſſe, neque ulla) Diſt: *explorata eſſe. Neque ulla* &c.

& per eius ſimilitudinem) Male Conſtantinus: *poſt eius ſimilitudinem* expresſit.

irrationale animal) Sic omnia legunt exemplaria ex fide Cod. Florent. Neque id contra analogiam ulla parte eſt. Nam *rationalis* eſt, qui ratione utitur: *rationabile* eſt, quod ratione comprehendi poteſt. Eodem modo *irrationalis* & *irrationabile* intelligendum, ut adeo dicendum rectius ſit animal *irrationale*, quam *irrationabile*. Cur igitur Lindanus & Codicum fidem & *ἀναλογίαν* ſollicitat legendo: *irrationabile animal*? Ita Ruellius quoque & Mediolanenſis Codex.

pertinere: quia non) Diſt. *pertinere, quia non* &c.

Neque ad rem pertineat) Melior gratia exemplaribus, quae ſervant: *Neque ad rem pertinere.* Et ſic Lindanus quoque expresſit.

quid optime) Ruellius: *quam id optime.*

concoctio incidat) Placet magis illa exemplarium aliorum ſcriptura: *concoctio intercidat*, quam ſecutus quoque eſt Lindanus. Sic Celſus L. V. c. 12. §. 10: *Senſus intercidit.*

ſive tantum digeſtio) Annon? *ſive ſaltem digeſtio.*

remediis curari. Quæ ſi quis elinguis, uſu diſcretæ bene norit) Diſt. *remediis curari, quæ, ſi quis elinguis.*

guis, *uſu diſcreta*, *bene norit* &c. Nonnulla exemplaria male variant: *uſu diſcretus.* Obiter nota, quod *elinguis* idem, qui *mutus* ſit. Prudent. *Elinguis oris organum Fautor move.* Casſianus in Præfat. Monach. Præcept. *Me quoque elinguem atque pauperem ſermone & ſcientia, ut aliquid ad complementum tui deſiderii de inopia ſenſus mei conferam, poſcis præcipisque.*

Nam colorem, lævorem) Ruellius: *colorem, livorem.* Sic Flor. Codex quoque.

integro fuerint: quia cum corporibus inviolatis) Sic omnia exemplaria. Lindanus hic de mendo videtur ſuſpectaſſe, ideoque ab ingenio ſic correxiſſe: *integro fuerint. Tum quia corporibus* &c. Sed res ipſa oſtendit, codicum fidem cum Lindani errore hic eſſe commutatam. Ego nihil plane muto, ſed potius textum ſic interdiſtinguo: *integro fuerint, quia cum corporibus inviolatis; hæc tamen* &c.

cum corporibus inviolatis) Ruellius: *quia cum corporibus inviolata ſunt; hæc tamen.*

lasſitudine, mille aliis) Alia exemplaria rectius: *lasſitudine, milleque aliis.* Non extra cenſuram tamen hanc bonitatem ſinit eſſe Lindanus mutando: *lasſitudine & mille aliis.* Ego laureolam in eiusmodi muſtaceo non quæram.

ſæpe mutentur: multo magis veriſimile eſt) Sic optima quæque legunt & diſtingunt exemplaria. Lindanus cum hoc loco iterum mutat, ſuo exemplo verum eſſe probat, quod error errorem trahat. Nam ut proxima paragrapho male antiqua novavit, ſic hac ipſa idem quoque facit, cum

cum legit: *ſæpe mutantur.* *Unde multo magis* &c. Sed in vulgata lectione antiqua ſimul elegantia & congrua vero ſententia expreſſa, ſaltem longiori paragrapho obſcurata leviter eſt, quæ tamen hac verborum ſtructura claret: *qualia integro fuerint; quia multo magis veriſimile eſt, interiora, quibus maior mollities, luxque ipſa nova eſt, cum, corporibus inviolatis, hæc tamen metu, dolore, inedia, cruditate, laſſitudine milleque aliis mediocribus affectibus ſæpe mutentur; ſub graviſſimis vulneribus & ipſa trucidatione mutari.* In hac conſtructione aperta eſt ſententia; elegantius vero verba ſic ordinantur: *qualia integro fuerint, quia, cum corporibus* &c. *mutentur; multo magis veriſimile eſt, interiora, quibus* &c. *mutari.* Ex his patet, Lindanum plus ſibi in corrigendo Celſo ſæpe ſumere, quam codicum fides permittit, & marginibus adſcriptas huius vel illius quascunque coniecturas pro bonis emendationibus afferre.

Nam uterum quidem, qui) Alia nonnulla exemplaria minus bene habent: *Nam ne uterum quidem, qui minus* &c. ut Conſtantinus in margine. Ex his maiori veritatis ſpecie, quam effectu Lindanus locum ſic transſcripſit: *Nam ne uterum quidem, ut nihilominus aërem contineat, ſpirante homine poſſe diduci: ſimulatque vero* &c. Nam quo valeat contra anatomiam dictum, uterum non poſſe diduci, ut nihilominus aërem contineat? Annon adverſativa: *ſimulatque vero* monere Lindanum potuit, quia aperto pectore animal protinus exſpirat, in antecedente paragrapho ſententiam eſſe debere, uterum quidem vivo animali

mali poſſe diduci, ſed id tanti æſtimandum non eſſe. Et hoc ipſa experientia docet verum. Hisque ita ſe habentibus veterem vindico lectionem h. m: *Nam uterum quidem* (qui minus ad rem pertineat) *ſpirante homine poſſe diduci. Simulatque vero* &c.

amittere: itaque demum) Hæc Lindani emendatio eſt. Sed ipſi codices ſine mendis hæc habent: *amittere. Ita demum* &c. Proximus vero paragraphus: *Itaque conſequi Medicum* &c. meliora Lindanum docere hic potuiſſet. Itemque alius: *Ita ſedem, poſitum, ordinem, figuram.*

quale mortui ſit) Annon? *quale mortui eſt.* Quia ſequitur: *non quale vivi fuit.*

aliqua pars aperiatur, & in alio alia ſita, ita ſedem) Arridet aliorum exemplarium hæc lectio magis: *aliqua pars aperiatur & in alio alia: Ita ſedem, poſitum* &c. Lindanus iterum neſcio quo iure mutat: *aliqua pars, & in alio alia aperiatur. Atque ita ſedem* &c.

neceſſariam eſſe. Quæ etſi non) Diſt. *neceſſariam eſſe, quæ etſi non* &c.

habeant. Quantum vero) Diſt. *habeant; quantum vero* &c.

videri poſſint. Ea neque addicta alterutri opinioni ſunt, neque) Nodum hic in ſcirpo quærit Lindanus, qui mutare & corrigere amat, quæ nullatenus mutanda vel corrigenda erant. Celſi enim hoc loco inſtitutum eſt, verum de aliorum contentionibus interponere iudicium. Id vero eiusmodi eſſe prædicat, ut & neutram in partem magis inclinet, & utrique quoque ex toto non

non contradicat. Hæc omnia uno paragrapho male circumſcribit Lindanus, & coniungit neutiquam coniungenda, præterquam quod non omittenda omittat, atque omittenda inſerat, veluti voces *ſunt* & *perinde*.

ſcrutantibus) Flor. Codex *ſcruptantibus* habet, itemque Mediolanenſis.

quomodo ſpiritus aut cibus vel detrahatur vel digeratur) Hanc lectionem Ronſeius aliique auctores boni ſervant, cum, ut ſpurium: *vel deferatur* pro *vel detrahatur* ad marginem ſeponant. Lindanus ex margine quaſi poſtliminio ad textum revocat: *deferatur*, quo minus animo advertit, id verbi ad ſpiritum referri, de quo nemo alius facile dixerit, quod deferatur, cuius proprium eſt trahi. Unde paulo ante convenienter quoque Celſus dixit: *per quas ſpiritum trahimus & emittimus*. Cum autem Celſus hoc loco tractionem ſpiritus denotare nobis voluit, quæ non modo intra corpus inſpirando, ſed & ex corpore exſpirando peragitur, puto, proprium verbum diſtrahendi ab ipſo eſſe poſitum, quo in hanc & illam partem ſpiritus tractio intelligatur. Optima igitur ſcriptio eſt, quam nonnulla exemplaria ſervant, eiusmodi: *ſpiritus aut cibus vel diſtrahatur, vel digeratur*, ut, quod poſtremum eſt, de cibo intelligatur.

tamen eas adiuvat) Lege: *tamen eas adiuvant*. Sic recte quoque Lindanus. Quod & Conſtantinus in margine ſervavit.

quamvis non faciat medicum aptiorem, tamen medicinæ reddit perfectum. Verique ſimile eſt) Sic exem-

Digitized by Google

exemplaria quædam fide non bona exhibent ſcriptum. Emendatiora alia, maximeque Conſtantini, veram lectionem ſic ſervant diſtinctam: *quamvis non faciat Medicum, aptiorem tamen Medicinæ reddit atque perfectum. Veriqueſimile eſt* &c. Luce meridiana clariora ſunt, quæ in his dicuntur. Tenebras tamen craſſa nonnullorum interpretum circumfundit ignorantia, qui neſcio quibus modis interpolare Celſum audent. Sententia vero illius hæc eſt, quod, quamvis Philoſophiæ ſtudium Medicum non faciat, addiſcendæ tamen Medicinæ aptiorem, atque in exercenda quoque perfectiorem idem reddat. Hoc enim vel ex eo ſatis patet, quod ſtatim ſubiicit, Hippocratem & Eraſiſtratum non ideo Medicos fuiſſe, quod fuerint Philoſophi; ſed Philoſophiæ tamen debuiſſe, quod maiores, quam alii, fuerint Medici. His igitur ita ſe habentibus, videat, quomodo ſuam emendationem, vel ut rectius dicam, errorem tueri poſſit Lindanus. Catioribus vero hæc indicio ſint, Lindani pleraſque emendationes ſæpius ab ingenii minus tuta, quam codicum fide ſtare. Hinc ſuam ille concinnavit emendationem.

ulcera agitare) Mallem *cogitare*. Cic. II de Leg: *Nihil in his locis, niſi montes & ſaxa cogitabam.* II Catil: *Deſinant furere & proſcriptiones & dictaturas cogitare.* L. XV. ad Fam. 16: *Si inſulam Britanniam coepero cogitare, eius εἴδωλον mihi advolábit ad pectus.* Quod ſi cui tamen τὸ *agitare* placet, ſubintelligendum erit: *animis*, ut Cic. pro Font: *vos ſæpius eandem rem animis agitare & diutius uno de teſte cogitare*

tare poteſtis. Alioquin ſimpliciter *ulcera agitare* eſt die Wunde aufreiſſen / ärger machen / quod patet ex Ovidio I Pont. eleg. 6:

——— Tractari vulnera noſtra,
Qualicunque modo mihi ſint ea facta rogare
Deſine; non agites ſi qua coire velit.

Sic Celſus L. V. c. 20: *Non idem periculum carcinoma affert, niſi imprudentia curantis exagitatum eſt.* Quidam codices ſic: *agitatum eſt* efferunt. Quod tamen vulgatæ lectioni fauet, ap. Iuſtin. L. VIII. c. 4 legitur: *Philippus venditatione gloriæ ſuæ tantarum urbium faſtidium agitat, atque utros potius dignetur, æſtimat.* Sed corrigo: *tantarum urbium faſtidio rem agit, at aſtu utros potius dignetur, æſtimat.* Gronovius Obſ. L. IV. c. 10 valde ſe hoc loco torquet.

ſcrutati ſunt) Florent. Cod. *ſcruptati ſunt.* Sic quoque Mediolanenſis.

etſi non inter obſcuras cauſas, neque inter naturales actiones, tamen ſæpe) Hanc lectionem Ronſeius aliique quaſi meliorem in textu exprimunt, alia quaſi deteriore ad marginem relegata, quæ hæc eſt: *etſi non ſemper inter obſcuras cauſas atque inter naturales actiones, tamen ſæpe* &c. Et hanc ego, tanquam genuinam, retineo. Lindanus, quem alterutram elegiſſe oportebat ſcriptionem, antiquum ſemper obtinet, ſemper contrarius mutandique ſtudioſus, quodque peius eſt, fere perpetuo meliora cum deterioribus. Illius error hac ſtructura facile pateſcit: *etſi inter obſcuras cauſas atque naturales actiones non ſemper, tamen ſæpe.* Neque enim negativa coniunctio, *neque,* inter-

interponi poteſt, quia non præceſſit negatio ad ſimilem cauſam pertinens, ſed negatio eſt inter *ſemper* & *ſæpe* referenda. Eſtque ſententia loci verá iſthæc: *Ratione vero ſæpius quidem inter obſcuras cauſas atque naturales actiones ipſi medicinæ opus, non tamen ſemper.*

rarius, ſed aliquando tamen) Eleganter in his exprimitur, quod una voce interdum poſſis dicere. Lindanus iterum temere immutat, & *τὸ tamen* eiicit. Si diligentius Celſum legiſſet, uſitatiſſimam eſſe huic auctori hanc phraſin facile didiciſſet. Inter alia enim L. III. c. 18 *raro*, inquit, *ſed aliquando tamen ex metu delirium naſcitur.*

prolapſa & arente) Malim hic cum aliis codicibus legere: *hærente.* Nam ſive vulva prolapſa ſit, ſive vulvæ fungus (de quo vide ſis Tulp. L. III Obſ. 33 & 34), non poteſt illa intra paucas horas tam cito areſcere, ut inde moriatur mulier.

potuiſſe aliquid cogitare) Lindanus poſuit: *excogitare.* Sed ſi mutare contra codicum conſenſum aliquid licet, pro *cogitare* legam hic *cogitari.*

id ipſum rationale eſt) Sic Ronſeius poſuit. Tornæſianum exemplar, quod ille in pluribus ſecutus eſt, exprimit *rationabile.* Sic quoque Pantinus & Lindanus habet. Et hoc non codicum ſolum conſenſu nititur, ſed etiam Grammatica analogia. Vide §. *irrationale animal.* Error typographicus in Ronſeio videtur. Sed Florent. & Mediolanenſis codex ſimiliter *rationale.*

quod non utique fortaſſe, ſed) etiamſi plerique codices ſic adſcribant, nihilominus tamen muta legendo: *quod non ubique fortaſſe, ſed* &c. Aſſentitur Lindanus.

an longa. Quod is) Diſt. *an longa: quod is.*

quum & alii) Sic Pantinus & Torn. *Quoniam & alii* Ronſ. & Lindanus.

febricitarent: & quidam Medici ſeculi noſtri) Diſt. *febricitarent. Quidam Medici ſeculi noſtri.* Bene enim animaduertit Lindanus, novam hic incipi orationem & paragraphum; ſed male admodum pro *Medici* ſubſtituit, contra codicum fidem & apertam ſententiam, *Methodici.* Neque enim quidam Methodici ſub autore Themiſone, ſed omnes ita ſtatuebant, & uni autori omnes conſentiebant. At non omnes Romæ Medici Themiſonem promiſcue ſequebantur, ſed quidam ſaltem, qui & erant Methodici & Themiſonis æmuli. Caeteri vel Empirici erant, vel Rationales. Ex his iterum patet, plus ingenii coniecturis fere ſemper, quam codicum ſcripturis fidere Lindanum.

Haec ſpeciminis loco ſufficiant, donec integer Holſtii Commentarius luce, qua dignum eum iudicabunt, qui intelligunt, quantum momenti in vera lectione ſit poſitum, donetur.

IOANNES FRIDERICVS LEOPOLDVS.

Praeſtantisſimi huius Medici, cuius fata praematura dolent omnes, qui eius eruditionem, indu-

Digitized by Google

induſtriam, & multas alias perinſignes virtutes cognouerunt, vitam deſcripſerunt quidem Germanica lingua Vir admodum reu. ampliſſ. & praeclariſſ. Io. Ritter, Paſtor Petrinus optime meritus, & Latinis verbis in funebri Programmate B. Suantenius, adeoque viam nobis ſtrauerunt ad eius laudes enarrandas. Sed quoniam ipſe *Vitae Curriculum, ſiue Enarrationem breuem Fatorum proprio calamo delineatam* reliquit, malumus eam integram hic dare, adiectis iis, quae addi merentur. His autem ἰδιοβιογραφία concepta eſt verbis:

Sicuti inter non infima humano generi diuinitus conceſſa beneficia ſemper numeratum fuit, a Parentibus honeſtis, & in loco non ignobili, naſci: ita ego quoque vt ſingulare diuinae clementiae ſignum veneror, quod me vtroque hoc beneficio largisſime ditare voluerit Supremum Numen. Nam patria mihi dilectiſſima eſt Lubeca, vrbs tam nobilitate ſua, & quod Hanſeaticarum ciuitatum integraeque ſocietatis olim caput fuerit, vel adhuc inter alias Liberas Imperii Germanici ciuitates emineat; quam amoenisſimo & ad nauigationem commodiſſimo, inter Trauam atque Wakeniſſam fluuios, ſitu, fertilisſimoque ſolo ſe commendans, quae me anno 1676 die ſecundo Februarii menſis, Feſto Purificationi Mariae dicato, hora quinta veſpertina, nonimeſtre formationis domicilium relinquentem, & mundum hunc, miſeriarum atque calamitatum vallem, intrantem beneuole excepit, tenellumque corpus aura ambiit vitali. Pater eſt

Achilles Daniel Leopold, I. V. D, atque cauſarum patronus vti fideliſſimus, ita & feliciſſimus. Mater *Anna Margareta Ritteria*, feminei ſexus virtutibus atque pietate eximia condecorata. Auus paternus fuit *Fridericus Leopold*, Not. Caeſ. & in Com. Imp. immatriculatus, qui, cum viueret, ob vitae integritatem, animique candorem patriae notiſſimus erat ciuis. Auia paterna *Catharina Dehns*, *Franciſci Dehns*, I. V. D. famigeratiſſimi filia lectiſſima & *Gillies Danielſen*, mercatoris opulenti, vidua. Auus maternus fuit *Ioannes Ritterus*, I. V. L. Com. Pal. Caeſareus, & Reipubl. patriae per decennium Senator, per trecennium vero Conſul aeſtimatiſſimus. Auia materna *Anna Margareta Hunnia*, *Nicolai Hunnii* SS. Th. Doct. & primo Eilenburg. Superint., deinde Witteberg. Profeſſ., tandemque Lubecenſium Superintendentis meritiſſimi, dilectiſſima filia; & *Henrici Schlüteri*, mercatoris, honeſtiſſima vidua, matronalis virtutis exemplar ſingulare. Hoc itaq; ſtemmate ortus cum lucem aſpexeram, prima dilectiſſimorum parentum cura eo dirigebatur, vt me, ſacro baptiſmatis fonte abluendum, Chriſtianorum infererent numero. Quod etiam tertio poſt natiuitatem die peragebatur, dum in templo Petrino auus meus venerandus, *Ioannes Ritterus*, me ſacro huic officio praeberet, adſtantibus *Franciſco Woergero*, ad S. Laurentium ante portam tunc Paſtore, affini meo & aui paterni iam defuncti vices ſuſtinente, vt & *Eliſabetha Subken*, vxore Michaëlis Leopoldi, Eccleſiae Schlutupianae Paſtoris & patruelis mei chariſſimi.

riſſimi. Huic curae proxima erat, vt tenellam aetatem ſincerae pietatis honeſtatisque principiis, vna cum lacte materno, enutrirent, atque eam ad maiora mature praepararent. Quam primum autem ſcintillas quasdam ingenii, ad literas inclinantis, animaduertebant parentes, ſtatim me *Henrico Dürkopio*, tunc ſingularis diligentiae iuueni, nunc ad S. Iacobum Eccleſiaſtae fideliſſimo (37), tradidere, qui etiam indefeſſo labore me eo redegit, vt in publicum noſtrum Lyceum ab eius tunc temporis Rectore, *Abrahamo Hinckelmanno*, potuerim introduci. Ex hoc Lyceo nunquam diſceſſi, neque praeceptoribus clancularіis vnquam fui gauiſus, ſed ab infimo infimae claſſis ſcamno ad ſupremum ſupremae ſenſim, & ſine vlla interrupta ſerie aſcendi, illique ad vigeſimum vitae annum non ſine fructu inhaeſi. Durante hoc temporis curſu in quatuor claſſibus inferioribus *Kochii, Schevii, Chryſiae, Widae*, in tribus ſuperioribus *Iac. Pagendarmii*, Cantoris, *Michaelis Freudii* & *Sixti Chriſtiani Lipenii*, filii, Subrectorum, *Martini Lipenii*, patris, *Io. Henr. Heſſii* & *Martini Chriſtiani Göldelii*, Conrectorum, & tandem *Enochi Suantenii*, olim apud Roſtochienſes Poëſ. Prof. poſtea Lubecenſis Gymnaſii Moderatoris, tam publica quam priuata informatione in literis, vti dicuntur, humanioribus frequenter vſus. Interim non neglecta fuere a chariſſimis parentibus, quae ad literatu-

 ram

(37) Hodie SS. Theologiae Doctori, Profeſſori & Paſtori Hafnienſi meritiſſimo. Vid. Athen. P. I. p. 295 ſqq.

ram elegantem ſpectant, ſed M. *Iacobo a Melle*, eiusque fideli inſpectioni commiſſus fui, qui non ſatis laudanda ſua induſtria & litteras magis expoliuit, & Rem Nummariam, Hiſtoriam, artemque Heraldicam ingenio meo fideliter impreſſit. Nec defuit ea, quae animum ſtudiis deditum horis ſubſeciuis refocillare valet, Muſica, quin potius a *Daniele Greke*, huius artis magiſtro dexterrimo, in illa quoque fuerim inſtitutus. Ne dicam de aliis ingenuis exercitiis atque artibus, quas vt addiſcerem, nullis vnquam pepercit ſumtibus benignisſimus Parens. Quia vero innata quaſi ad Studium Medicum propenſio ex actionibus meis ſemper elucebat, non dubitauit amplius, me totum illi conſecrare: hincque primario ſtuduit, qua ratione alíqualem nobilis huius ſcientiae praeguſtum per alios mihi compararet, quem ipſe, Iuris peritus, mihi communicare non valeret. Reſpondebat quoque voto ſucceſſus, & Viri ob id rogati petitis ipſius annuebant. Admittebant enim ad excurſiones ſuas Botanicas, pro acquirenda plantarum notitia inſtitutas, libenter *Hermannus a Lengercken* atque *Marcus Timannus*, Medici experientisſimi: & *Iacobus Stolterfohtius* ac *Iohannes Edierus*, Pharmacopoei exercitatisſimi, operationibus ſuis chymicis me intereſſe patiebantur. Materiae Medicae ſuperficiariam cognitionem *Iohannes Iacobus Stolterfohtius*, Phil. & Med. tunc temporis Gryphiswald. Prof, hic degens, quaſi inſtillabat: & Anatomiae ideam ex ſectione artificiali hominis, in patibulo violenta

ta

ta morte extincti, a Medicis variis hic peracta, mihi colligebam. His igitur litterarum atque ſcientiarum rudimentis cum me inſtructum cerneret charisſimus Parens, ad altiora & Academias mittendum eſſe credebat, praeuioque conſilio de eligenda, ſtudiis meis conuenienti, Academia, Altorfinam petendam eſſe iudicabat. Ne autem ad exteros excurſurus in patria exiſterem hoſpes, iter breuiusculum in vicinum nobis Ducatum Holſatiae prius inſtitui, atque 1695 Academiam Kilonienſem & Aulam Slesvico-Gottorpienſem, 1696 vero Hamburgum & Aulam Epiſcopi Lubecenſis Vthinenſem viſitaui, famigeratisſima Muſea, Nummophylacia, aliaque viſu digna, oculis meis ſubieci, & viros doctrina, vel artibus in illis excellentes compellaui. Deguſtatis hoc modo itineris breuioris commodis, ad maius me paulatim praeparaui, ideoque Muſis Lubecenſis, habita Oratione, vale dixi. Vale dixi deinde Patriae Patribus, Maecenatibus ac Fautoribus: vale dixi Amicis & Agnatis: vale dixi denique Patriae dilectae, &, non ſine lachrymis, charisſimis Parentibus, eorumque ſalutaribus monitis praemunitus ſub plurimis bene de me ſentientium votis die 15 Aprilis iter ipſum, Deo duce atque comite, ſui ingreſſus. *Lunaeburgi* montem calcarium, fontesque ſalinarum ſ. Sulciam ſatis admiratus, *Cellam*, & abhinc, ſalutato *Wiedfeldio*, Chirurgo peritisſimo, *Hannoveram*, *Brunsuicum*, *Guelpherbytum*, &, perluſtrata celebratisſima eius Bibliotheca, arceque Saltzthalenſi, magnificentisſime exſtructa, *Helmſtadium*

atq; *Magdeburgum* me contuli, illic a ciuibus meis honoratisſimis, *Henrico Meibomio*, *Iohanne Gottbardo a Boeckeln* & *Ioh. Werlhoſio*; hic a *Schefferis* fratribus, Muſeum paternum monſtrantibus, beneuole exceptus. Magdeburgo per *Serueſtam* progreſſus ſum ad Academias Saxonicas, *Wittenbergam*, *Lipſiam*, *Halam*, & Profeſſores eius, in primis Medicos, adii, omnes humanisſimos expertus. Deinde per *Leucopetram* & *Naumburgum* curſum *Ienam* direxi. Huic inſtinctu affinis mei, *Gerhardi Winteri*, SS. Th. Stud., ritu depoſitionis per alium initiatus, nomen dedi, & ab illius e. t. Rectore, *Adriano Beiero*, in numerum Studioſorum ſui ſuſceptus. Aſt cum vlterius pedem mouendum eſſe admonebat temporis ſubito defluentis breuitas, Iena *Vinariam*, *Erfordiam*, *Gotham*, Gothaque, perluſtrata Ducali Bibliotheca, *Arnſtadium* properabam. vbi me praeter exſpectationem per aliquot dies detinebat *Olearíorum* nunquam ſatis praedicanda humanitas, dum parens, *Iohannes Gothofredus*, Superintendens, menſa lautiori, filius *Iohannes Chriſtophorus*, Eccleſiaſtes ac Bibliothecarius, me per octiduum commodo domicilio ſuſtinebant. Facilem illi quoq; reddebant acceſſum ad Illuſtrisſimum Schwartzburgi Comitem, ANTONIVM GVNTHERVM, ſingulari ſua Hiſtoriae ac rei nummariae notitia, mirandaque comitate celeberrimum, qui non ſolum ipſemet nummorum vncialium atque bracteatorum ſeriem, in cubiculo ſuo ſeruatam, mihi oſtendebat, viuoque illuſtrabat commentario; ſed etiam incomparabilem

bilem inſuper, & ex quolibet metallo conflatum numiſmatum antiquorum, Romanorum aeque ac Graecorum, Theſaurum per *Andream Morellium*, virum in hoc ſtudiorum genere excellentem, aperiri iubebat. Arnſtadio diſcedens *Coburgum*, *Bambergam*, *Norimbergam*, tandemque *Altorffium*, itineris hactenus inſtituti terminum, proſpera conſecutus fui valetudine. Non poenitebat me tot exantlatorum in itinere tam longinquo laborum, cum Academiam hanc omnium ſcientiarum Profeſſoribus excellentisſimis florentem, omnique ad Medicinam addiſcendam neceſſario apparatu inſtructam cernerem. Aderat enim Hortus quam plurimis plantis ſuperbiens: aderat Theatrum Anatomicum, &, quod alias rarisſime inuenitur, Laboratorium Chymicum, magnis ſumtibus aedificatum. Conuictu vſus fui ſolius *Wagenſeilii*, & ex eius colloquio menſali fructum collegi vberrimum: doctores autem agnoui varios. Nam in Phyſicis, Opticis & Matheſi magiſtrum habui *Iohannem Chriſtoph. Sturmium*, eiusque Collegio Experimentali binis vicibus adfui. In Medicina quoad publicas lectiones *Iacob. Pancrat. Brunonis*, Claudinum de Ingreſſu ad Infirmos, & Laurentium de Criſibus, alternatim explicantis, vt & *Ioh. Mauritii Hoffmanni*, ad I. Caſe Compendium Anatomicum, ac Boylei tractatum de Remediorum Specificorum cum Philoſophia Corpusculari conuenientia, diſſerentis auditor fui ſedulus. Priuatim Inſtitutiones Medicinae, Materiam Medicam, Phyſiologiam, Anatomiam & Chymiam

Digitized by Google

miam me docebat idem Hoffmannus, ac quomodo artificioſe ſtructura corporis humani diſſecanda ſit, in cadauere primiparae, ſibimet ipſi voluntaria in aquam ſubmerſione vitae filum abſcindentis, an. 1698. d. 31 Mart. omnium cum applauſu publice exhibebat. Pathologiae Theoretico-practicae cognitionem debeo iam nominato *Brunoni*, ſub cuius praeſidio etiam, poſtquam ſaepius opponentis vices in me ſuſceperam, *Diſputationem Medicam, Sect. III Aphor. XXVII & XXVIII Hippocrat. continentem* in ordine, quem vocant, circulari die 13 Mart. 1697 deferendi. *Mauritius Hoffmannus*, ſenior, aeſtiuo tempore in hortum ducebat, plantasque ad exſiccandum diſtribuebat; hyemali vero vel Chirurgica proponebat praecepta, vel de Morbis Mulierum & Infantum quaedam auditoribus in calamum dictitabat. Nec reticendi ſunt *Wagenſeilius*, *Dan. Guil. Möllerus*, *Georg. Matth. Koenigius* & *Georg. Paul. Rötenbecius*, vt pote ex quorum lectionibus, diſputationibus & colloquiis eruditis non niſi doctior vnquam diſceſſi. Tempus feriis Academicis alias deſtinatum viſitando circumiacentia loca conſumſi, dum mox *Suobacum* & *Onolsbacum*, Ser. March. Brandenb. ſedem, mox *Lauffam* & *Neomarchiam*, mox *Noribergam*, quam omni iure mechanicorum atque artificum metropolin dixeris, excurrebam, ibique vel varia eorum inſtrumenta ac operationes mechanicas conſiderabam, vel eruditorum virorum, praeſertim Medicorum, comparabam notitiam. Ita vberiori variae eruditionis quaſi alimento per biennium

Altorffii

Altorffii enutritus, an. 1698 m. April. doctoribus & amicis, qui mihi in deliciis eſſe coeperant, vltimum dixi vale, ad alias quoque Academias & vrbes iter flectens. Abeuntem vero Epiſtolio commendatitio me praeter meritum proſequebatur *Wagenſeilius* celeberrimus, quod cum ob ſtyli elegantiam a multis magni fuerit aeſtimatum, hic non omittendum, ſed, vt ab interitu vindicetur, locandum cenſui:

IO. CHRISTOPHORVS WAGENSEILIVS

Beneuolum Lectorem

ſalute impertio plurima.

Quod me facere aequam eſt, nobiliſſimum virum & ingenua virtute, inſignique doctrina cultiſſimum pectus habentem, IOANNEM FRIDERICVM LEOPOLDVM, celebri Iureconſulto, ACHILLE DANIELE LEOPOLDO, genitum, a me diſcedentem animo & voto pie proſequor. Nec minus eundem peregre conſtitutis Fauitoribus & Amicis meis, aliis quoque, quibus honeſti, eruditionisque ſenſus ac amor ineſt, quanto poſſum ſtudio, enixiſſime committo & commendo. Fuit ille, per biennium prope integrum, meus aſſidue compranſor, nec facile vllius vnquam familiaritas ac conſuetudo mihi carior aut iucundior accidit. Cernebamus inter nos, in menſa, de diuinis humanisque rebus, ita tamen, vt ſeuerioribus, & in his Medicina, quae illum ceteroqui arcte habet, tenet, poſſidetque, miſſis, de amoenioribus ſermocinaremur, & hoc quaſi condimento cibos redderemus ſapidiores. Quae dum dico, Rei Numariae, veteris ac recentis Hiſtoriae, Genealogiarum item & Heraldicae artis delicias dico, in quibus omnibus

omnibus ipſe ita profecit, vt inter coaequales, ſat ſcio, ſuperiorem neminem, paucos aequipamndos habeat vſpiam gentium. His ego colloquiis haud minus voluptate perfundebar, quam cum Pegaſeum melos, Apollinis plectro, quo mirifice valet, per interualla ille luderet. De cetero, vita quoque reliqua ſic erat, vt pietatem ſerio coleret, nemini ſe aduerſum praeberet, omniumque voluntati obſequeretur; vnde ſine inuidia ſibi laudem parauit, bonamque mentem amantibus apud nos valuit pro exemplo. Huic tali igitur tantoq; in primis Deum propitium precor, vt vbique fauſto & inoffenſo pede peregrinari illum iubeat, liberum a morbis, immunem ab aëris tempeſtatumque moleſtiis, tutum a praedonibus, illaeſum ab vndarum procellis ſyrtibusque, & vt quae meditabitur, incipiet, aget, provebat proſperetque, ac optime euenire ſinat. Iam nunc ad vos mea dirigitur oratio, quibus inter illuſtres viros eminere datum eſt; qui famam aeternorum in ciuilem & literariam rempublicam meritorum late quaquaverſum ſpargitis; quorum gloria nominis noſtrum viatorem rerum diſcrimina & graues, qui obvenire poſſunt, caſus contemnere facit, modo vt vos intueri, vobiscum fari, vosque ſectari ei permittatur. Ergo hanc illi gratiam, amabo vos, libentes volentesque concedite; praebete benignas aures, ingerite & inculcate praeclarae ſapientiae veſtrae, memori mente aetatem tenenda, ſcita ac conſulta; luſtrationem Bibliothecarum, aſpectum veterum Numorum, imaginum, ſignorum veſtrorum non prohibite. Inuenietis illum religioſum veneratorem, ſi vos adorare patimini, & habebitis praedicatorem perpetuum veſtrae virtutis, bonitatis ac indulgentiae. Quod ſupereſt, de nobis is teſtabitur, ſuſpicere me

omnes

omnes ob ingenii diuina dona in dignitate & exiſtimatione poſitos, aſſurgere illorum nominibus, nec vllam intermittere de ipſorum, qui has oras viſitant, neceſſariis, propinquis, popularibus, vt vires & facultates id concedunt meae, bene merendi occaſionem. Salue iterum, Bone Lector, & vale ex animo. Scrib. Altdorfi Noricorum a. d. XII Martii Anno a nato Chriſto MDCXCVIII.

Hoc, inquam, ornatus, comite *Henrico Balemanno*, I. V. L. nunc Reip. patriae Searetario (38), *Ratisbonam*; Ratisbona vero ſolus, ſecundo Danubii flumine, *Paſſavium*, *Lentium* & *Viennam* profectus ſum, vbi multum temporis conſumſi, antequam omnia notanda oculis legere, &, quae voti ſumma erat, viros ſcientiis conſpicuos alloqui poteram, His vero ſalutatis, luſtratoque *Poſonio*, vlterius pedem mouere cum iam decreveram, de acquirendo futuri itineris ſocio ſollicitus, en! paternas accepi literas, ad inviſendam adhuc *Pannoniam*, eiusque fodinas celebres, calcar addentes. Mutaui ergo conſilium, & oblata ſimul commoda illuc deveniendi occaſione, Poſonium ſecunda vice, rate ſoluta, perrexi: illic a *Carolo Reygero* iun. Med. Doct., quocum in Academia Altorffina frequens mihi fuerat ſtudiorum commercium, eiusque Parente, clariſſimo itidem Medico, beneuole habitus. Abhinc curſum meum, terreſtre iter faciendo, per Hungariae ciuitates *Serretam*, *Nitriam*,

(38) Hodie Senatore de Republ. noſtra meritiſſimo. Vid. quae de eo dixi Athen. P. I. p. 235 ſqq.

triam, *Boccantiam*, *Schemnitium* vsque continuavi. Hic Dn. *Ambroſius Lange a Langenthal*, Equ: Hung. & Med. Doct. me, litteris ſibi a fratre, *Io. Mich. Langio*, apud Altorffienſes Theol. Doct., commendatum, beneficiis ferme obruebat, dum per integrum manſionis ſpatium domicilio atque menſa corpus reficiebat, ac quotidiana nouorum naturae miraculorum demonſtratione animum ſatiare ſtudebat. Etenim aperiebat ſe hic loci inuſitatum mihi hactenus naturae theatrum, & ſuper terram altisſima Carpathici montis iuga oculis meis ſubiiciebat; ſub illa vero in profundisſimis fodinis immenſas metallorum reuelabat gazas. Deſcendebam illuc non ſine vitae periculo, vt homines ad metalla damnatos contemplarer, vbi in via me in admirationem rapiebant ſtupendae machinae hydraulicae; horrendae cauernae, igne atque ferro excauatae; &, quae foſſoribus aërem, vitae ſuſtentaculum afflant, ſpecus Aeoliae. In fundo tamen in conſpectum veniebat miſerrimum genus hominum, exceptis pudendorum inuolucris, per totum corpus denudatum: hic pallidi argenti, illic rutilantis auri venas, aſcititio a tenui lampade lumine, legens, & ſub continuo ſudore, quem ſubterraneus calor extorquebat, metallum, Eridos pomum, malorumque Lernam, rotulis atque furcis, elato brachio, intenſisque lacertis excidens. Miſerandi huius aſpectus & odoris ſubterranei, lampadum oleo adaucti pertaeſus, reliqui tenebricoſa haec antra, & ſellae coriaceae inſidens, pro hauriendo puriore aëre,

aêre, me in altum trahere iuſſi, & mutationes, quas aurum, aliaque metalla ſubire debent, in tabernis operariis ac officinis fuſoriis conſideravi. *Cremnicium*, *Altſohlium*, in primis *Noviſohlium*, ad perluſtrandum fontem vitriolaceum, qui ferreas equorum ſoleas in cuprum, mediante praecipitatione, intra breuem temporis decurſum, transmutare valet, me quoque conferebam, ibique cum *Carolo Ottone Mollero*, Med. Doct. & Pract. amicitiam Academicam firmabam. Thermas, acidulas, fonteſque ſalubres varios, Schemnitium circumiacentes, non intactos; cryptas vero, ſpecus, muſea, aliaque viſum merentia, non inobſeruata relinquebam, ſed hac ratione per aliquot ſeptimanas cum ſummo delectamento ibi ſubſiſtebam, donec die IX Iul. cum Dn. *Pierolt*, ciuitatis Schemnicenſis Secretario, per ſuperioris Hungariae vrbes *Toppoltſchan*, *Freyſtadium*, *Tyrnauiam* & *Presburgum*, *Viennam* repeterem. Verum enimuero me vltra triduum non amplius detinebant deliciae Viennenſes, quin potius, compoſitis reculis, *Lincium*, *Saliſburgum*, *Monachium*, *Auguſtam Vindelicorum*, & abhinc recta via *Vlmam*, *Eslingam*, *Stutgardiam*, *Tubingam*, *Durlacum*, tandemque *Argentoratum* aduolarem. Hoſpitio ſuo me hic per annuum commorationis tempus excipiebat ciuis meus *Henricus Nicolai*, Med. Doct. & Practicus feliciſſimus. Praeceptores vero ſecutus fui in Phyſicis *Melchiorem Sebizium*, iun., in Anatomicis *Io. Valent. Scheid*, in Chymicis *Io. Boeclerum*, in Pathologicis vel praxi *Marc. Mappum*

ſen.

ſen.; & in frequentando Noſocomio *Nicol. Anton. Flach.* Anno praeterlapſo *Helvetiam* vicinam luſtrandi incedebat cupido, praeſertim, cum *Chriſtoph. Henricus Erndl*, Med. Cand., quocum amicitiam hic contraxeram, ad iter Botanico-Alpinum, Dn. Scheuchzero directore peragendum, me quoque inuitaret. Quare vt voti compos fierem, d. 31 Iul. Argentorato *Schletſtadium, Colmariam, Baſileam, Badenam Helu.* atque *Tigurum* properabam, & vna cum hoſpite meo futuro, *Io. Iac. Scheuchzero*, Med. Doct. excurſionem Botanicam, eodem, quo adueneram, die, inchoabam. Haec autem nos ducebat ad *Eremum B. Mariae Virgini* dicatam (Einſiedelen), abhinc in *Vallem Silanam*, mox per altisſimum montem *Saas* (e cuius vertice non ſine maximo delectamento proſpiciebam in ſubiectam vallem, celsisſimis rupibus vndique obſitam) *Claronam*, & vlterius *Walliſtadium*, *Sarunetum*, ad *Thermas* vsque *Fabarienſes*, quae erant itineris praeſentis metae. Ideoq; via ad Walliſtadium repetita, ſecundo Limagi flumine, *Rappoltivillam*, & ſequenti die *Tigurum* deſcendebamus. Porro, quia perſentiebam, me proxima hyeme ad iter Italicum inſtigatum iri, me rurſus ad ſtudia Medica compoſui, & electo apud Dn. *Scheuchzerum* hoſpitio, collegia iam habita relegi, Pharmaciam, Anatomiam, Chemiam, Rem Herbariam atq; Hiſtoriam Naturalem pro viribus excolui, vt & Chirurgiae praecepta ex ore *Rinckelii*, viri dexterrimi ac Noſocomio praefecti, vberrime hauſi. Temperare mihi nequeo, quin ſummis extol-
lam

Iam laudibus integritatem horum virorum, quippe qui nihil tam conditum ſeruabant, quod mihi non monſtrarent, nihil ferme ſciebant, cuius me non redderent participem. Hinc etiam, ſi voluntati meae auſcultare potuiſſem, nunquam a latere illorum voluiſſem diuelli. Ceterum cum aliud dictitaret parentum chariſſimorum conſilium, cui amplius reſiſtere religioni ducebam, acceſſi tandem 1700. d. 25. Maii *Baſileam*, & exantlatis tentaminibus examinibusue, ac praemiſſa Inaugurali Diſp. *de Alce, magno illo Septentrionis Animali, eiusque virtutibus*, d. 22 Iun. laurea Doctorali fui condecoratus. Poſt tres autem dies cum Locum tenente *Ottio*, mutata via, per vrbes *Solodurum*, *Bernam*, *Arovium*, *Badenam*, *Tigurum* repetii. Inſequente Auguſto vna cum Dn. *Io. Vlr. Hegnero*, Vitodurano, commeabam *Tugium*, *Lucernam*, *Stantiam*, *Altorfium* Heluetiorum, *Suitiam*, & eruditos in illis habitantes non ſolum viſitabam, ſed etiam viſu digna, in primis illum per orbem notiſſimum atque famoſiſſimum *Lapidem Draconis* attentius conſiderabam, manibusque contrectabam meis. Aſcendebam quoque Tugio adiacentem *Reginam montium* (Rigie Berg) & in cacumine eius tredecim lacus montanos in 10 milliarium circumferentia nudo oculo, cum ſumma admiratione, numerabam. Mox etiam ad *cataractam Rheni* minorem, quae *Lauffenburgi* eſt, mox ad maiorem, ſiue *Schaphuſianam* deflectebam, *Tigurum* ſemper rediens. Iam inſtabat *Lätium* adeundi terminus, & ſectiones Anatomicae Patavii iamiam inchoandae me mo-

rigerum incitabant, vt dulciſſimum mihi Tigurum d. 2 Octobr. relinquens, impetrata ab amicis & fautoribus venia, *Curiam Rhaetorum*, *Tuſas*, & difficillimo per Alpes tranſitu, *Clavennam* diſcederem. Superata hoc modo (vtor verbis Cl. Schröckii in Vita Celeberr. Velſchii pag. 14) „montium aſcendendorum aſperitate, in plana „viarum deſcendens aëris & regionis viciſſitudi„nem, vnico die obſeruandam, admiratus fui. „Namque antemeridiano tempore, ad ſummi„tatem montis, (Splugii) magno algore infeſtis„ſimi, enitendo, parum iucunditatis, moleſtiae „plurimum pertuleram, poſtquam vero illam „ſuperaſſem, & a meridie denuo ex altera parte montis deſcenderem, laetiſſima coeli terraeque „facies mihi ſeſe aperiebat, ſplendentis ſolis calo„re tantum inſueto corpori aeſtum excitante, vt „veſtimenta denſiora, paulo ante quam maxime „expetita, deponere fuerim coactus. Glacie „niuibusq; denſiſſimis obruta calcaueram prius „ſaxa; iam virides vndiq; campi & arbores iuxta „vias longa ſerie diſpoſitae, pulcherrimo lon„giſſimoq; in remota adſpectu, oculos animum„que ſumme recreabant, tantave voluptate per„fundentes, vt vix quidquam iucundius in vita „me vidiſſe, teſtari queam. Beatas itaq; terras, transnauigato *Lacu Comenſi*, ingreſſus, literisq; commendatitiis a Dnn. *Leibnitio*, *Schröckio* (39) & *Gleichio* probe inſtructus, primo *Bergomum*,

(39) Huius Epiſtolam cum Lectore poſſum communicare. Ita autem ſe habet:

Nobi-

mum, deinde *Brixiam*, *Veronam*, *Vicentiam*, *Pata-uiam* & denique *Venetias* perueni. Venetiis au-
U 2 tem

Nobiliſſimo Domino
IO. FRID. LEOPOLDO
ſ. p. d.
LVCAS SCHRÖCKIVS
Medicinae Doctor, Archiater & Comes Palatinus Caeſareus, Academiae Imperialis Naturae Curioſorum Praeſes & Reip. patriae Phyſicus.

Iter, quod aggredi meditaris, Italicum, vti Medicinae aliarumque praeſtantiarum cultoribus multum emolumenti adferre poteſt, ita feliciter vt illud proſequaris, voueo. Reperies ibi Medicos plures artis vſu & peritia celeberrimos, & quos, praeter ingenii ac iudicii ſolidi praeſtantiam, humanitas etiam ſingularis commendat, qua Germanos in primis maxime proſequuntur. Nolo verba facere de Re Nummaria, Matheſi, aliisque ſimilibus praeſtantiorum ingeniorum deliciis, quibus Italia aliis in orbe regionibus praefulget, aut dubiam illis palmam reddit. Vnde quam vtiliter iter illud ſuſcipias, facile praeuideo, qui tot virtutis radios in Te eluceſcere deprehendi, vt non poſſit non promptus apud bonum quemuis eruditum tibi acceſſus obtingere. Virtus enim, iuxta Horatium, repulſae neſcia ſordidae intaminatis fulget honoribus. Mihi quamuis plures in beato Lario Medicos & Virtuoſos, fama & ſcriptis famigeratiſſimos, venerari cordi ſit, in primis tamen omni mea laude ſuperiores Romae D. *Lucam Torzium*, Archiatrum Pontificium, D. *Georg. Baglivium*, Anatomices in Archi-Lyceo Romano Lectorem; Mutinae D. *Bernhardinum Ramazzinum*; Vrbini D. *Io. Bapt. Scaramuccium*; Ferrariae D. *Ioſephum Lanzonum*; Senis D. *Pyrrh. Mar. Gabrielli*, &, quem non vltimo nominare debui, Florentiae D. *Anton. Magliabecchium*, omni, quo poſſum, obſeruantiae cultu proſequor, quibus ſingulis vt obſequia mea deferas, melioremque in modum me commendes rogo. Gratia eorum vti frui tibi detur, quam officiſſime ab ipſis imploro.

Nulla

tem mox Patauium reuerſus, pluſculum temporis huic Academiae, iuncto cum *Antonio Picenini*, Medico Practico apud Rhaetos eruditiſſimo, ac amico etiam apud Tigurinos veteri, contubernio largitus fui. Interim lectionibus publicis *Sacchi*, *Borromei*, *Valſinieri*, *Lealis*, *Fialis* frequenter aderam: ſectiones Anatomicas *Molineti* ac *Viscardi* obſeruabam, & inſuper cum *Michaele Angelo Fardella*, *Ramazzini* ac *Guglielmi* familiariter viuebam. Appropinquantibus Bacchanaliis *Venetias* iterum conceſſi, vt illorum & ludorum annuorum ſpectator exiſterem. Illis vero peractis per *Rhodigium*, *Ferrariam*, *Bononiam*, *Lauretum*, *Romam*, imo ſecundo poſt aduentum die *Neapolin* vsque iter continuaui, & tam varia vrbis huius monumenta antiqua, quam vicina loca, *Puteolos*, *Baias*, ignivomumque *Veſuuium* ſedulo luſtraui. Abhinc relecta eadem ſemita d. 17 Mart. 1701 Romam repetii, atque vti hactenus vbique, ita etiam celebri hoc loco curioſitati meae, viros nempe doctos compellando, illuſtriores Bibliothecas excutiendo, Hortos, Muſea,

Nulla temporis diurnitas memoriam eius ex animo tuo delebit, qui innatos a genitore, viro conſultiſſimo, atque ad omnem humanitatem compoſito, optimi genii igniculos hactenus alere, augere, atque in primis beneficia collata aeſtimare iam dudum didiciſti. Felicibus itaque & diuinis ſub auſpiciis abeas toto corde adprecor Redibis pluribus ingenii theſauris ornatior, quorum ex vſu & recordatione etiam Patronos illos ſemper in animo comites habebis, Italiamque Te peragraſſe, neque Te ipſum. Tuosve, neque dulciſſimam Lubecam Tuam vnquam poenitebit. Vale Scrib. Auguſtae Vind. d. 30 Sept. A. 1699.

ſea, Noſocomia, aliaq; curioſa haud negligendo, abunde ſatis feci. Poſtquam hac ratione per integrum menſem Romam antiquam in noua quaeſieram, & primariam antiquitatum ſuperſtitum partem fueram contemplatus, d. 11 April., Dn. *Spilckero*, Hannouerano & I. V. C. comite, Roma discesſi, & reliquas Italiae ciuitates, vt *Viterbium*, *Senas*, *Piſas*, *Portum Liburnum*, *Luccam*, *Florentiam*, *Mutinam*, *Regium*, *Parmam*, *Placentiam*, *Mediolanum*, *Auguſtam Taurinorum* peragraui. Inde vero reflexo curſu per *Aſtam*, *Alexandriam*, *Genuam* perveni, eiusq; elegantiam ac aedificiorum, innumeris rarioribus refertisſimorum, ſuperbiam per aliquot dies fui admiratus. Genua per mare in *Galliam* tendens, vna cum duobus Canonicis Hiſpanis atque Dn. Spilckero nauiculae me commiſi. Veſperi *Tolonum* intrabamus. Superandus quidem erat alius portus, non procul Monspelio ſitus, ſed itineris marini pertaeſus, malui paulum viae, quod reſtabat, curru abſoluere. Hinc conducta rheda prius *Aquas Sextias*, *Arelatum*, *Monspelium* atque *Nemauſum* contendi: deinceps, medio inter hanc vrbem & Avenionem itinere, fornicatum triplici ſerie Wardonis, ſeu Guardonis, pontem, quem tamen alii Aquaeductum nominant, & ad fontes Nemauſenſes, in primis Virginibus Veſtalibus vſitatos, aquam deportaſſe autumant, conſideraui, & poſthaec *Auenionem*, *Arauſionem*, *Viennam*, *Lugdunum*, *Niuernum*, *Nemoſium*, *Pariſios* vsque profectus fui. Acta ſane agerem, ſi bibliothecas, palatia, muſea, Re-

Digitized by Google

gis atque Principum ſeceſſus, viridaria, viuaria, & alia, quae in vrbe hac celeberrima viſum merentur, prolixe recenſere vellem, cum alii cuncta haec integris iam conſignarint voluminibus. Nec dicam de numero eruditorum, quos ſaepius hic compellare licet, quique exteros laudanda humanitate excipiunt, meque vltra aliquot menſes etiam detinuerunt. Pariſiis ergo per Campaniae ciuitates, *Bellouacum*, *Abbauillam*, *Caletum*, & ex eius portu in oppoſitum Angliae portum *Dubrin* naue delatus, *Cantuarium*, *Oxonium*, *Hamptoni curiam* &c. in primis *Londinum* viſitabam, viros doctrina eminentes accedebam, bibliothecas, muſea, Societati Regiae inſeruiens, perluſtrabam, ac, quod rarisſimum, celeberrimo Sociorum eius conuentui vna vice aderam (40). Londino autem die 16 Dec. diſcedens in Belgium transfretabam, eo animo, vt, quod viae reſtaret, ordine abſoluerem. Sed ingruens hiſce in oris frigus *Lugduni in Batauis* ſedêm hibernam figere cogebat. Ne igitur otio tempus conſumerem, lectionibus publicis ac ſectionibus cadauerum artificioſis ſedulo intereram, nec a Dn. Dekkeri, Noſocomium frequentantis, latere unquam diſcedebam. Appropinquante autem vere ſalutabam, quos *Vltraiecti*, *Goudae*, *Roterodami*, *Delphis*, *Hagae Comitum* celebrari noueram. Diuertebam etiam

(40) Imo non eſt dubium, quin ipſe in ſplendidam hanc Societatem fuiſſet receptus, niſi praematura, quibus fuit abreptus, fata iſtud impediuiſſent. Woodwardus ſaltem huius honoris Noſtro conferendi ſpem fecit. Vid. Vita Noſtri a vener. Rittero ſcripta p. 4.

etiam *Scheveringam*, vt vectationis currum, & *Losdunium*, vt peluim ab infantum numeroſiſſimorum baptiſmo celebrem, cernerem. Aſt cum emanſionis ſpatium iam praeterlapſum animadverterem, reditum in patriam apparare conſtituebam. Hinc 1702 d. 18 April. Lugduno *Harlemum*, *Amſtelodamum*, &, memorandis eius perſpectis, vlterius *Hornam*, *Franeckeram*, *Leovardiam* & *Gröningam* properaui. Groninga petii *Embdam* & Embda *Lieram*. Liera vero terreſtri itinere *Bremam* atque *Stadam* contendi, donec abhinc traiecto Albi *Glückſtadium*, *Hamburgum*, tandemque *Lubecam* m. Mai. ſaluus ac incolumis veniebam, poſtquam per integrum ſexennium extra patriam hinc inde peregrinatus fueram. Deo Ter Optimo Maximo ſit ſumma laus, ſupremaeque grates, quod me ſacrae Angelorum cuſtodiae tradere, & ad patrios lares ſanum vegetumque reducere clementiſſime voluerit.

Haec de vita & peregrinationibus ſuis ipſe ſcripſit Leopoldus. Addi debet, praeter *Meclenburg.* & *Pomeran.* peregrinationes, an 1706 factas, iter, quod per *Daniam*, eiusq; vrbem principem, in *Sueciam* an. 1707 ſuscepit, eo fine, vt, quae Suecia habet aſpectu & contemplatione digna, praeſertim naturalia, videret attenteq; conſideraret. De quo itinere, fructuoſo ſane, non opus eſt, multa verba facere, cum ipſe Leopoldus ſingulari Relatione, docte & eleganter ſcripta, (de qua infra) iſtud enarrarit. Quam egregie autem, quamque prudenter ſit peregrinatus, docet ingens copia doctiſſimorum virorum,

quos multis in locis, eruditionis augendae ergo, conuenit. Horum ipſe confecit accuratum indicem, qui quoniam maximos celeberrimosq; viros cognoſcendos praebet, ex autographo hic ſiſti & conſeruari meretur. Sic autem manu ipſius elegantisſima (Noſter enim ſuo quoq; exemplo infringit commune iſtud dicterium: Docti male pingunt) fuit conſignatus:

Catalogus Virorum Clarisſimorum, quos vel in Academiis habui Praeceptores, vel in Itineribus Amicos & Fautores expertus fui; additis ſingulorum titulis integris, vt eo melius nomine conuenientes a ſe inuicem diſtingui queant.

Alberti (*Iulius Godofredus*) Med. Doctor, & Phyſicus Hannoueranus Ordinarius.

Ammannus (*Godofredus*) Reip. Auguſtanae II vir Praefectus.

Antonius Guntherus S. R. I. Comes in Schwartzburg & Hohnſtein, Arnſtadii Dominus.

Auguſtus Fridericus, Dux Slesvici & Holſatiae, Electus Epiſcopus Lubecenſis.

Axtius (*Iohannes Conradus*) Med. Licentiatus, Conſul & Phyſicus Arnſtadienſis.

Bagliuius (*Georgius*) Med. Doct. in Archi-Lyceo Romano Anatom. Prof. Societ. Regiae Londinenſis & Leopoldinae Socius.

Barnſtorff (*Bernhardus*) Med. Doct. & in Academia Roſtochienſi Prof. Publ. ac Poliater.

Bartholinus (*Caſpar*) Med. Doct. & S. R. M. Conſiliarius

ſiliarius Iuſtitiae, Conſiſtorii Aſſeſſor, & Phil. ac Med. Prof. Regius Haffnienſis.

Beckers (*Nicolaus Guilielmus*) Lib. Baro ab & in Wallhorn. S. R. I. ac Regni Hungariae Eques, Auguſtiſſ. Rom. Imp. Leopoldi I Conſiliarius, & Archiater Primarius.

Bellinus (*Laurentius*) Med. Doct. & Magni Ducis Hetruriae Archiater.

Below (*Carolus Fridericus*) Med. Doct. & Poliater Fahlunenſis in Suecia.

Bentzelius (*Ericus*) Bibliothecae Vpſalienſis Praefectus.

Berger (*Io. Gothofredus*) Med. Doct. Potentiſſ. Regis Poloniae (Friderici Auguſti) & Elect. Saxon. Archiater, & Medicinae in Acad. Witteb. Prof. Publ.

Bernoulli (*Iacobus*) in Academia Baſileenſi Matheſ. Prof. Publ.

Bernoulli (*Iohannes*) in Academia Groningenſi Matheſ. Profeſſ. Publ.

Beuttelius (*Ioh. Caſparus*) Med. Doct. & Reip. Vlmenſis Archiater.

Bidloo (*Godofredus*) Med. Doct. & Anat. Prof. Ordin. Collegii Chirurg. Ciuit. Lugd. in Batav. Praeſes, & Guilielmi III. immort. memoriae Magn. Brit. Regis a corpore Medicus.

Binder (*Fridericus*) Sacrae Caeſareae Maieſt. Conſiliar. Imp. Aulicus.

Block (*Magnus Gabriel*) Med. Doct. & Prouinciae Oſtro-Gothiae, vrbisq; Norcopiae Phyſicus.

von Boeckelen (*Io. Godofr.*) I. V. D. & Prof. Publ. Helmeſtadienſis.

Boeclerus (*Iohannes*) Sacr. Palat. Comes, Med. Doct. & in Academia Argentinenſi Prof. Publ. Capit. Thomani Canonicus.

Bohn (*Iohannes*) Phil. & Med. Doct. Therapevt. Prof. Publ. vtriusq; Principum Collegii Collegiatus, Acad. Lipſienſis Decemvir & Ciuitatis Phyſicus.

Borromaeus (*Alexander*) Comes ex Comitibus Caſtri Arquati & Burgi totius Vallis de Tarro, Med. Doct. & Prof. Publ. Patauinus.

Botſaccus (*Bartoldus*) S. Th. Doct. eiusdemq; in Vniuerſ. Haffn. Prof. Honorar. in Colleg. Conſiſt. Aſſeſſor, & Templi Petrini Paſtor.

Brandenberg (*Ioh. Caſpar*) Med. Doct. & Phyſicus Stanzienſis in Heluetia.

Brenner (*Elias*) Collegii Antiquitatum Regii Holmenſis Aſſeſſor.

Bromelius (*Magnus*) Med. Doct. & Collegii Medici, quod Holmiae eſt, Aſſeſſor.

Bruno (*Fridericus Iacobus*) Med. Doct. & Practicus Norimbergenſ.

Bruno (*Iacobus Pancratius*) Philoſ. & Med. Doct. Eiusdemq; in Acad. Altdorfina Prof. Publ.

Bſcherer (*Dan.*) Med. Doct. & Reip. Norimbergenſis Phyſicus.

de Buchwald (*Iohannes*) Med. Doct. ac S. R. M. Dan. t. t. Proto-Chirurgus, & Status maritimi Medicus Ordinarius.

Bulyowsky de Dulycz (*Michael*) Moral & Poëſeos in Gymnaſio Stutgardiano Prof. Publ.

Busſingius (*Caſparus*) Eccleſiaſtes Hamburgenſis, & Gymnaſii Math. Prof. Publ.

Ca-

Camerarius (*Elias*) Med. Doct. & in Acad. Tubingenſi Prof. Extraordinar. A.N.C. Collega.

Camerarius (*Rudolphus Iacobus*) Med. Doct. Eiusdemq; in Acad. Tubing. P.P. Hortiq; Medici Inſpector, ac Acad. Nat. Curioſ. Collega.

Carbonarius (*Gregorius*) de Biſenegg, Auguſt. Romanorum Imp. Conſiliarius, & Sereniſſ. Moſcouiae Zaris Medicus.

Celſius (*Olauus*) Graec. Lingu. in Acad. Vpſalienſi Prof. Ordinarius.

Colerus (*Iohannes*) Paſtor Auguſt. Confesſionis Hagienſis.

Commelinus (*Caſpar.*) Med. Doct. & Horti Medici Amſtelod. Botanicus.

Corberus (*Caſparus*) Eloquent. in Acad. Helmſt. Prof. Publ.

Coyet (*Wilhelmus Julius*) olim Tribunalis Wismarienſis Vice-Praeſes, nunc Aulae Suecicae Cancellarius.

Crauſius (*Rudolphus Guilielmus*) Phil. & Med. Doct. Praxeos & Chimiae in Acad. Ienenſi P. P. atq; Acad. Nat. Curioſ. Collega.

Crenius (*Thomas*) Criticus & Polyhiſtor inſignis, Lugduni Batauorum viuens.

Cyſat (*Franc. Jac.*) Med. Doct. & Phyſicus Lucernenſis.

van Dale (*Antonius*) Med. Doct. & Practicus Harlemenſis.

Daſſovius (*Theodorus*) S. S. Th. Lic. eiusdemq; vt & Ling. Oriental. olim in Wittenbergenſi, nunc vero in Kilonienſi Acad. Prof. Publ.

Deckers

Deckers (*Frid.*) Med. Doct. & Praxeos in Acad. Lugd. Bat. Prof. Publ.

Dethardíng (*Georgius*) Senior, Medic. Doct. & Seren. Viduae Ducis Guſtrouio-Megapolitanae Medicus.

Dethardíng (*Georgius*) Iunior, Med. Doct. Eiusdemq; vt & Math. Superior. Prof. Publ. Ducalis Roſtochienſis.

Döbelius (*Iohannes Iac.*) Med. Doct. & in Ducatu Scaniae Med. Regius.

von Drahn (*Mart.: Ant.*) Phil. & Med. Doct. ac in Acad. Viennenſi Theor. Prof. Primarius.

Dürrius (*Carolus Felix*) Med. Doct & Practicus Auguſtanus.

Edzardus (*Esdras*) S. Theol. Lic. vir Linguae Hebraicae peritisſimus.

Eggelingius (*Io. Henr.*) Reipublicae Bremenſis Secretarius.

Eglingerus (*Nicol.*) Phil. & Med. Doct. Medic. Theor. P. P. nec non Reip. Baſileenſis Archiater.

Eimart (*Georg. Chriſtoph.*) Mathematicus Noribergenſis celebris.

Elſperger (*Georg.*) in Rep. Ratisbon. Senator Conſularis, & ad Comitia Deputatus.

Euth (*Iohannes Aegidius*) Med. Doct. diuerſorum Principum Conſiliarius & Archiater, Practicus Hagae Comitis.

Euſſonius (*Rudolphus*) Med. Doct. Anatom. & Botan. in Acad. Groningenſi Prof. Publ.

Fabricius (*Georg.*) I. V. D. diuerſorum Statuum & Principum Imperii Conſiliarius, & Conſilii Imp. Aulici conſtitutus Agens.

Fabri-

Fabricius (*Iohann.*) Abbas Regiae Lutterae, Theol. Doct. & Prof. olim Altorfinus, nunc Helmeſtadienſis Ordinarius.

Fabricius (*Ioh. Alb.*) S.S. Th. Doct. ac Eloqu. & Moral. in Gymnaſio Hamburgenſi Prof. Publ.

Fabricius (*Septimus Andreas*) Med. Doct. & Reip. Norimbergenſis Archiater.

Faeſchius (*Sebaſtianus*) I. V. D. & Cod. Iuſtin. in Acad. Baſil. P. P.

Fardella (*Michael Angelus*) Th. Doct. & ad Philoſophiam Ordinariam Prof. Publ. Patauinus

Fechtius (*Erneſtus Henricus*) Med. Doct. & Pract. Suerinenſis.

Fechtius (*Iohannes*) Th. Doct. & in Academia Roſtochienſi P. P. Conſiſtor. Duc. Mecklenb. Aſſeſſor, & Diſtrictus Roſtochienſis Superintendens.

Fels (*Franciſcus Carolus*) Phil. & Med. Doctor ac Lyncii in Auſtria ſuperiori Pract.

Flach (*Nicolaus Antonius*) Med. Doct. & Poliater Argentoratenſis.

Förtſch (*Iohannes Philippus*) Med. Doct. & Seren. Epiſcopi Lubecenſis Holſatiaeque Ducis Conſiliarius & Archiater.

Francius (*Petrus*) Eloquentiae Profeſſor Amſtelodamenſis.

Franckius (*Chriſtophorus*) Th. Doct. & Prof. Prim. Sereniſſ. Ducis Slesuici & Holſatiae in Acad. Kilonienſi Procancellarius, & in Supremo Senatu Eccleſiaſtico Conſiliarius.

Franckius (*Bernhardus Matthias*) Med. Doctor & Academiae Kilonienſis Prof. Publ.

Francus

Digitized by Google

Francus de Frankenau (*Georg*) S. R. I. Eques, Palat. Caeſar. Comes, Conſil. & Archiater Danicus, Acad. Leopoldinae Adiunctus, & Italiae Recuperatorum Collega.

Francus de Frankenau (*Georg Frid.*) Med. Doct. Eiusdemq; in Vniuerſit. Hafnienſi Prof. Publ. atq; Acad. Nat. Cur. Socius.

Friccius (*Melchior*) Med. Doct. & Phyſicus Vlmenſis.

Gaubius (*Ioh.*) Phil. & Med. Doct. ac Pract. Amſtelodamenſis.

Gebhardi (*Brandanus Henricus*) SS. Th. D. eiusdemq; & LL. OO. in Academia Gryphica Pr. Publ.

Glaſer (*M. Chriſtoph. Iac.*) ad Sanct. Sebaldum Eccleſiaſtes Norimbergenſis.

Gockelius (*Eberhardus*) Med. Doct. Sereniſſ. Ducis Wùrtembergico-Weitlingenſis Archiater Primarius, ac Reip. Vlmenſis Phyſicus, nec non Acad. Nat. Curioſ. Collega.

Graeuius (*Iohannes Georgius*) Magn. Brit. Regis Wilh. III Hiſtoricus, Hiſtoriar. & Eloqu. in Acad. Vltraj. Prof. Publ.

Gronouius (*Iac.*) Graec. Lingu. in Acad. Lugduno-Bataua Prof. Publ.

Guglielmini (*Dominicus*) Math. in Acad. Patauina Prof. Publ. in Vniuerſit. Bononienſ. Profeſſor Honorarius perpetuus,

Hannekenius (*Phil. Lud.*) SS. Th. D. & in Acad. Witteb. Prof. Publ. ac Regii Elect. Conſiſtor. Aſſeſſor.

Hard-

Harderus (*Ioh. Iacobus*) Med. Doct. & in Acad. Baſileenſi Prof. Publ. Com. Palat. Caeſar. ac diverſorum S. R. I. Principum, vt & Reu. Ordin. Teuton. per Alſat. & Burgund. Conſiliarius & Archiater, Acad. Leopold. Adiunctus.

Hardt (*Hermannus van der*) LL. OO. in Acad. Helmſt. Prof. Publ.

Heerfordt (*Marcus*) Med. D. & Practicus Havnienſis.

Hegnerus (*Iohannes Henr.*) Med. D. & Practicus Vitoduranus.

de Hertodt (*Matth. Franc.*) Med. D. Sacr. Caeſ. Maieſt. Conſiliarius & Perſonae Med.

Heyne (*Io. Chriſtoph.*) Med. D. & Regii Collegii Medici Holmenſis Aſſeſſor.

Hiärne (*Vrbanus*) S. R. M. & Reginae Suecicae Proto Medicus, & Collegii Metallici Conſiliarius, Illuſtr. Societ. Regiae Londin. Socius, & Collegii Medici Holmenſis Praeſes.

Hirzelius (*Salomon*) de Tieffenhoff, Biblioth. Tigurinae Secretarius.

Hochmann (*Henr.*) ab Hochenau, S. C. M. vt & Reip. Norimbergenſis Conſiliarius, huiusq; ad Aulam Caeſaream Ablegatus.

Hochſtetterus (*Andr. Adamus*) S. Th. Extraord. & Moralium Ordin. in Academia Tubingenſi Profeſſor.

Hoffmannns (*Frid.*) Med. D. Eiusdemq; & Philoſoph. Nat. in Acad. Hallenſi P. P. Potent. Regis Borusſiae Conſiliarius & Archiater.

Hofmannus (*Io. Iac.*) Phil. & Th. D. Hiſtor. in Acad. Baſileenſ. P. P.

Hof-

Hofmannus (*Mauritius*) Med D. Potent. Elect. & Sereniſſ. Marchionum Brandenb. Ducumq; Wûrtembergenſ. Archiater, in Acad. Altorfina Chirurgiae & Botanices P.P.

Hofmannus (*Joh. Mauritius*) Med. Doct. Sereniſſ. Marchionis Brandenburgico-Onoldini Conſil. & Archiater, in Vniuerſit. Altorf. Chem. Botan. & Anatom. P. P. Acad. Nat. Curioſ. Adiunctus.

van Horn (*Johannes*) Med. Doct. & Collegii Med. Holmenſis Aſſeſſor.

Hottingerus (*Salomon*) Med. Doct. & Gymnaſii Tigurini P.P.

Hotton (*Petrus*) Medicinae & Botanices in Acad. Lugd. Bat. P.P.

Iacobi (*Michael*) Med. Doct. & Reuer. Capituli Numburg. Phyſicus Ordin.

Illmer (*Fridericus Ferdinandus*) de Wartenberg, Archiater Caeſareus, Conſiliarius, & Praxeos in Acad. Viennenſi Profeſſor.

Imhofius (*Iac. Wilh.*) Patricius Norimbergenſis.

Iohn (*Chriſt. God.*) Reu. & Seren. Epiſcopi Lubecenſis ac Ducis Holſatiae Conſiliarius intimus, & Director Cancellariae.

Ittigius (*Thomas* SS. Th D. & P. P. Cathedr. Miſenens. Canonicus Electus, Conſiſtor. Elector. ac Ducal. nec non Facultatis Th. Aſſeſſor, & per Dioeceſin Lipſienſem Super-Intendens.

Keder (*Nicolaus*) Regii Antiquitatis Collegii, quod Holmiae eſt, Aſſeſſor

Khon (*Alphonſus*) Med. Doct. & Practicus Vlmenſis.

Kirchof (*Godofredus*) Med. Doct. & Practicus Hamburgenſis.

Köler (*M. Joh.*) Lubecenſis, in Oſtro-Gothia Paſtor Germanicus Norcop.

Kônig (*Emanuel*) Phil. & Med. Doct. in Acad. Baſil. Graec. Lingu. P. P. & Acad. Natur. Cur. Collega.

Kotzebue (*Chriſtianus Ludov.*) Phil. & Med. Doct. ac Seren. Elect. Brunſv. & Luneburg. Medicus.

de Krakewitz (*Albertus Ioach.*) Th. D. ac in Acad. Roſtoch. Cateches. Chriſtian. vt & Hebraeae Linguae P. P.

Kryſingius (*Balthaſar*) Med. Doct. & Practicus Flensburg.

de Kulpis (*Io. Georg. Nobilis*) S. C. M. in Conſil. Aulico Conſiliarius, Seren. Wurtemb. Ducis Conſil. & Conſiſtorii Director.

Lahme (*Chriſtophorus*) Med. D. & Practicus Haffnienſis.

Lange (*Iacobus Ambroſius*) a Langenthal, Nobil. Hungar. Med. D. & Vrburarius Schemnitzienſis in Hungaria.

Lange (*Io. Michael*) SS. Th. Doct. & P. P. Altorfinus.

Lanzonus (*Ioſephus*) Med. D. & Botanices Prof. Ferrarienſis, Acad. Nat. Curioſ. Collega.

Latane (*Petrus*) Med. D. & Profeſſor Publicus Franeckeranus.

Lavaterus (*Iohannes Henricus*) Med. & Chirurg. Doctor, ac Practicus Tigurinus.

Laurentius (*Iohannes*) Aſſeſſor Conſiſtorii Havnienſis, & Typographiae Regiae Director.

Lemery (*Nicolaus*) Regis Galliae Pharmacopoeus & Chymicus, Acad. Scientiar. Membrum.

Lentilius (*Roſinus*) Med. Lic. Archiater Oettingenſis, & Practicus Studtgardianus, Acad. Nat. Curioſ. Collega.

Leopold (*Iohannes*) Diaconus ad S. Crucem Aug. Conf. Auguſtanus.

Leucht (*Chriſtianus Leonhardus*) I. V. D. Com. Palat. Caeſar. & Reip. Norimb. Conſiliarius.

Lilienblad (*Guſtauus Peringer*) in Cancellaria Regia Holmenſi librorum Cenſor, & Bibliothecae Regiae Praefectus.

Lintrupius (*Seuerinus*) S. Th. Prof. deſignatus, & t. t. Eloquentiae in Vniuerſ. Haffn. Prof. Ordin. ac in Communitate Regia Praepoſitus.

Lochner (*Mich. Fridericus*) Med. D. Reip. Norimb. Phyſicus Ordinarius & Acad. Nat. Curioſ. Socius.

Luther (*Carolus Frid.*) Med. D. & P. P. Kilon., nunc Phyſicus Sedinenſis.

de Lyncker (*Nicol. Chriſtoph. S. R. I. Lib. Baro & Eques*) I. V. D. Conſilii Secreti Ducal. Saxonici Vinarienſis Praeſes, & ſupremae Curiae Provincialis, vt & Dicaſteriorum, quae Ienae habent Sereniſſ. Lin. Erneſtin. Duces Saxon., Director Ordinarius.

Magliabecchi (*Antonius*) Magni Ducis Hetruriae Bibliothecarius.

Maius (*Ioh Burchard*) Eloqu. & Hiſt. in Acad. Kilon. Prof. Publicus.

Maler

Digitized by Google

Maler (*Ludouicus*) Phil. & Med. D. ac Practicus Lucernenſis.

Mappus (*Marcus*) Phil. & Med. D. Botan. & Pathol. in Acad. Argentina P. P. Capituli Thomani Canonicus & Reip. Phyſicus.

Matfeldt (*Bernhardus*) I. V. D. & Reip. Hamburg. Senator (41).

Meibomius (*Henr.*) Med. D. huiusque & Hiſtoriarum in Academia Helmeſtadienſi Prof. Publ. ac Sereniſſ. Ducum Brunsuico-Luneburgenſium Archiater.

Menckenius (*Otto*) I. V. L. & in Acad. Lipſ. Moralium P. P.

Meyer (*Conradus*) Med. D. & Practicus Amſtelodamenſis.

Michaelis (*Iohannes Dietericus*) Med. D. & Practicus Glückſtad.

Molinetus (*Michael Angelus*) Med. D. & Anat. Prof. Patauin.

Mollerus (*Dan. Guil.*) Comes Palatinus Caeſareus, Hiſtor. ac Metaphys. in Acad. Altorfina P. P. Acad. Nat. Curioſ. & Italiae Recuperatorum Socius.

Mollerus (*Iohannes*) Scholae Flensburgenſis Rector.

Mollerus (*Carolus Otto*) Med. D. & Practicus Noviſoblienſis in Hungaria.

Morellius (*Andreas*) Sereniſſ. Comit. Schwartzburg. & Hohnſteinii Antiquarius.

(41) Magnificus deinceps Conſul an. 1720 m. Iul. defunctus, & a venuſtiſſimo poëta, *Mich. Richey*, poſt fata immortalium meritorum ergo laudatus.

Muhlius (*Henr.*) S. Th. D. & Sacrarum Linguarum, itemque Homilet. in Acad. Kilon. Prof. Ordin. Eccleſiar. & Scholarum Sclesuico-Holſat. Superintendens Generalis, Concionator Aulicus Primarius & Praepoſitus.

Mulenius (*Iob*) Med. in Vniuerſit. Haffnienſi P. P. & in Collegio Conſiſtoriali Aſſeſſor.

Munnicks (*Ioannes*) Med. D. Anatomes & Botanices Prof. P. & Reip. Vltraiectinae Poliater.

Muralto (*Iohannes de*) Med. D. & Phyſicus Tigurinus, Acad. Nat. Curioſ. Collega.

Muſaeus (*Petrus*) Acad. Kilon. Secretarius, poſtea Syndicus.

Neukrantzius (*Iohannes Ant.*) Med. Doct. & Ser. Ducis Suerino-Mecklenburgici Archiater.

Neumannus (*Io. Georg.*) SS. Th. *D.* eiusdemque in Acad. Wittebergenſi P. P. Alumn. Elect. Ephorus & Academiae Bibliothecarius.

Nicolai (*Henricus*) Med. Doct. & Poliater Argentinus.

Nordenhielm (*Iohann*) Dicaſterii Regii Holmienſis Aſſeſſor.

Nottelmann (*Bernhardus Arnoldus*) Phil. & Med. Doct. Collegii Medici Hamburgenſis Socius.

Nymann (*Martinus*) Ciuitatis Holmienſis Senator, & Curiae Inferioris Praeſes.

Olearius (*M. Ioh. Chriſtoph.*) Diaconus & Bibliothecarius Arnſtad.

Olearius (*Io. Gothofredus*) Superintendens Arnſtadio-Schwartzburgicus & Conſiſtorii Aſſeſſor.

Palthenius (*Ioannes Philippus*) Philoſoph. Moral.

ral. & Ciuilis, vt & Hiſtoriae Prof. Publ. Gryphiswaldenſis.

Paſchius (*Georg*) Artis Rationis, Philoſoph. Primae ac Moralis in Academia Kilionienſi P.P.

Pechlinus (*Io. Nicol.*) Med. D. olimq; Acad. Kil. Prof. nunc Seren. Ducis Slesvico-Holſatiae Viduae Archiater, & Acad. Nat. Curioſor. Collega.

Peller (*Chriſtoph.*) I. V. D. diuerſorum Sereniſſ. Imperii Principum, vt & Reip. Norimb. Conſiliarius, ac Vniuerſitatis Altorfinae Pro-Cancellarius.

Peringskioeld (*Ioannes Peringer*) Collegii Antiquitatis Regii Holmienſis Secretarius.

Peyer (*Io. Conr.*) Med. D. & Phyſ. Scaphuſanus, Acad. Nat. Curioſ. Collega.

Pommereſche (*Io. Henr.*) Sereniſſ. Duci Mecklenburgico-Suerinenſi a Conſiliis Aulicis, & Secretis Status.

Poſtel (*Chriſt. Henr.*) I. V. L. Antiquarius, Poeta & Hiſtoricus inſignis, Hamburgi vitam degens.

Pregitzer (*Io. Vlricus*) I. V. D. & Ducis Würtembergici Conſiliarius.

Ramazzinus (*Bernardinus*) Med. D. & P.P. Patavinus.

Raygerus (*Carolus*) Med. D. & Phyſ. Poſonienſis, Acad. Nat. Curioſ. Socius.

Raygerus (*Carolus*) Caroli filius, Med. D. & Pract. Poſonienſis.

Rechenberg (*Adamus*) SS. Th. L., vtriusq; Ling. & Hi-

& Hiſtor. in Acad. Lipſ. P. P. nec non Collegii Maioris Principp. Collegiatus.

Reicheltus (*Iulius*) in Acad. Argentoratenſi Mathem. P. P. & Capituli Thomani Decanus.

Reitzerus (*Chriſtianus*) Iuris in Vniuerſit. Haffn. P. P. & Hiſtor. Regius.

Reyherus (*Samuel*) I. V. D. Cod. & Math. Superior. ac Inferior. in Acad. Kilonienſi Prof. Ordinarius.

Roberg (*Laurentius*) Medicinae Theoret. & Pract. in Acad. Vpſal. P. P.

Rochſer (*Io. Frid.*) Ciuis Metallicus Schemnitzienſis in Hungaria.

Roëll (*Herm Alexander*) Theol. & Phil. Prof. Franeckeranus.

Rommelius (*Petrus*) Phil. & Med. D. ac Reipubl. Vlmenſis Phyſicus.

Roſtgaard (*Frid.*) S. R. Mai. Dan. & Norv. Conſiliarius Iuſtitiae, & Archiuarius Intimus.

Rötenbeccius (*M. Georgius Paulus*) Logic. & Polit. in Acad. Altorf. P. P.

Rothius (*Iacobus*) Med. Doct. & Prax. in Acad. Baſil. P. P

Rudbeck (*Olaus*) Med. D. & Anatom. ac Botanic. in Academia Vpſalienſi Profeſſor.

Ruyſchius (*Frid.*) Med. D. Anatom. ac Botanic. Prof. Amſtelod.

Saalbach (*M. Chriſtianus*) Poëtices ac Eloqu. Prof. Publ. & Acad. Gryphiswaldenſis Bibliothecarius.

Sacchi (*Pompeius*) Med. D. & Prof. Patauinus.

de

Digitized by Google

de Sandris (*Iacobus*) Med. Doct. & in Acad. Bononienſi Anat. & Chirurg. Prof. Publ.

Schad (*Ioannes Chriſtophorus*) I.V.D. Viennae vitam trahens.

Schaper (*Iohann Erneſtus*) Med. D. & Prof. Publ. Ducalis Roſtochienſis, ac Acad. Regiae Scientiar. Berolinenſ. Socius.

Scheid (*Io. Valentinus*) Med. Doct. & in Acad. Argentorat. Anat. Prof. Publ. ac Capituli Thomani Canonicus.

Schelhammerus (*Gunther. Chriſtoph.*) Med. D. & t. t. Kilonienſ. Academiae Prof. Prim. Nat. Curioſ. Adiunctus, & Recuperatorum Socius.

Scherpf (*Matthaeus*) Med. D. & Archiater Wurtembergenſis.

Scheuchzerus (*Io. Iac.*) Med. D. & in Gymnaſio Tigurino Phyſices Prof. Acad. Natur. Curioſ. & Societ. Reg. Angl. vt & Acad. Inquietor. Bononienſ. Socius.

Scheurl (*Chriſtoph. Theophilus*) a Defferſtorff, Reip. Norimberg. Archiater.

Schmidt (*Iohannes Andreas*) Abbas Mariaevallenſis, S. Th. Doct. eiusdemq; & Antiquitat. Sacrar. in Acad. Helmeſtadienſi P. P.

Schober (*Ioannes Frid.*) I. V. D. Conſiliarius & Comes Palat. Caeſareus, Inclyti Ordin. Equeſtr. per Francon. Orient. Conſiliarius.

Schröckius (*Lucas*) Med. D. Archiater & Comes Palat. Caeſar. nec non Acad. Nat. Cur. Praeſes, & Reip. Auguſtanae Phyſicus.

Schubartus (*Georgius*) Poëſeos & Eloqu. in Acad. Ienenſi P. P.

Schuccardus (*Iohannes*) Antiquarius Wurtembergicus. & Phyſices ac Matheſeos in Gymnaſio Stutgardiano Profeſſor.

Schurzfleiſchius (*Conradus Samuel*) Hiſtoriar. & Graecar. Literar. in Acad. Wittenbergenſi P.P.

Sebizius (*Melchior*) Med. D. in Acad. Argentoratenſi Prof. Publ. Ord. & Capit. Thomani Canonicus.

Sibrandus (*Iohannes*) I. V. D. & in Acad. Roſtochienſi Decretalium Prof. Publ.

Sidarini (*Georgius*) Ciuis Metallicus Cremnicienſis, & Vrburarius Schemnitzienſis.

Smidius (*Melchior*) Graecar. Literar. in Acad. Helmſt. P. P. & Bibliothecarius.

Sperling (*Paulus Gothofredus*) Med. D. Anatom. & Botanic. in Acad. Wittebergenſi Prof. Publ. nec non Princ. Serueſta-Anhaltini Archiater.

Sperling (*Otto*) Conſiliarius Regius, & Acad. Equeſtris, quae Hafniae eſt, Prof. Publicus.

Spleiſſius (*Dauid*) Phil. & Med. Doct. in Gymnaſio Scaphuſiano Math. Prof. & Reip. Practicus.

Staechelinus (*Ioannes Henricus*) Phil. & Med. Doct., ac Practicus Baſil.

Stahlius (*Georgius Erneſtus*) Med. D. & in Acad. Hallenſi P.P. Acad. Nat. Curioſ. Collega.

Stapel (*Reinhardus*) ICtus & Cauſarum Patronus Amſtelodamenſis.

a Stetten (*Io.*) Reip. Auguſtanae Senator, & Dicaſterii Praeſes.

Stieler (*Caſparus*) ICtus, & Conſiliarius Holſaticus, Serotinus (der Spate) dictus.

Stiſſerus (*Io. Andreas*) Med. D. & in Acad. Helmeſtad. Chimiae & Botanices Prof. Publ.

Stocka-

Stockarus (*Alexander*) Med. D. & Reip. Scaphuſianae Phyſicus Ordinarius.

Stockhamerus (*Franciſcus*) Med. D. Sacr. Caeſ. Mai. Leopoldi I. Conſiliarius & Perſonae Medicus.

Stridzberg (*Haquinus*) LL. Orient. in Acad. Lundenſi Scanica P. P.

Strôm (*Chriſtianus*) Med. Doct. & Prouinciae Nericiae, Ciuitatisq; Orebrogenſis Phyſicus.

Stryckius (*Samuel*) ICtus, Sereniſſ. ac Potentiſſ. Regis Boruſſiae Conſiliarius Intimus, Prof. Primarius, & Facultatis Iuridicae Hallenſis Ordinarius.

Sturmius (*Io. Chriſtoph.*) Phyſic. ac Matheſ. in Acad. Altorf. P. P.

Sturmius (*Leonhardus Chriſtoph.*) olim Acad. Illuſtris Guelpherbytanae, nunc Vniuerſit. Francofurtanae Matheſ. P. P.

Suicerus (*Io. Henr.*) SS. Th. D. & Gymnaſii Tigurini Profeſſor.

Tentzelius (*Wilhelm. Ern.*) Hiſtoriographus Ducalis Saxonicus, Gothanus.

Thoman (*[illegible]. Ern.*) ab Hagelſtein, Dicaſterii Ciuilis & [illegible]imon. A. C. Aſſeſſor, Auguſtae Vindelicorum

Thoman (*Iacobus Alexius*) ab Hagelſtein, Patricius Auguſtanus.

Thomaſius (*Chriſtianus*) ICtus, Sacr. Regiae Maieſt. Boruſſiae Conſiliarius, & Prof. Publ. Hallenſis.

Thomaſius (*Godofredus*) Med. D. Phyſicus Norimbergenſis, & Acad. Nat. Curioſ. Socius.

Digitized by Google

Toernhielm (*Martinus*) Nobilis & Arcium Drottningholmenſis & Suarthoënſis Praefectus.

Tranaeus (*Ioannes Godeſchalcus*) Med. D. & Regiae Admiralitatis Suecicae, quae Caroli-Coronae eſt, Medicus Ordinarius.

Triumfetti (*Io. Baptiſta*) Med. D. & Horti Medici Romani Praefectus.

Vaillant (*Ioannes Foy*) Med. D. & Pot. Gall. Regis Ludou. XIV Antiquarius.

Valkenier (*Petrus*) Celſorum ac Praepot. D. D. Ordinum Gener. Vniti Belgii per XXVIII annos Ablegatus Extraordinar.

de Vallemont (*M. L. L.*) Presbyter & Theol. D. Pariſienſis.

Vallerius (*Haraldus*) Matheſ. in Acad. Vpſal. Prof. Ordinarius.

Valſinieri (*Antonius*) Med. *D*oct. & Praxeos P. P. Patauinus.

Vater (*Chriſtianus*) Philoſ. & Med. *D*oct. Eiusdemq; in Acad. Wittebergenſi P. P. nec non Phyſicus Prouincialis, Acad. Natur. Curioſ. Collega.

Veiel (*Elias*) S. Th. *D*. Eccleſ. Vlm[illegible] Antiſtes, & Gymnaſii *D*irector.

Veſti (*Iuſtus*) Med. Doct. Pathol. Prof. Publ. eiusdemq; Facultatis in Academia Erfurtenſi Aſſeſſor.

Viali (*Felix Abbas*) Med. D. & Botanic. in Academia Patauina P. P. in Piſana Vniuerſit. Prof. Honorarius perpetuus.

Vierzigmann (*Iohannes*) Med. Doct. & Practicus Norimberg.

Viscardi

Viſcardi (*Iac.*) Med. D. & Anat. Prof. Patauinus Ordinarius.

Volcamerus (*Io. Georg.*) Med. D. Phyſ. Norimb. Acad. Nat. Curioſ. Socius.

Vpmarck (*Io.*) Eloq. & Politic. in Vniuerſit. Vpſ. Prof. Publ.

Wagenſeilius (*Io. Chriſtoph.*) I. V. *D.* & in Acad. Altorf. Iuris Publici ac Canonici, nec non LL. OO. PP.

Wagner (*Dan.*) Med. *D*oct. & Pract. Haffnienſ.

Wagner (*Reinboldus* Med. *D.* & Pract. Haffnienſ. Acad. Nat. Curioſ. Socius.

Waldſchmidt (*Wilh. Huldericus*) Med. *D.* Theor. & Philoſoph. Experimental. in Acad. Kilon. PP. & Acad. Nat. Curioſ. Collega.

Wedelius (*Erneſt. Henr.*) Phil. & Med. *D.* Medicus Provincialis Saxo-Vinarienſis, Ciuitatisq; Ienenſis Phyſicus.

Wedelius (*Georg Wolfg.*) Med. *D*oct. Com. Palat. Caeſar. Conſiliarius & Archiater *D*ucalis Saxonicus, Theoretices Prof. Publ. Acad. Leopold. Adiunctus.

a Wedderkop (*Magnus*) Sereniſſ. *D*uci Slevici & Holſatiae a ConſiliisSecretioribus.

Wegleiterus (*Chriſtoph.*) S. Th. *D.* & P. P. Altorfinus.

Weiſſius (*Leonardus*) S. Caeſ. Mai. a Conſiliis, & Reip. Auguſtanae IIvir Praefectus.

Werenfelſius (*Petrus*) S. Th. *D.* & Noui Teſtam. in Acad. Baſileenſi Profeſſor, eiusdemq; Eccleſiae Antiſtes.

Weren-

Werenfelſius (*Samuel*) SS. Th. *D.* eiusdemq; in Acad. Baſil. P. P. & Bibliothecarius.

Werlhofius (*Ioh.*) ICtus & in Acad. Iulia Iuris Canonici ac Feud. P. Ord.

Willius (*Emanuel*) Seren. & Potent. Regis Poloniae & Elector. Saxonici, Friderici Auguſti, Conſiliarius Aulicus.

Wölcker (*Georg. Car.*) I. V. *D.* & Reip. Norimb. Conſiliarius.

Wolffen (*Io. Conrad.*) S. R. M. *D*aniae Archiater, a Conſiliis Iuſtitiae & Bibliothecarius Regius.

Wolphius (*Io. Caſp.*) SS. Th. in Gymnaſio Tigurino Prof. & Collegii Canonicorum Praepoſitus.

Woodwardus (*Io.*) Med. Doct. Phyſices in Collegio Gresham. Prof. nec non Collegii Medicorum Londinenſium & Societ. Regiae Membrum.

Wormius (*Olaus*) Med. Prof. Regius Haffnienſis & Collegii Conſiſtorialis Aſſeſſor.

Wurfbain (*Ioh. Paulus*) Med. *D*oct. Archiater & Com. Palat. Caeſ. Acad. Nat. Curioſ. *D*irector, & Reip. Norimb. Phyſicus.

Wurtzelbaur (*Io. Philippus*) Mathematicus Norimb.

Zentgrafius (*Io. Ioachimus*) SS. Th. *D.* & P. P. Argentoratenſis, Capituli Thomani Canonicus.

Zumbach (*Lotharius*) de Koesfeld Eques, Med. *D*oct. & Practicus Leydenſis.

Zwingerus (*Theodorus*) Med. *D*oct. & in Acad. Baſil. Phyſ. & Botanices P. P. Sereniſſ. *D*ucis

Wür-

Digitized by Google

Würtemb. Conſiliar. & Med. Societ. Nat. Curioſ. Leopoldino-Imperial. Collega.

Cum tot ac tantis Viris non ſine maximo fructu collocutus Noſter, larga ſtudiorum incrementa optimae Patriae intulit. In ea deinceps *Muſeum*, multis rarioribus & pretioſis, ope itinerum collectis ac comparatis, repletum inſtruxit. Aſſeruat iſtud hodieque Parens, qui cum ſit ICtus, neque etiam in ſua familia habeat Medicos, *Catalogum* eius publicare, idque curioſis naturae myſtis iuſto offerre pretio in animo habet. Praeterea vtilisſime tempus conſumſit morbis medendo, *Noua Literaria Maris Balthici* nonnunquam amplificando, vtilisſima ſcripta meditando & cum viris doctiſſimis litterarium commercium inſtituendo. Praeter celeberrimum autem *Crenium* (qui quanti eum fecerit, oſtendit vel ſola de Ignibus, qui, in gratiam nautarum, ad mare noctu in ſpeculis aluntur, Epiſtola philologica-antiquaria ad Noſtrum ſcripta & Nouis Liter. Mar. Balthic. 1703. pag. 206 ſqq inſerta, elogiis Leopoldinis valde honorificis referta), *Bromelium*, & alios, in primis litteras communicauit cum *Io. Woodwardo*, Medico Anglo inclytiſſimo. Varias enim Epiſtolas, res praeſertim naturales illuſtrantes, ad hunc ſcriptas, vna cum Woodwardi reſponſoriis, Pater aſſeruat. Hic autem Noſtrum non ſolum, dum viueret, in deliciis habuit, verum etiam poſt mortem, quae praecox, quod dolendum, ei an 1711 d. 4 Mai. contigit) coluit. Teſtem produco ſequen-

quentem Epiſtolam, ex αὐτογράφῳ a me deſcriptam:

Nobiliſſimo, Excellentiſſimo & Celeberrimo Viro

DN. ACHILLI DANIELI LEOPOLDO I. V. D.

ſ. p. d.

Ioh. Woodward.

Non ſine dolore maximo accepi nuntium de Filii tui morte. Quod enim expertus noui, vir erat vt ingenio, humanitate & integritate ſumma praeditus, ita doctrina pari ornatus, ceteriſque virtutibus omnibus inſtructus, quae hominem ſuis charum, reipublicae vtilem & laude dignum reddere poſſent. Propinqui itaque eius, amici, & qui cum eo vel praeſentes conuerſati fuerant, vel abſentes per internuntias literas commercium habuerant, non poſſunt, quin, quod ego ex animo facio, talis viri mortem vehementiſſime doleant. Neque tamen eſt, cur totus, praeſertim literatus orbis, ſuum quoque in praematura eius morte damnum multo aequius ferat, ex cuius doctrina, iudicio & diligentia, ſi ad ſenectutem vixiſſet, ſumma omne genus commoda ſibi pollicitus fuerat, & quae certiſſime percepiſſet. Et profecto huius rei, cum cetera eius ſcripta deſiderentur, plenam fidem facit eius de Suecico ſuo Itinere Relatio, quam ego, quanta fieri poterit diligentia, typis imprimendam curabo. Neque quidquam omnino eſt, quod non lubentiſſime faciam, vnde laudis aliquid eius nomini accidere poſſit, qui tam breui vitae curriculo laudes omnes meruit. Ex quo funeſtum hoc bellum erupit, literas, ſcientiaſque promouendi ſtudium ita elanguere viſum eſt, vt libri Latino ſermone

ſermone ſcripti rarius apud nos excudantur; praeſertim cum ex rixoſis libellis, fere de nugis, ementito rerum grauiſſimarum nomine cohoneſtatis, lingua noſtra conſcriptis, bibliopolae lucrum ſibi quaerant & inueniant. Sin vero efficere non potero, vt hoc opus ea elegantia, qua ego velim, ipſumque mereatur, Londini imprimatur, ipſum in Hollandiam excudendum transmittam. Impreſſi exemplaria aliquot in Tuum, ceterorumq; τ̃ μακαρίτȣ amicorum vſum ad Te mittam. Et ſi qua vnquam poſthac occaſio ſe mihi obtulerit, qua veram illam meritiſſimamque meam erga Filium illum Tuum, dum viueret, amicitiam, & perpetuam gratiſſimamq; eius memoriam teſtatiorem facere poſſim, vel ſi quid ſit, quo de Te, Vir celeberrime, optimique Filii Pater optime! bene merear, vt iam nihil magis, quam eius generis aliquid in votis eſt, ita, ſi contigerit, nil prius aut diligentius agam. Quam diutiſſime feliciſſimeq; valeas. Dabam ex Collegio Greshamenſi 24 Aug. 1711.

Reſtat, vt ſcripta Leopoldi noſtri, tam edita, quam inedita & affecta, recenſeantur. Haec ſunt

Diſſertatio Inauguralis Medica de Alce, magno illo Septentrionis Animali, eiusque Virtutibus. Baſil. 1700. 4. pl. 5. Sine Praeſide d. 3 Iun. defenſae huic Diſſertationi non ſolum multi viri doctiſſimi, in Baſileenſi Academia viuentes, honorifica adiecerunt Carmina, verum etiam Heluetiorum Plinius, *Io. Iac. Scheuchzerus*, cum ea voluit coniunctam elegantiſſimam ſuam *Epiſtolam de Cerua Cornuta, in diſtrictu Rafzenſi capta.* In hac, quae luculentiſſimum amoris erga Noſtrum eſt documentum, inter alia ſcribit: *Diſputationem Tuam Inauguralem ſedula non minus doctaque*

ctaque elaboratio, ac raritas materiae de optima nota commendant. ——— *Spectat tua de Alce doctrina ad excolendam Hiſtoriam patriae Naturalem, & omnes ſimul Medicinae angulos perreptat.* Occaſione quoque huius Diſſertationis Leopoldum noſtrum ſic laudauit *Ioan. Phil. Breynius*, Med. *D.* & Reg. Soc. Angl. Socius, in Praefat. praemiſſa Georg. Andr. Helwingii, Paſt. Angerburg. & Reg. Scient. Soc. Brand. Membri, Florae Quaſimodogenitae, ſ. Enumerationi aliquot Plantar. indigenar. in Pruſſia Gedan. 1712. 4. pag. 7 ſq: „Hic locum quoque „habeat, cum Borusſia prae omnibus aliis re„gionibus de tanto Alcium numero gloriatur, „vt vera eorundem patria ſalutari posſit, prae„ter *Wigandi* ſupra citati, *Andreae Baccii* & *Apol„lonii Menabeni*, cum R. *Dodonaei Epiſtola*, de „hoc Animali Tractatus, Cl. *Io. Frid. Leopoldi*, „M. *D.* & Practici, dum viueret, Lubecenſis „prudentisſimi, Amici noſtri etiam poſt fata „colendi (Viri ad promouendam Hiſtoriam „Naturalem nati, ſed proh dolor! in flore ae„tatis aduerſo fato nobis erepti, cuius Rela„tionem Itineris Suecici propediem publican„dam ſummo exſpectamus deſiderio, vtinam „& cetera eius MSS. magno Reip. Literariae „commodo typis excuderentur) *Diſſertatio „de Alce.*

Relatio Epiſtolica de Itinere ſuo Suecico anno 1707 *facto. Ad excellentisſimum atque celeberrimum virum Dn. IOHANNEM WOODWARD, M. D. & Phyſices in Collegio Greshamenſi Prof., nec non Collegii Medi-*

Digitized by Google

Medicorum & Societatis Regiae Sodalem. Londin. 1720. 8 maj. pagg. 111. Occaſionem Itineris auctor ſtatim ſub initium exponit. Scilicet ſignificauit ipſi per litteras Woodwardus propoſitum euulgandi tria ſcripta Hiſtorico-Phyſica, *de Foſſilibus*: *de Telluris Structura*: & *de Arte Metallica*, operamque Noſtri ſimul efflagitavit. Suppeditauit Noſter varia: quo tamen plura poſſet exhibere, conſtituit, Hafniae commorans, ex Dania in Sueciam tranſire, inque huius res naturales accurato ſtudio inquirere. Non caruit inſtitutum felici ſucceſſu, cuius rei teſtis eſſe poteſt haec Relatio, quae dudum potuiſſet in lucem prodire, niſi praeter ſpem diu in Anglia haeſiſſet. In hac Relatione varia, Hiſtoriam Naturalem egregie iuuantia, Noſter annotauit, tum quae ipſius induſtria detecta, tum quae viri celeberrimi ei oſtenderunt, nonnunquam etiam obtulerunt: Sic pag. 5 ſq laudat *Io. Iac. Döbelium*, Medicum Scaniae prouincialem, qui ipſi ex Muſeo ſuo trium generum *Conchas* (quarum figurae aeri inciſae exhibentur), effoſſas ex ſtratis ſaxi calcarii, quod in litore maris, ad locum Liemhaffen, ſtadium Malmogia diſtantem, ſub aquis eruitur, & *Strandſteen*, h. e. ſaxum litorale nuncupatur, donauit. Primum, dicit, ei eſſe ſimile, quod Fab. Columna Tr. de Purpura c. 12. p. 22 conchae rarioris anomiae, vertice roſtrato: Mart. Liſterus Cochlit. Angl. tit. 46 conchitae anomii, roſtro prominulo & veluti pertuſo donati titulo eſt

 com-

complexus. Alterum Gryphitis Langianis annumerandum eſſe opinatur. Tertium denique pertinere ipſi videtur ad Conchitas valvis aequalibus inſtructos, Car. Nic. Langio Hiſt. Lap. Fig. Helvet. p. 138 aequilateros dictos. Idem Doebelius, praeter alia, ipſi quoque dono dedit ſaxum foetidum, Suecis *Oelſteen*, Norvegis *Swien-ſteen* dictum ideo, quod ferro attritum talem intolerabilem foetorem, qualem ſues ſpirare ſolent, exhalet. Vid. de hoc ſaxo p. 8 ſq. *Officinae Aluminariae* prope Yyſtadium p. 12 ſqq deſcribuntur. Chriſtianopoli ſe iſthaec *Scaniae producta* impetraſſe, p. 15 ſqq narrat: *Belemnitam*, *Echinitam ovalem*, *Margaritas ex riuulis collectas* & *Succinum fulvum, pellucidum*. Pag. 19 ſqq diſſerit de viſo a ſe Carolicoronae *Boreali Meteoro*, Suecis *Nordbläs*, vel *Nordlius* vocato. Simili modo per totam hanc Relationem mera curioſa, ad Lithologiam in primis ſpectantia, enarrantur, tabulis aeneis paſſim delineantur, & accurate deſcribuntur. Vnde etiam Woodwardus eam in Anglia excudi curauit, qui honor ſcriptis Germanorum rarius ſolet contingere. A civibus ſuis non exiguam inibit gratiam *Magnus Bromelius*, ſi hanc Relationem in Suecicam linguam transtulerit, quod dudum, ſe facere velle, promiſit. Legi enim huius Bromelii Epiſtolam, ad Noſtri Parentem Holmia 1711. d. 14 Iul. ſcriptam, & Filii mortem valde dolentem, ex qua ſequentia excerpſi: *Das einzige tröſtet mich, daß der gute Leopold ſo gele-*

bet,

bet, daß er auch nach dem Tode zu leben ſcheinet. Denn da er noch lebete, hielten ihn ſeine Freunde, Bekannte und die gantze gelahrte Welt für einen gelahrten Mann, und da er geſtorben iſt, beklagen ſie alle, ihren Nordiſchen Plinium, Gesnerum und Tournefort verlohren zu haben. Zu ſolcher ſeiner nachgelaſſenen reputation wird nicht wenig helffen die verſprochene Schwediſche Reiſe-Beſchreibung, die ich, als ſein damahliger individuus comes, recht hertzlich verlange zu ſehen. Und damit meine Landes-Leute ſehen mögen, wen ſie an ihn verlohren haben, will ich gerne, ſi tibi ſic videtur, Vir nobiliſſ., dieſelbige in Schwediſch überſetzen, und erweiſen, wie ein Frembder aus Liebe thut, was die Einheimiſchen nicht thun wollen, oder können. Recenſita eſt etiam haec Relatio in Bibliothec. Angl. Tom. VII. P. II. Conf. Neue Zeitungen von Gelehrt. Sachen 1721. N. I. pag. 4 ſq.

Hiſtoria Naturalis Wagriae. De hac digna omnino ſunt, quae hic legantur, verba celeberr. Mellii, quae extant in Epiſt. de Echinit. Wagric. ad V. Cl. Io. Woodwardum pag. 8 ſq: Ad noſtros Echinitas Wagricos quod attinet, eorum forte deſcriptioni ſuperſedere nobis liceret, ſi fata ciui noſtro praeclariſſimo, & amico in paucis charo, Tibique etiam V. E. notiſſimo, ac inprimis ob curioſam itineris Suecici relationem (quam prelo paratam Tuo nomini inſcripſerat) aeſtimatiſſimo, Io. Frid. Leopoldo, Med. D. feliciſſimo, vitam non inuidiſſent. Is enim inter alios induſtrii ingenii foetus, Hiſtoriam Naturalem

„Wagriae meditabatur, ea methodo conſcri-
„bendam, qua apud Anglos veſtros D. Rober-
„tus Plot Oxfordienſem & Staffordienſem
„euulgauit, iamq; multa egregia & praeclara
„hanc in rem collegerat, quae ſumma ſaepe
„voluptate nos vidiſſe & legiſſe meminimus.
„Sed, quod dolendum, immatura morte an.
„1711. d. 4 Maii praeuentus, nobile coeptum
„abſoluere non potuit; cuius apparatum ta-
„men, vt vt indigeſtis ſchedis illitum, ne ſu-
„perſtes Nobilisſimus Pater orbi curioſo ſub-
„trahat, ſed potius, quantum per obſtetrices
„manus, foetui huic facile commodandas,
„fieri poterit, in qualemcunque ordinem re-
„dactum, ſcrinii cancellis liberet, adeoque
„(ad Cl. V. D. Michaëlis Friderici Lochneri,
„Medici Norici, exemplum) deſideratisſimo
„meritisſimoque filio (quem celeb. V. D. Io.
„Iacobus Scheuchzer in Bibliotheca Scripto-
„rum, Hiſtoriae Naturali omnium terrae re-
„gionum inſeruientium, p. 44 debito elogio
„mactat) immortale ac aere perennius mo-
„numentum ſtatuat, impenſe & publico no-
„mine rogatur.

Commentatio de claris Lubecenſibus Medicis. Vid. Ritterus & Suantenius ll. cc.

IOANNES LINDEMANNVS.

Luce donatus eſt in hac ciuitate an. 1670. d. 24 Iun. Patrem accepit *Antonium Lindemann*, Ciuem ac Mercatorem Lubecenſem ſpectatisſimum:

mum: Matrem *Annam a Werlen*, Feminam praeſtantisſimam. Hi *percelebris ludi literarii Lubecenſis*, teſte Suantenio in Noſtri memoria an. 1700 euulgata, *inſtitutioni eum tradentes, id ſedulo attenderunt, quo ad pergentem animi eius aſſidui ardorem accommodaretur ſolertisſima doctrina & inſtructio virorum de ludo literario clarisſime ac eximie meritorum Dn. Marci Wida & Dn. Chriſtiani Schevii. Grandior inde & adultior artium ingenuarum cultor, auſpicio atque ductu tum noſtro, tum virorum clarisſimorum atque praeſtantisſimorum Dn. Lipenii, Conrectoris, Dn. a Brügge, Subrectoris, & Dn. Pagendarmii, Cantoris, ea perelegantium emolumenta profectuum ſibi comparauit, quibus Academicae maturus conſociationi perdiligenter euaderet. Quem in finem diſerti ſermonis fortunam tentare ac periclitari ſategit, recitata palam gymnaſtica Oratiuncula d. 2 April 1691 de Imperatorio OTTONIS II effato: Pacem cum Hominibus, cum Vitiis Bellum.* Subſequenti menſe Maio profectus eſt Ienam, vbi cum Philoſophos praeclarisſimos, *Treunerum* & *Schmidium*, ſedulo audiuiſſet, ad clarisſimorum Medicorum, *Wedelii* ac *Schelhammeri*, ſcholas feliciter progrediebatur. Conſumto Ienae biennio, Lipſiam an. 1693. m. April. ſe conferebat, vt Medicorum excellentisſimorum, *Bohnii* ac *Rivini*, auditoribus intereſſet. Finito Academico quadriennio concedebat Belgium, eiusque praecipuis vrbibus & rebus conſideratis, Medicorumque acquiſito fauore, Rheno

traiectus, Francofurtum adibat, indeque per Norimbergam, Auguſtam &c. in Italiam iter proſequebatur. Vidit Romam, Neapolin, & plures vrbes commemorabiles: Patavii in primis artificioſae corporum ſectioni operam nauavit. Remeans attingebat Viennam, pluresque Germaniae ciuitates, donec veniret Halam, vbi, praeſide *Georg. Ern. Stablio*, defenſa d. 3 Febr. 1697 *Diſputatione Inaugurali Medica de Morbo Retrogrado*, Medicinae Doctor fuit creatus. His honoribus auctus rediit in patriam, quae eum inter Medicos ſuos excellentisſimos per breue tantum temporis ſpatium numerauit, ſiquidem iam an. 1700 d. 5 Iul. viuentium ſocietatem reliquit. Conf. etiam Nov. Lit. Mar. Balth. 1700. p. 256.

CHRISTOPHORVS LIPSTORPIVS.

Pauca quaedam de hoc celeberrimo Medico dixi in Stad. Literat. pag. 70: nunc fuſius commentabor. Natus eſt Lubecae an. 1634. d. 19 Sept. patre viro admodum reu. & praeclariſſ. M. *Daniele Lipſtorpio*, Rev. Miniſterii Lubecenſis Seniore grauisſimo & Paſtore Cathedrali meritisſimo: matre *Chriſtina Kochia*, Matrona ornatisſima. Societati diſcentium publicae prudenter admodum fuit illatus, inque ea vsque ad annum 1653 retentus, quo tempore in Gymnaſtico coetu *Sebaſtianus Meierus*, *Henricus Bangertus* atq; *Iacobus Kockertus*, viri laudatisſimi, docuerunt. Eodem anno 1653. m. Mart. abiit Roſtochium, vbi

vbi ductu *Rigii*, Phil. & Med. Doct., Geographiam, Graecam linguam, Logicam & Aſtronomiam; *Cobabi* totam Philoſophiam, & ſpeciatim doctrinam Sphaericam; ac *Mauritii* Theologiam thetico-polemicam ſedulo tractauit. Vidit praeterea non ſine fructu corporis ſectionem a *Schulteto* publice factam. Roſtochienſem quoque cathedram aſcendit, &, M. *Dionyſio Stropio* praeſide, m. Dec. *de Conſtitutione Phyſicae* publice diſputauit. Anno Penalismi, vt vocabant, Roſtochii abſoluto, an. 1654. m. April. per Luneburgum, Brunsuigam, Guelpherbytum, Northuſam & Vinariam contendebat Ienam, vbi fratrem, *Danielem Lipſtorpium*, ICtum & Polyhiſtorem ſupra laudatum, Principibus iuuenibus Vinarienſibus eo tempore vitae ſtudiorumque moderatorem praefectum, non ſine maximo gaudio poterat offendere. Ab hoc de meliori nota commendabatur *Rolfinckio*, ordinis Medici iſto tempore lumini, in cuius domo deinceps non ſolum viuebat (licet conuictu *Chemnitiano* vteretur), verum etiam ſingulari eius inſtitutione dignus iudicabatur. Praeter Rolfinckium *Schenckio*, clariſſimo itidem Medico, audiendi quoque ſeduſam operam nauauit. Profecit inde adeo, vt pro roſtris Academicis *Diſputationes Academicas de Catarrho* an. 1654. d. 20 Dec. nec non *de Morbis Mulierum* d. 12 Sept. an. 1655, praeſidio Rolfinckiano vſus, magno cum applauſu potuerit defendere. Animi & vtilitatis cauſa vrbes finitimas inuiſit, praecipue Altenburgum, vbi an. 1654. d. 20 Iun. vidit ſolemnem Principis iuue-

nis initiationem, maximo ſplendore peractam. An. 1656. d. 6 Ian. iter auſpicatus eſt Italicum, & per Bambergam, Norimbergam, Auguſtam Vindelicorum (vnde in ciuitates, Vlmenſem & Tubingenſem, excurrebat) Monachium, Oenipontem, Brixinum, Tridentum, Venetias, tandem Patauium acceſsit. Hic vero in illuſtri Schola Medica ad artem ſalutarem ita incubuit, vt, praeuiis & priuatis & publicis examinibus, d. 19 Dec. eiusd. an. Philoſophiae ac Medicinae Doctor, cunctis applaudentibus, fuerit ſolemni ritu renunciatus. Adeo autem ipſi placuit Patauinum Lyceum, vt, poſt impetratos honores Medicos, per integrum porro annum ibi commoraretur, non fauore ſolum celeberrimi *Rhodii*, quem nactus eſt hoſpitem, ſed etiam lectionibus, conſultationibus & demonſtrationibus magni nominis Medicorum ac Philoſophorum, *Marchetti*, *Molinetti*, *Sylvatici*, *Bonardi*, *Frigimelicae* & *Albaneſii* vehementer gauiſus. Perluſtrauit deinceps ceteras, quas Italia habet, celebres vrbes, Romam praeſertim & Mediolanum, vbi Bibliotheca, Muſeo *Septalii*, & fauore *Ferrarii* ſen. valde eſt delectatus. Inde per Heluetiam, eiusque Academiam, Baſileam, contulit ſe Argentoratum, vbi *Seb. Schmidio*, *Sebiziis* & *Boeclero* innotuit. Proſecutus eſt iter per Spiram, Wormatiam, & plura loca celebria, Francofurtum, vt ſolemnia, quibus LEOPOLDVS Imperator fuit coronatus, ſpectaret. Viſis his, per Moguntiam, Confluentiam, Dûſſeldorpium, Veſaliam, Arenacum, Vltraiectum

& Am-

& Amſtelodum, adiit Lugdunum, quae Batavorum Athenae per integros octo menſes eum detinuerunt. Luſtratis deinceps, quae vtriusque Belgii vrbes praecipuae habent, commemorabilibus, repetiit patriam, magna ſcientia, multaque doctisſimorum virorum, cum quibus variis in locis colloqui ipſi licuit, cognitione inſtructus. Patria autem per biennium tantum inter optimos Medicos eum vidit artem ſalutarem ſtrenue exercentem. Anno enim 1661 vocatus eſt Stadam, vt Phyſici ſpartam (quam hodieque ibi ornat excellentisſimus eius Filius, GVSTAVVS DANIEL LIPSTORPIVS, Medicinae Doctor experientisſimus (42)), capeſſeret. Praefuit ei magna cum laude vsque ad annum 1683, quo contulit ſe Hamburgum, vbi an. 1690 d. 17 Auguſt. hora diei Dominicae pomeridiana, cum horis huius diei matutinis & templum & aegrotos quosdam inuiſiſſet, lecto aegri asſidens, repentina morte eſt defunctus.

Scripta.

Diſputatio Dioptrico-Anatomica de Oculo. Ien. 1654. 4. Praeſ. Io. Theod. Schenckio.

Wolmeinendes nohtwendiges Bedencken von der Peſtilentz, mit eingefügtem Bericht, wie man ſich durch GOttes Gnade für derſelben wol vorſehen, und verwahren, auch wann einer damit angeſtecket würde, ſich davon curiren könne. Auff Chriſt-vorſorgliches Begehren eines Ehrenveſten Raths der uhralten löbl. Stadt

(42) Vid. quae de eo dixi in Stad. Literat. pag. 71 ſqq.

Stadt Staden in Eyl verfaſſet und auffgeſetzet. Stade. 1664. 4.

Wolmeinendes Bedencken von der graſſierenden Rohten Ruhr, mit beygefügtem kurtzen Bericht von dem hitzigen gifftigen Fieber, und wie man ſich durch GOttes Gnade für beyde Kranckheiten bewahren, oder da iemand damit behafftet würde, davon curiren könne. ibid. 1676. 4.

Obſeruatio de Vitula bicipite an. 1673 *Stadae nata,* quae inſerta eſt Ephemerid. Natur. Curioſor. Decur. I. An. VI & VII. pag. 103.

HENRICVS LIPSTORPIVS.

Humanam ingreſſus eſt ſocietatem an. 1666, natus Roſtochii patre D. *Daniele Lipſtorpio*, ICto & Polyhiſtore pereximio, ſupra p. 98 ſqq laudato: matre *Wendula Schlutovia*, Matrona ornatiſſima. *Quamprimum iſthanc attigit aetatem*, teſte Suantenio in eius Memor. 1701 ſcripta, *in qua animi iuueniles ad politam inſtitutionem formari ſolent, Roſtochio miſſus eſt Lubecam an.* 1675, *vt auſpicio ac ductu virorum, clariſſimam iuuentuti erudiendae operam impendentium. D. HINCKELMANNI, LIPENII & BRVGGII in literis elegantioribus proficeret.* Anno 1688. m. Ian. repetiit Roſtochium, vbi, conuictu & inſtitutione illuſtris ICti, *Kleinii*, fruitus, operam primum nauauit Iurisprudentiae, quam tamen mox cum ſtudio Medico permutauit, factus diligens *Io. Gerdeſii*, ſcholas Phyſicas, Botanicas, Anatomicas aperientis, auditor. Anno ſubſequenti Ienam eum traxit fama magni *Wedelii*, cui permulta ſe debere, ingenue faſſus eſt. Neque nihil

nihil tribuit *Dieterico Hoffſtadio*, quem Hanoviae an. 1691 audiuit. Hinc contendit Lugdunum Batauorum, vbi celeberrimorum virorum *Hermanni*, *Volderi*, *Senguerdii*, *Drelincurtii* ſtudio ſcientia eius Medica cepit incrementa. Vltraiectum tandem an. 1692. m. Iul. dedit laborum exantlatorum praemium, Doctoris Medicinae honores, quibus ſe dignum praeſtitit defenſa *Inaugurali de Venae Sectionis Vſu & Abuſu Diſputatione*. Luſtratis deinceps Germaniae regionibus, Franconia, Sueuia, Bauaria, per Tirolenſem prouinciam iter fecit in Italiam, Patauii Anatomicis interfuit exercitiis, Noſocomiaque inuiſit, Romae, Neapoli, Venetiis, aliisque in locis res memorandas oculis vſurpauit, commercio cum viris doctis litterario non neglecto. Reditum in patriam meditanti Poſonium in Pannonia, Vienna in Auſtria, in Bohemia & reliqua Germania aliae vrbes inclytae varia contemplanda praebuerunt, quorum, reuerſus tempore autumnali an. 1694 in patriam, non potuit ſine iucunditate meminiſſe. Vtinam potuiſſet diu aegrotis opem accommodare medicam, neque an. 1701. m. Febr. florente aetate fuiſſet morte abreptus! Conf. etiam Nov. Literar. Mar. Balth. 1701. p. 94.

HENRICVS MEIBOMIVS.

Hoc Lubecae noſtrae decus plane ſingulare ortum debet familiae Meibomianae, cuius in litteraria republica illuſtre nomen eſt. Lucem felici-

felicibus auſpiciis in hac ciuitate an. 1638. d. 29 Iun. aſpexit. Patrem coluit IOANNEM HENRICVM MEIBOMIVM, Medicinae in Academia Iulia Profeſſorem & Archiatrum Guelphicum, deinceps Phyſicum Lubecenſem primarium, & Seren. Ducis Holſatiae Archiatrum, ex *Libro de Maecenate*, *Commentario ad Iusiurandum Hippocratis* & aliis praeclarisſimis ingenii monumentis immortale nomen conſecutum: matrem ELISABETHAM OBERBERGIAM, viri illuſtris IOANNIS OBERBERGII, ex Syndico Mindenſi Conſiliarii intimi & Cancellarii Mecklenburgici, filiam, Matronam ornatisſimam. Sicuti vero aui, HENRICI MEIBOMII, magni illius Poëta ac Hiſtorici, & Academiae Iuliae ornamenti quondam maximi, nomen accepit, ita eum etiam feliciter eſt imitatus, adeo, vt non male quidam iudicarint, patris ſcientiam Medicam, & aui doctrinam hiſtoricam atque poëticam in Noſtro fuiſſe coniunctas. Vid. celeberr. Eccardus loc. citand. p. 164. Non nihil debet Gymnaſio noſtro, quod tanto alumno merito ſuperbit. Huius autem diſcipulis adſcriptus, & SEBAST. MEIERVM ac IAC. KOCKERTVM fidelisſimos etiam praeceptores veneratus, pereximio Hiſtorico, HENRICO BANGERTO, in primis adhaeſit. Quare non ſolum in Introd. ad Saxon. Infer. Hiſtor. pag. 64 hunc *primum in Hiſtoria veteri & recenti praeceptorem* ſe habuiſſe laetatur, ſed etiam, rarum pietatis erga praeceptorem monumentum, reliquit elegantisſimam hanc Epiſtolam, an. 1664 (quo Bangertus

gertus Rectoris honore auctus eſt) typis exſcriptam, dignam omnino, quae, vna cum annexis verſibus, hic conſeruetur:

„ V. C L.

„ Henrico Bangerto

„ *Polyhiſtori eximio*

„ Henricus Meibomius

„ S. P. D.

„Gratum nuper, etſi paullo ſerius, nuntium, de „ſparta dudum merita, nunc autem demum Ti„bi collata, accepi. Dici non poteſt, quam „exultauerim, idque non vno nomine. Non „enim Tibi ſolum cur gratuler, habeo, ſed Patriae „quoque & ciuibus eius. Tu quidem non eo „tantum Te loco, ſed maiori dignum eſſe dudum „oſtendiſti, & interea temporis ipſe Tibi pretium „fuiſti. Si tamen cogites, quam celebris ille „locus ſit, quam de multis bene merendi maio„rem nunc occaſionem habeas, quam inſignes „illum viri ante Te ornarint, non ceſſabis, pu„to, Tibi ipſi gratulari, & gratantium amicorum „voces beneuole audire. Coniicio quidem fa„cile, quam Te hoc munere amplum quaeſitiſ„ſimis certatim conteſtationibus honoratae A„micorum dextrae exceperint: affectu tamen „maiori, quam ego, opinor, nemo inter diſer„tiora licet omina proſequutus eſt. Reuoca„bam mihi eodem tempore in memoriam cul„tam a Te cum parente meo *τῷ μακαρίτῃ* ſince„ram amicitiam. Regrediebar in id tempus, „quo nondum ephebus, fideli & dextra Tua in-

forma-

„formatione fruebar, qua nec meliorem ſperare „auſus fuiſſem, quamque amicis meis omni„bus optarem. Occurrebant mihi labores Tui in „Hiſtoria Slavorum illuſtranda exantlati, & in Pa„triae gloriam ſuſcipiendi. Vt facile pateat, quo „animo & Amici paterni, & Praeceptoris & tan„ti Viri aucta commoda & honores intellexerim. „Patria quoque mea iure ſibi gratulatur, dum, „quod mireris, vno in homine inuenit, qui „praeterita, praeſentia & futura tempora deme„reatur. Vale igitur decus Patriae meae, veri„tatis hiſtoricae aſſertor, & feliciter rem gere. „Dabam Helmeſtadii in Acad. Iulia Idibus. Maii. „An. MDCLXIV.

Ite leves elegi, placidamque adferte ſalutem
A nemore & ſacris ſaltibus Elmiadum,
Ad virides late campos, lucosque ſonantes,
Qua Trava irriguis iugera lambit aquis,
Claraq; Saxonicas interque celebrior vrbes
Lubeca excelſum tollit ad aſtra caput.
Qua nuper merito mactus Bangertus honore
Aſſumſit celebris publica ſceptra ſcholae.
Nam (memini) dux ille meae & tutela iuuentae
Me facili Aonidum duxit ad antra manu.
Non ſum adeo veterum, mihi crede, oblitus amorum,
Nec periit celebris gloria tanta viri:
Dumque procul patria Auguſto ſub Principe viuo,
Non tamen hoc patriae pectus amore caret.
Perge modo antiquis ſcriptoribus addere lucem,
Bangerte, & Faſtos condere Vandalicos.

Perge

Perge etiam noſtram bene demeruiſſe iuventam;
Commoda ſic vnus publica, priva iuuas.
Cumque olim ciues, qui cum ratione gubernent
Imperium, agnoſcet clara Lubeca ſuos,
Saepe aliquis veri dicet commotus amore:
Hos tibi Bangertus finxerat ante viros.

Ita Cl. Viro, Praeceptori quondam ſuo fideliſſimo, applaudebat

Henricus Meibomius

Med. D. & in Acad. Iul. P. P. & Seren. Brunsuic. & Luneburg. Ducis Archiater.

Sic Meibomius, honoribus perinſignibus iam auctus, renouauit, pietate nunquam ſatis laudanda, memoriam optimae inſtitutionis ſcholaſticae Bangertinae, quam an. 1655 aet. 17 cum Academica permutauit. Adibat almam Iuliam, quam olim Parens & Auus ipſius ornarant. Hic inueniebat fautorem maximum, *Georgium Calixtum*, praeceptores autem fideliſſimos, Philologos ac Philoſophos, *Eichelium*, *Schraderum*, *Frölingium* &c: nec non Medicos *Voglerum*, *Conringium*, *Tappium*, quos omnes maxima audiuit ſedulitate. Probe per hos inſtructus Belgicum ſuſcepit iter, & Groningae atque Franequerae paululum commoratus, Lugdunum Batauorum ſe contulit, ibidemq; egregie coeptum ſtudium Medicum auſpiciis *Sylvii*, *Stammii*, *Vorſtii* & aliorum laudabiliter continuauit. E Belgio eſt reverſus in Germaniam, qua perluſtrata, Italicas etiam & Anglicas regiones inuiſit, tandemque per

per Belgium ad Academiam Iuliam eſt regreſſus. Peregrinatus autem eſt prudentisſime, & tam *M*edicinam, quam artes humaniores elegantioresque reſpexit. Quo fine ſummos viros convenit, cum iis docta inſtituit colloquia, & *M*uſea ac Bibliothecas eorum vidit ita, vt permulta obſeruaret ad eruditionem augendam apprime facientia. Longum foret, omnes hos viros hic commemorare. Quosdam tamen honoris cauſa iuuabit meminiſſe. Ex Belgis ſcilicet *Deuſingium*, *Mareſium*, *Voſſios*, *Hornium*, *Gronovium*, *Lindenium*: ex Germanis *Gudium*, *Spanhemium*, *Pufendorſium*, *Velſchium*, *Spizelium*, ex Italis *Ferrarium*, *Kircherum*, *Allatium*, *Magliabecchium*, *Malpighium*: ex Gallis *Menagium*, *Bigotium*, *Tanaq. Fabrum*: ex Anglis *Wartonum*, *Gliſſonium*, *Williſium*, qui magnae famae viri, & plures alii, in pretio haud exiguo noſtrum habuerunt. Andegavenſes ſpeciatim an. 1663 Doctoris *M*edici honoribus eum condecorarunt. Helmſtadii deinceps vixit, & magna cum laude munia ipſi demandata adminiſtrauit. Extraordinaria *M*edicinae Profesſio ei iam an. 1661. aet. 23 fuit oblata, quam tamen anno demum 1664, triennio interea itineribus litterariis conſumto, aggresſus eſt, & cum ſplendido Archiatri munere, a Sereniſſ. Principe AVGVSTO ipſi, domum reverſo, ſtatim collato, coniunxit. Anno ſubſequenti 1665 ordinarius *M*edicinae Profeſſor, vacante licet nullo *M*edicinae doctoris publici munere, conſtituebatur. Et auſpiciis quidem fortunatisſimis. Nam felicisſimus *M*edicus

euaſit.

euaſit. Leg. Gunth. Chriſt. Schelhammeri Diſſ. de medendi Methodo & ex ea Nov. Lit. Germ. 1709. p. 219. Accedebat an 1676 Hiſtoriarum & Poëſeos profesſio, ſponte ipſi non ambienti conceſſa. Tot ac tanta munera ita geſſit, vt licet an. 1700 aet. 62 morte fuerit defunctus, tamen laus eius ſit immortalis, & tamdiu ſuperſtes futura, quamdiu litteraria erit respublica. Vnde etiam praeconia maxima ei ſunt delata. Haec cum ſint innumera, pauca, ex multis ſelecta, ſiſtere hic placet. Primum eſto Cinelli, qui Biblioth. Volant. Scanz. XII. p. 5 de Leſſo AVGVSTO FRIDERICO, Duci Brunsuic. ac Luneburg. Sereniſſ., Helmeſtadienſis Academiae nomine, conſecrato, ſcribit: *Se non erro queſti verſi Latini à nome di quell' Accademia furon compoſti du Signor Enrico Meibomio, inſigne Medico, Iſtorico, e Poeta, e mio carisſimo Amico.* Sequatur Beſſelius in Animaduerſſ. ad Eginhard. Vit. Carol. M. Praefat: *vir rei medicae, omnisque adeo antiquitatis ſcientisſimus.* Addam V. C. Iac. Burckhardum in Medic. Humanitat. Studior. Vindic. p. 86 ſq: *Auum & Parentem ſingulis artibus ſcientiisque ſuperare ſtuduit Henricus Meibomius, elegantisſime doctus Medicus. Nihil certe in bonarum litterarum ſtudiis vindicandis ornandisque vnquam praeſtitit, quod infra illuſtria iſta domeſtica fuerit exempla: imo in bicipiti Parnaſſo felicius Patre ſomniauerat. Quo factum eſt, vt non Germani modo, verum Bataui quoque, Galli, Britanni, Itali peritisſimum ipſum coluerint Medicum, elegantem Poëtam, diſertisſimum Oratorem, prudentem Hiſtoricum, magnum Philologum.* Plura Meibomii

elogia qui legere cupit, adeat ſcriptores infra citandos. Nam fere nemo eſt, qui, de Meibomio agens, aut eum modo citans, in laudem eius non aliquid adiungat. Ego addam notitiam ſcriptorum, quibus viam ſibi ſtrauit ad immortalitatem. Sunt autem, quae mihi innotuerunt,

I. Philoſophica & Medica.

Diſputatio Moralis de Fundamentis Peripateticorum, quibus Ariſtoteles doctrinam de Moribus ſuperſtruxit, nec non Stoicorum & aliorum recentiorum inter ſe collatis. Helmeſt. 1657. 4. Praeſ. Io. Eichelio.

Exercitatio de Incubatione in Fanis Deorum Medicinae cauſa olim facta. ib. Praeſ. Conringio. Hanc Diſputationem Paul. Freherus in Theatr. Viror. Erud. pag 1518 male Henrico Meibomio, ſeniori, adſcribit.

Diſputatio de Hydrophobia. ibid. praeſ. Tappio.

Diſputatio de Re Phyſiologica. ibid. praeſ. Voglero. Hanc, vt eas duas antecedentes Diſputationes, noſter vnius menſis ſpatio habuit.

Epiſtola ad Theophilum Spizelium de Chemicorum Artificiis, quae a nonnullis Phaenomenis Naturalibus, Reſurrectionem Mortuorum illuſtrantibus, adduntur, Spizelii *Conſiderationi Corporis Glorioſi*, Norimberg. 1662. 8. editae, praefixa.

Arnoldi Bootii Obſeruationes Medicae de Affectibus omiſſis cum Praefatione ſecundum editae. ibid. 1664. 4.

Epiſtola de Longaevis ad Sereniſſimum Celſiſſimumque Principem ac Dominum Dn. AVGVSTVM, Ducem Bruns-

Brunsvicenſem & Luneburgenſem, octogeſimum ſextum annum agentem. ibid. 1664. 4. pl. 4. Valde erudita eſt haec Epiſtola, in qua, praeter alia, inquirit etiam in imminutam poſt diluuium longaevitatem.

De Vaſis Palpebrarum nouis Epiſtola ad V. C. D. Ioelem Langelottum ib. 1666. 4.

Exercitatio Medica de Oſſium Conſtitutione naturali & praeternaturali. ibid. 1668. 4.

De Medicorum Hiſtoria ſcribenda Epiſtola ad V. Cl. Georg. Hieron. Velſchium. ib. 1669. 4.

Diſputatio Medica de Oleorum Stillatitiorum Natura & Vſu in genere. ibid. 1670. 4. Inaug. Dav. Kelneri, Gothani.

Diſputatio Medica de Haemorrhoidibus. ibid. 1670. 4. Inaug. Petr. Chriſtoph. Stockhauſen, Goslarienſ.

Diſputatio Medica de Paracenteſi in Hydrope. ibid. 1670. 4. Inaug. Io. Conr. Axt, Arnſteto-Thuring.

Diſputatio Medica de Suffuſione. ibid. 1670. 4. Inaug. Lud. Gunth. Roſe.

Exercitatio Anatomico-Medica de Valuulis, ſeu Membranulis Vaſorum, earumque Structura & Vſu. ib. 1672. 4.

Diſputatio Medica de Colica. ibid. 1674. 4. Inaug. Io. Salom. Hattenbach.

Diſputatio Medica de Sanguinis Eductione. ibid. 1674. 4. Inaug. Io. Georg. Hieronymi.

Diſputatio Medica de Concoctione Ventriculi laeſa. ibid. 1678. 4. Inaug. Io. Schmidii.

Diſputatio Medica de Febribus intermittentibus Epidemicis. ibid. 1678. 4. Inaug. Martin. Ladey.

Diſputatio Medica de Vomitu. ibid. 1678. 4. Inaug. Andr. Herm. Helberg.

Diſputatio Medica de Febribus Malignis. ibid. 1679. 4. Inaug. Io. Gabr. Schmidt.

Diſputatio Medica de Calculo Renum. ibid. 1679. 4.

Exercitatio Medica de Conſuetudinis Natura, vi & efficacia ad Sanitatem & Morbum, eiusque in medendo obſeruationis neceſſitate. ibid. 1681. 4.

Diſputatio Medica de Luce Venerea. ibid. 1682. 4. Inaug. Andr. Wilh. Fiſchbeck.

Exercitatio Medica de Fluxu Humorum ad Oculos naturali & praeternaturali, huiusque Curatione. ibid. 1687. 4.

Exercitatio Medica de Phthiſis Curatione per Lac. ib. 1687. 4.

Diſſertatio Medica de Aquae Calidae Potu. ib. 1689. 4.

Diſputatio Medica de Leniorum Medicamentorum eximio Vſu. ibid. 1692. 4. Inaug. Brand. Diet. Behrens.

Diſſertatio Medica de Vulneribus Lethalibus. ib. 1694. 4. Inaug. Io. Anton. Neucrantz, Lubec.

Diſſertatio Medica de Hydrope Aſcite. ibid. 1695. 4. Inaug. Aug. Conr. Schröderi.

Exercitatio Medico-Chirurgica de Catheterismo. ibid. 1699. 4.

Obſeruationum & Meditationum de Morbis editionem merito optat Eccardus l. c. p. 165.

Vitae Medicorum, ab ipſius patre, *Io. Henr. Meibomio*, conſcriptae, quas ſe editurum promiſit in Addita-

ditament. ad Vogleri Introduct. p. m. 192, dudum ab eruditis ſunt expetitae.

II. Hiſtorica.

Diſſertatio Hiſtorica de Metallifodinarum Hartzicarum prima origine & progreſſu, & quomodo ad Sereniſſ. Brunsuic. & Luneburg. Duces an. cIↃCCXXXV pervenerint. Helmeſt. 1680. 4. pl. 9. Honorificum eſt peritisſimi iudicis, Nicol. Hieron. Gundlingii, in Lib. de Henrico Aucup. p. 261 de hac Diſſertatione iudicium, his verbis latum: Com„mendanda hic de meliori eſt nota Henrici „Meibomii Diſſertatio de Metallifodinarum „Hartzicarum prima Origine ac Progreſſu, „Helmſtadii an. 1680 excuſa: vbi veterum „monimenta diſputat accurate, ac fabuloſe „narrata reiicit perdocte.

Programma de Nummorum veterum in illuſtranda Imperatorum Romanorum Hiſtoria Vſu. Helmſt. 1684. 4. Adducit hoc Programma, & auctorem *virum etiam in hoc nummario ſtudio excellentem* vocat Caſp. Sagittarius in Introduct. in Hiſtor. Eccleſ. p. 591. *Tractatum de Hanſa Teutonica* in hoc Progr. promiſit.

De Divi Iulii, Ducis Brunsv. & Lyneburg., Fundatoris Academiae Iuliae, Poſteritate in Maſculis quidem extincta, ſed per Feminas in Nepotibus floreſcente Oratio, ipſo Academiae Natali XV Octobr. A. cIↃ IↃ C LXXXV habita. ib. 1686. 4.

De Ducum Brunsvicenſ. & Lyneburg. contra infideles Saracenos & Turcos a ſexcentis amplius annis Expeditionibus Bellicis Narratio, ibid. 1686. 4.

Ad Saxoniae, inferioris imprimis, Hiſtoriam Introductio, in qua ab vltima notitia ad noſtra vsque tempora breuiter eius hiſtoria delineatur, & de plerisque Rerum Saxonicarum ſcriptoribus, editis & ineditis, iudicatur. Helmeſt. 1687. 4. pagg. 112. Elegantisſimus eſt hic liber, atque omnibus iis valde commendandus, qui praeſtantisſimum ſtudium hiſtoricum habent in deliciis. Editionis recentioris & ad an. 1700, vel 1701 continuatae mentionem aliqui faciunt. Sed non licuit mihi eam inueſtigare. Vnde non leuis litterarii erroris ſuſpicio oritur.

Rerum Germanicarum Tomi tres. I. Hiſtoricos Germanicos ab Henrico Meibomio, ſeniore, primum editos & illuſtratos, nunc auctiores. II. Hiſtoricos Germanicos ab Henrico Meibomio, iuniore, e MStis nunc primum editos & illuſtratos. III. Diſſertationes Hiſtoricas varii argumenti vtriusque Meibomii continet. Cum Indicibus copioſisſimis. Helmeſt. 1688. fol. Coeperat Noſter bene iam de Hiſtoria Germanica mereri, cum an. 1660, aetatis viceſimo (43), aui ſui *Opuſcula Hiſtorica*, hoc etiam Volumine comprehenſa, ederet. Sed illuſtri hoc Opere merita ſua in hanc Hiſtoriam adeo auxit,

(43) Martinus Schoockius, Prof. Gröningenſ., idcirco in praefixo Carmine inter alia cecinit:

At tu, Meibomi, ſplendens genitoris auique
Exemplis, longe ſplendidiora facis.
Macte animo iuuenis, qui primo flore iuuentae
Coniungis patriae lumina tanta faci.

Locus igitur, vel ob ſolum hunc laudabilem conatum, inter praecoces eruditos Noſtro eſt asſignandus.

auxit, vt vix ſatis queat praedicari. Maior verbis meis fides conciliabitur accurata recenſione omnium, quae hi tres Tomi complectuntur. In primo extant

1) *Theodorici de Niem*, Weſtvali, Secretarii Apoſtolici, Epiſcopi Verdenſis & Cameracenſis, viri ſuo tempore eminentisſimi, *Hiſtoria de Vita Ioannis XXIII*, Pontificis Romani. Qui liber quaſi Continuatio eſt Operis eiusdem Auctoris de Schismate inter Pontifices Romanos ſui temporis. pag. 1.

2) *Gobelini Perſonae*, Decani Bilfeldenſis & Officialis Paderbornenſis, *Coſmodromium*, hoc eſt: Chronicon Vniuerſale, complectens Res Eccleſiae & Reipubl. ab O. C. vsque ad A. C. 1418. pag. 53.

3) *Levoldi a Northof*, Equitis Marcani, Canonici Leodienſis & Abbatis ſecularis Viſetenſis, *Origines Marcanae*, ſiue, Chronicon Comitum de Marca & Altena, a quibus deſcendunt Duces Iuliacenſes, Clivenſes & Bergenſes, &c. quorum familia nuper in Iohanne Wilhelmo deſiit. pag. 371.

4) *Gerbardi*, Praepoſiti Stederburgenſis, *de Henrici Leonis, Baioariae & Saxoniae Ducis, poſtremis rebus geſtis, beatoque ex hac vita exceſſu, Hiſtorica Narratio*, cum Notis *Henrici Meibomii*. Acceſſit *Anonymi Chronicon Stederburgenſe*, ſub Gerhardo Praepoſito conſcriptum, & *Henrici Meibomii Oratio Panegyrica de Henrico Leone*. pag. 427.

5) *Andronici*, eiusdem nominis ſecundi, Imperatoris Conſtantinopolitani, *Aurea Bulla*, data

ta Henrico, Henrici Mirabilis F., Alberti Magni N. Duci Brunsviçenſi, regiones Orientis perluſtranti, ante annos pene CCC. Cum *Notis* ad Bullam, deque Principis eiusdem Poſteris Narratione exquiſita *Henrici Meibomii*, pag. 467.

6) *Hermanni de Lerbeke*, Monachi Dominicani Domus S. Pauli Mindenſis, *Chronicon Comitum Schawenburgenſium* e M^sto erutum & *Notis* illuſtratum ab *Henrico Meibomio*. pag 489.

7) *Chronicon Mindenſe* Incerti Auctoris, complectens Res eius Eccleſiae geſtas ab anno Chriſti DCCLXXX, vsque ad annum MCCCCLXXIV, e M^sto primitus erutum opera *Henrici Meibomii*. pag. 519.

8) *M. Iuſtini* Lippienſis *Lippiſlorium*, ſiue Poema de Primordiis Comitatus Lippienſis, & rebus geſtis aliquod Comitum Lippienſium, primum luci datum ab Henrico Meibomio. pag. 575.

9) *Adolpheis* de Hiſtoria generoſorum nobiliumque Comitum Theorosburgenſium, vel alias vulgo Schomburgenſium, ac Hamburgenſis ciuitatis famoſae Decantata per *Henricum Aquilonipolenſem* Poëtam. Item *de Primordiis Lubicanae Vrbis Caeſareae* Libri II. pag. 597.

10) Primi & antiquisſimi Hiſtoriae Saxonicae ſcriptoris, *Witichindi*, Monachi Corbeienſis, familiae Benedictinae, *Annalium Libri III*, emendatius & auctius quam antea editi, cum Iuculentis Notis, quae inſtar iuſti commentarii

tarii eſſe poſſunt. Opera & ſtudio *Henrici Meibomii.* pag 621.

11) *Hroswitae*, illuſtris & clarisſimae Virginis ac Monialis Germanicae, gente Saxonica ortae, *Panegyris*, verſu Hexametro in laudem eſt geſta Oddonis Magni Imperatoris Auguſti. Cum Notis *Henrici Meibomii.* pag. 70,

12) *Erectio Eccleſiae Magdeburgenſis* in Archiepiſcopalem in Concilio Ravennatenſi per Iohannem Papam XI. pag. 731.

13) *Diplomata Ottonis* Magni Imperatoris Auguſti collecta ab *Henrico Meibomio.* pag. 738.

14) *Chronicon Corbeienſe* & ad illud *Henrici Meibomii* Notae. pag. 755.

15) *De Translatione S. Viti & Inſtitutione Novae Corbeiae.* pag. 763.

16) *Henrici Roslae*, Nienborgenſis Saxonis, *Herlingsberga*, ſive Poëmation de Bello inter Henricum Mirabilem, Ducem Brunsuicenſem & Luneburgenſem, ac confoederatos Saxoniae Principes geſto ad arcem Herlingsbergam anno cIↃ cc XXCVII. Ante annos plus minus CCCLX in media barbarie non ineleganter ſcriptum, primum luci datum a *Ioan. Henrico Meibomio* cum *Notis.* pag. 771.

17) *Tiderici Langen*, Canonici Eimbecenſis & Goslarienſis, *Saxonia.* Mantiſſae vicem Herlingsbergae coniuncta. pag. 806—812.

Tomi II contenta ſunt

1) *Levoldi a Northof Archiepiſcoporum Colonienſium Catalogus.* pag. 3.

2) *Catalogus Epiſcoporum, Archiepiſcoporum & Electo-*

rum Colonienſium, ex *Grombachii* S. I. *Vrſula Vindicata* t. 1. l. 1. c. 47. pag. 13.

3) *Henrici Wolteri*, Canonici S. Anſcharii Bremenſis, *Archiepiſcopatus Bremenſis Chronicon.* pag. 17.

4) *Anonymi Chronicon Raſtedenſe.* pag. 87.

5) *Ioannis Schiphoweri Chronicon Archicomitum Oldenburgenſium.* pag. 121.

6) *Erdwini Erdmanni Chronicon Epiſcoporum Osnaburgenſium.* pag. 193.

7) *Anonymi Chronicon Archiepiſcopatus Magdeburgenſis*, cum *Notis Henr. Meibomii* iun. & *Diplomatibus* quibusdam antiquis. pag. 267.

8) *Anonymi* Narratio Hiſtorica *de Rebus Geſtis Alberti*, ex Ducibus Brunsuicenſibus Epiſcopi Halberſtadenſis XIX. pag. 379.

9) *Alberti Crummedyckii*, Epiſcopi Lubecenſis, *Chronica Epiſcoporum Lubecenſium*, & Continuatio Chronicae, Anonymi. pag. 389. Adiectae ſunt pag. 411 ſq *Notulae* quaedam *Henr. Meibomii*, iun. In his p. 411 ſcribit: *Bene meriturum me arbitratus de patria mea Imperiali Lubeca, dum de Epiſcopis eorum ago.*

10) *Annales Gernrodenſium M. Andreae Hoppenrodii.* Cum *Henr. Meibomii* iun. *Notis.* pag. 413.

11) Fr. *Henrici Bodonis*, in Coenobio Cluſa Monachi Benedictini, Syntagma *de Conſtructione Coenobii Gandeſiani, perfectione quoque & defectione eiusdem.* pag 477.

12) *Chronica Eccleſiae Hamelenſis*, per *Ioannem de Polda*, Seniorem Eccleſiae. pag. 511.

13) *Chro-*

Digitized by Google

13) *Chronica Monaſterii S. Michaelis in Hildesheim.* pag. 517.

14) *Anonymi Chronica Monaſterii in Lothen, Dioeceſis Mindenſis, poſt in opidum Lemgo translati.* pag. 525.

15) *Anonymi Chronicon Monaſterii Huiesburgenſis, in dioeceſi Halberſtadenſi.* pag. 533—540.

Tomo III exhibentur

1) *Irminſula Saxonica*, hoc eſt, eius nominis Idoli, ſiue Numinis Tutelaris, apud antiquiſſimos Saxones paganos culti, & a Karolo M. Auguſto per occaſionem Belli Saxonici deſtructi, luculenta & accurata deſcriptio, auctore *Henrico Meibomio*. pag. 3.

2) *Henrici Meibomii Vindiciae Billingianae*, ſiue demonſtratio euidens, Hermannum Billingium, primum ab Ottone M. Imperatore, Saxoniae Borealis inſtitutum Ducem, non equeſtris ordinis hominem, nedum pauperis agricolae filium, ſed ex illuſtri generoſaque familia Saxonica fuiſſe oriundum. p. 33.

3) *Henrici Meibomii* Demonſtratio, *Saxoniam etiam ante Hermannum Billingium ſuos habuiſſe Duces*, adeoque a temporibus Caroli M. ſub Imperatoribus Francicis. Contra ICtos nonnullos ſuperioris Germaniae in Saxonia parum verſatos pag. 45.

4) *Bardevicum*, ſiue Hiſtoria vrbis iſtius, omnium Germanicarum antiquiſſimae: a quibus & quando condita: quas experta mutationes & qua demum occaſione funditus ſit deleta. Congeſta ex probatiſſimis ſcriptoribus, antiquis

tiquis & recentibus, editis & MSC. adhibitis veterum Impp. Principumque diplomatis & literis: opera & ſtudio *Henrici Meibomii.* p. 51.

5) *Bardevicum Deſtructum*, ſeu Parentalia, Divo Iulio Pacifico, Duci Brunsvicenſi ac Luneburgenſi, Fundatori Academiae Iuliae Anno cIↄ IↄcII decimum quartum facta ab *Henrico Meibomio.* pag. 81. Carmen eſt Heroicum.

6) *De Vtriusque Saxoniae & vicinarum Regionum quarundam Pagis*, ex mediae aetatis rerum Germanicarum ſcriptoribus & Caeſſ. Augg. diplomatis Commentariolus. Auctore *Henrico Meibomio.* pag. 93. Inter Opera Hiſtorica MSSta *Io. Henr. Hofmanni*, Archiuarii Hannouerani, reperitur *Auctarium & Animaduerſiones ad Henr. Meibomii Commentar. de Veter. Saxon. Pagis.* Vid. Obſeruatt. Halenſ. German. T. I. p. 23. Io. Georg. Leuckfeldius, Hiſtoricus noſtrae aetatis clarisſimus, in Antiquitatt. Ilfeldenſſ. p. 213. Bibl. Hiſtor. Hamburg. Cent. IV. p. 54.

7) *Apologia pro Divo Imp. Caeſ. Ottone IV.* P. F. Aug. P. Patr. contra falſas criminationes & conuitia, quibus opt. Principem onerare & inſectari non ſunt veriti Conradus Abbas Vrſpergenſis, Ioannes Cuſpinianus, Sebaſtianus Munſterus, quique hos ſequuntur recentiores nonnulli, inſtituta ab *Henrico Meibomio.* pag. 111.

8) *Diſſertatio de Iure Inveſtiturae Epiſcopalis*, Imperatoribus Romanis a Pontificibus per vim ademto, auctore *Henrico Meibomio.* pag. 169.

9) *Henrici Meibomii* Diſſertatio ſuper quodam antiquo & antiquato Caeſarum Germanicorum

Iure

Iure in decedentium maiorum Praelatorum relictis poſſeſſionibus. pag. 183.

10) *Thaſſilonis*, ex perilluſtri & antiqua familia Agilolfingia Boiorum Ducis vltimi, *Diploma*, quo monaſterium Chrembsmunſter abs ſe conditum munifice dotat, ditat. Cum *Notis Henr. Meibomii*. pag. 191.

11) *Henrici Meibomii Erectionis Ducatus Brunsuicenſis Hiſtoria*, cum ipſis Caeſareis Tabulis. Acceſſerunt Diplomata Erectionis Principatus Hennenbergenſis, Ducatus Lucani in Italia, Lutrenburgici & Holſatiae. pag. 201.

12) *Henrici Meibomii* Oratio *de Academiae Iuliae Primordiis & Incrementis*, habita cum natalis eius XXXI celebraretur. pag. 215.

13) *Henrici Meibomii* Oratio *de Origine Helmeſtadii*. pag. 224.

14) *Oratio de Origine, dignitate & officio Cancellariorum Academicorum*, anno M DC XII. XVII Kal. Quintilis habita in illuſtri Iulia ab *Henrico Meibomio*. pag. 238. Digna iudicata eſt haec Oratio, quae ob elegantiam vno eodemque anno (1715) denuo ederetur a duobus viris celeberrimis, Henrico Muhlio in Diſſertatt. Hiſtorico-Theologic. pag. 358 ſqq. & Iacobo Wenckero in Collect. Archivi & Cancellariae Iurib. pag. 810 ſqq.

15) *Henr. Meibomii Chronicon Marienthalenſe*. pag. 245.

16) *Henr. Meibomii Chronicon Bergenſe*, pag. 287.

17) *Henr. Meibomii Chronicon Riddagshuſenſe*, in quo, praeter Abbatum celeberrimi & antiqui illius

Coenobii

Coenobii catalogum & res geſtas, Saxonica illius aevi hiſtoria & illuſtrium familiarium genealogiae exponuntur. pag. 335. Auxit hoc Chronicon *Henr. Meibomius*, iunior.

18) *Henrici Meibomii*, iunioris, de *Friderici* Ducis Br. & Lyn. *in Imperatorem electione & miſera caede* Diſſertatio. pag. 419.

19) *Henrici Meibomii*, iunioris, *de Hugonis de S. Victore Patria Saxonia*, contra Mabillonium. pag. 427. -432.

Atque haec ſunt contenta illuſtris huius corporis Hiſtorici, cui praeterea de plerisque ſcriptoribus praemittuntur Narrationes, vt adeo hoc opus in litteraria, medii potisſimum aeui, hiſtoria eximium etiam praeſtet vſum. Additae ſunt ab vtroque Meibomio ſcriptis pasſim Notae doctisſimae. Hiſtoricis ab Avo editis Noſter plerumque Praefationes praemiſit, & ſaepe nonnulla adiecit. Recte iudicat de hac Collectione celeberr. Menckenius in elegantiſſimis Nott. ad Langlet du Fresnoy Catalogue des principaux Hiſtoriens p. m. 117: *Cette Collection eſt des plus curieuſes.*

Valentini Henrici Vogleri Introductio Vniuerſalis in Notitiam cuiuscunque generis bonorum Scriptorum. Cum Notis & Augmento Henrici Meibomii. Editio ſecunda multis in locis auctior & correctior. Helmeſt. 1700. 4. Non de ciuili ſolum & eccleſiaſtica, ſed litteraria etiam hiſtoria bene mereri voluiſſe Noſtrum, ea, quae libro Vogleriano pererudite adiecit, commonſtrant. Prodierat liber, Praefat. Nott. & Acceſſ. Meibomianis

nis ornatus, an. 1691. Cui editioni praeſerenda eſt ea, quae an. 1700 prodiit, cura HERMANNI DIETERICI MEIBOMII, Noſtri filii, paternarum virtutum aemuli, aucta.

III. Poëtica.

Haec ſunt varia *Poëmata* ſacra, & alia *Carmina*, quae colligi & coniunctim edi omnino merentur. Quantus enim fuerit Meibomius noſter Poëta, patet vel ex hoc iudicio peritisſimi cenſoris Thomae Bartholini de Medic. Poët. pag. „143: Altius aſſurgunt in eadem Germania „*Meibomii*, Pater & Filius, quorum ille *Io. Henr.* „*Meibomius* praeter Iusiurandum & Maecenatem, „nobis Vitas Medicorum illuſtrium promiſit, „quas a Filio ſuperſtite, *Henrico Meibomio*, Helm„ſtadienſis Academiae Profeſſore clarisſimo, ex„pectamus, cuius etiam hoc loco nomen accla„mare debui, quia in bicipiti Parnaſſo felicius „Patre, Aui exemplo, ſomniauit, ſicut edita „Poëmata magnifica teſtantur, inprimis, quae „ad Auguſtum, Ducem Brunsuicenſem Senem, „non ſemel miſit. Non minus honorifice ſentit, editionis difficultatem aegre ferens, Michael Filitzius, in Specim. Analector. ad Ol. Borrichii Diſſertatt. de Poëtis Lipſ. 1696. 4. pag. F 2 his verbis: „Iſtam ipſam continentiae ni„mietatem etiam in *Henrico Meibomio*, Io. Henr. „fil., Medico & Hiſtorico incomparabili Helm„ſtadienſium, vituperaremus, niſi reuerentia „viro ſummo debita, negotiaque eiusdem ca-

tena-

„tenata ſufflaminarent improbos conatus. Ete-
„nim fateor, neminem ex tota Germanorum
„phalange nobis occurrere, cui quidem hauſtus
„Hippocrenes defecatior contigerit. Aliquot
„*Poëmata Panegyrica* Meibomiana lectione inten-
„ta luſtrauimus, quae, ne de aliis dicam, Clau-
„dianum conficiunt certe. Quo tamen tot ver-
„ba? Si ſolam *de Felleri obitu Elegiam ad Fridericum*
„*Benedictum Carpzouium, certisſimum Germaniae*
„*noſtrae Pinellum*, ſcripſiſſet, vel ex hac ſola Poë-
„ta conſummatisſimus videri poſſet. Huc ſpe-
ctant, quae habet Burckhardus l. c. p. 89 ſq: *Poëſin, tantopere maiorum parentumque memoria adamatam, aetate ſua neglectam ferme eſſe, valde doluit: cuius iucundisſimi ſtudii amor innatus ei eſſe videbatur, qui ſacra optimi Avi carmina Latina pene puer totidem Graecis verſibus reddiderat.* Vid. Praefatio, Sacris Aui ipſius Poëmatibus, quae collecta edidit an. 1665. 8. praemiſſa. Tantus cum eſſet poëta, ipſe etiam FERDINANDVS, Epiſcopus Monaſterienſis & Paderbornenſis, eo illum dignatus eſt honore & gratia, vt poëſeos ergo litterarium cum eo commercium, ad finem vitae Noſtri continuatum, cum illo inſtituerit. Vid. Eccardus l. c. pag. 164.

Legi de Meibomii *Vita*, *Meritis*, *Laudibus* & *Scriptis* poſſunt laudati Eccardi Excerpt. Menſtr. 1700. m. April. p. 158—165. Buddei Lexic Hiſtor. P. III. & IV. p. 499 ſq. Calvörii Append. Saxon. Infer. Antiq. Gentil & Chriſtian. p. 544 ſq. Reimmanni Introduct. in Hiſt. Liter. Germ. P. III. Cap. III. p. 460—472. Nov. Lit. Mar. Balth.

1700.

Digitized by Google

1700. p. 126—127. Struvii Biblioth. Hiſtor. p. 134 ſqq. &c. Molleri Diatrib. de Helmoldo §. 12. Artopoei Commentar. in Schraderi Tabb. Chronologic. p. 709. Clarmundi Vitt. P. V. pag. 153—165. Act. Erud. Lipſ. 1687. pag. 269 ſqq. 1688. p. 286 ſqq. 1691. p. 302 ſqq. Io. Chriſtian. Neul Mantiſſ. ad Degor. Wheari Relectt. Hiemal. p. 17. 169. Eiusd. Acceſſ. P. II. pag. 302. &c. Georg. Abrah. Mercklini Linden. Renovat. p. 396 ſq. Burckhardus l. c. p. 86—90. C. E. Hübneri Notit. Hiſtoricor. p. 118 ſq. Lexic. Erud. Germ. p. 1315. *Elogia*, praeter allata, inueniuntur in Sagittarii Introd. in Hiſt. Eccl. Tom. I. p. 53. 81. 137. 625. 635. 690. 695. Tom. II. p. 361. 583 &c. Guilielmi Cave Praef. P. II. Hiſt. Liter. Scriptor. Eccleſ. p. 8. Tentzelii Dialog. Menſtr. 1692. p. 613. Mellii Hiſtor. Med. Lubecenſ. ab an. 1227 ad an. 1300. cap. 4. §. 6. Muhlii Diſſertatt. Hiſtorico-Theolog. p. 479. Langii Introduct. in Notit. Legg. Nauticar. p. 63. Molleri Prodr. Cimbr. Lit. p. B. 2. Eiusd. Diatr. de Helmoldo §. 10. 12. 13. 21. Eiusd. Iſagog. ad Hiſtor. Cherſon. Cimbr. P. I. pag. 18. 83. 86. 87. 88. 93. 96. 255. P. II. pag. 201. P. IV. pag. 494. 518. Obſeruatt. Germ. Halenſ. T. I. p. 18. Nov. Lit. Mar. Balth. 1703. p. 48. Kriegkii Vit. Iuſt. a Dransfeld. p. 349 & in Indic. *Epitaphium* eius exhibet Iuſt. Chriſtoph. Böhmerus in Inſcriptionib. Sepulchralib. Helmſtadienſſ. pag. 6. *Confuſionem Meibomii noſtri cum aliis Meibomiis* notauit Mollerus in Homonymoſcop. pag. 700 ſq. & in Epiſtol. inſerta Ausführl. Ber. von Neuen Büchern pag. 696 ſq. *Munus in patria* minus

nus recte ei adſcripſit Baudelot de l' Vtilité des Voyages pag. 680, notatus idcirco a Tentzelio Dial. Menſtr. 1691. pag. 870.

SEBASTIANVS MEIERVS.

Locus in hac Medicorum Sectione huic anteceſſori meo, Rectori Lubecenſi celeberrimo meritisſimoque, vtique eſt asſignandus. Ad ſtudium enim Medicum Wittenbergae, auſpiciis *Danielis Sennerti*, tanta incubuit induſtria, tantaque felicitate, vt Sennertus eum iudicauerit dignum, qui Medicinae Doctoris honoribus augeretur. Vnde etiam in Epitaphio *Medicus Philoſophusque ſenex* appellatur. Vid. P. I. Athen. Lubec. pag. 59. 61. Conf. quae in ſubſeq. Sect. Philol. & Philoſoph. de eo afferentur. Pertinet itaque Meierus ad *Medicos de Scholis optime meritos*, e quibus alio forſan tempore, praeter Meierum nostrum, Kirſtenios, Dolſcium, Berum, Wentzelium, Iungium & alios laudandi dabitur occaſio.

SEBASTIANVS MEIERVS.

SEBASTIANI, modo laudati, filius, haud dubie paternis auſpiciis in Athenaeo patrio Lubecenſi inſtitutus. Roſtochii deinceps operam dedit ſtudio Medico, quod abſoluit Lugduni Batauorum, vbi an. 1651 Medicinae Doctor fuit creatus. *Practicus apud Guſtrouienſes percelebris* in Vita Seb. Meieri, patris, a Bangerto vocatur. Vidi eius

Diſputa-

Diſputationem de Natura Lienis. Roſtoch. 1648. 4. praeſ. Stephan. Schulteto.

Diſputationem Medicam de Dyſenteria. Lugd. Batau. 1649. 4. praeſ. Adolph. Vorſtio.

Diſputationem Medicam Inauguralem exhibentem Caſum laborantis Affectione Hypochondriaca. ib. 1651. 4. Huic ſubiecta ſunt varia excellentisſimorum virorum Carmina honorifica, e quibus illud addam, quod Io. Henr. Meibomius, Reip. Lubec. Archiater, concinnauit:

Tandem in Batauis ergo Leida, quod Varni
Sacra ad fluenta cognitae tibi Nymphae
Feciſſe amabant, proſperantibus Divis,
Meiere, laurum vertici tuo imponet
Labore partam, plurimoque ſudore?
Dum miles acer in ſacris Sophon campis
Aſclepiique nobiles cies pugnas.
Age macte lauru, macte viribus diis
GenI ingenIque, haud deſinens prius luctae,
Quam denuo ob civeis Hygeia ſervátos
Tuum altero de fronde quernea ſerto
Caput coronet: quod fauente nunc Iova
Tibi tuisque comprecor libens auſis.

FRANCISCVS IACOBVS a MELLE.

Natus eſt Lubecae an. 1696. d. 20. Martii, patre *Iacobo*, Paſtore Mariano longe meritisſimo & Rev. Min. Seniore, matre vero *Dorothea*, D. *Samuelis Pomarii*, Superintendentis Lubecenſis optime meriti, filia, Matrona ornatisſima. Li-

terarum fundamenta iecit in Schola patriae publica, cuius omnes Claſſes, laudabili valde exemplo, tranſiit, vſus inſtitutione Collegarum, *Iacobi Steinbrecheri*, *Gerhardi Mini*, *Io. Schevii*, & *Marci Widae*; Cantorum, *Iacobi Pagendarmii*, & *Henrici Siveri*; Subrectorum, *Sixti Chriſtiani Lipenii*, & *Zachariae Stampelii*; Conrectoris, *Martini Chriſtiani Göldelii*; & Rectoris, *Enochi Suantenii*, virorum de re ſcholaſtica egregie meritorum. Academiae maturus excurſionem fecit in vicinos *Holſatiae* & *Slesvici* Ducatus, vbi Academiam *Kilonienſem* & aulam *Gottorpienſem* vidit, ac inde redux, per *Hamburgum*, *Cellas*, *Hannoveram*, *Brunsvicum*, *Guelpherbytum*, *Helmſtadium*, *Magdeburgum*, *Halas Saxonicas*, *Lipſiam*, *Martisburgum*, *Numburgum*, *Ienam*, *Coburgum*, *Bambergam*, & *Norimbergam*, Athenas Noricas *Altorffienſes* petiit, vbi in Philologicis & Philoſophicis *D. Io. Guilielmum Baierum*, *Io. Davidem Kölerum*, & *Iac. Guil. Feuerlinum*; in Phyſicis & Mathematicis *Io. Henricum Müllerum*; in Medicis, Botanicis, Chirurgicis, Chymicis & Anatomicis, hoſpitem ſuum *D. Io. Iacobum Baierum*, *D. Laurentium Heiſterum*, & D. *Io. Iacobum Iantke*, per biennium magna ſedulitate, nec minori fructu audiuit. Ventilata autem an. 1717. d. 27. Febr. ſub laudati *D. Io. Iac. Baieri* praeſidio, *Adagiorum Medicinalium Sylloge*, Altorffio diſceſſit, & viſa in itinere *Ratisbona*, *Friſinga*, *Monachio*, *Auguſta Vindelicorum*, *Vlma*, *Tubinga* & *Stutgardia*, quarum vrbium viros celebres & eruditos, videlicet *D. Georgium Andream Agricolam*, D. *Lucam Schröckium*, *Io. a Stetten*, *Raymundum*

mundum Krafft de Dellmeſingen, *D. Wolfgangum Iäger*, *D. Io. Zeller*, *D. Rudolphum Iacobum Camerarium*, *D. Io. Bacmeiſterum*, ac alios, non praeteriit, *Argentoratenſes* Muſas ſalutauit, iisque denuo per biennium fere adhaerens, informatione praeſtantisſimorum Medicorum, D. *Io. Valentini Scheid*, D. *Io. Sigismundi Henninger*, & hoſpitis ſui *D. Io. Saltzmanni*, vſus eſt, nec Demonſtrationes Anatomico-Chirurgicas Operatoris Gallici *le Maire* neglexit. Hic etiam ipſi ad honores adſpirare placuit, adeoque praeuiis examinibus conſuetis, & *Diſputatione Inaugurali de Fortuitis in Medicina proficuis* (44), an. 1718. d. 21. Octob. ſine praeſide magno cum applauſu defenſa, ſextiduo poſt, ſolennisſimo actu, quem vnus & ſolus ſuſtinuit, Medicinae Doctor fuit renunciatus. Hinc iter in *Heluetiam* & *Italiam* ſuscipiens, *Colmariam* inuiſit, vtrumque *Briſacum*, *Friburgum Brisgoviae*, *Baſileam* (vbi *D. Emanuelem König*, *D. Theodorum* & *D. Io. Rodolphum Zuingeros*, *D. Io. Bernoulli*, *D. Claudium Paſſavant*, *Io. Buxtorfium*, aliosque, ſalutauit) *Schaffhuſiam*, Thermas *Badenſes*, atque *Tigurum*, vbi vtrique *Scheuchzero*, D. *Io. Iacobo* & *D. Ioanni*, nec non *D. Io. de Muralto* & *D. Io. Henrico Lavatero*, innotuit. *Tugium* porro, *Altorffiumque* Helvetiorum tranſiens, per ſummas *S. Gotthardi* Alpes *Bellinzonam* petiit, ac inde per *Luganum*, *Mendriſium*, *Comum*, *Bergamum*, *Brixiam*, *Veronam* & *Vicentiam*, *Patavium* ingreſſus, ſtudiis Medicis ac Anatomicis, ibi maxime florentibus,

(24) Recenſetur haec Diſputatio in Biblioth. Acad. Halenſ. 1718. p. 523 ſqq.

rentibus, integram hyemem dicauit. His autem rite excolendis adhibuit viros clariſſimos, *Antonium Vallisnerium*, *Io. Baptiſtam Morgagnum*, *Antonium Marchettum*, aliosque, & Nationis Germanicae Adſeſſor primarius fuit declaratus. Patavio vicinas Thermas *Aponenſes* haud poſthabuit, & maxime plus vice ſimplici *Venetias* excurrit, vt inclytae huius Reipublicae magnificentiam, &, tempore ita ferente, tam oblectamenta, quam ineptias hominum carni vale dicturorum cerneret. *Ferrariam* porro petiit, ac *Faventiam*, *Ariminum*, *Piſaurum*, *Fanum*, *Senogalliam*, & *Anconam*, luſtratisque *Lauretanae* Domus theſauris, per *Recanatum*, *Maceratam*, *Tolentum*, *Fulginium*, *Spoletium*, *Interamnam* (vulgo *Terni*), ſtupendo aquae lapſu nobilem, ac *Narniam*, fauſto itinere antiquam orbis dominam, *Romam* ſcilicet, intrauit. Hic quicquid vel moderni ornatus ſumme magnifici, vel ſuperſtitum priſtini ſplendoris ruderum, curioſos peregrinantium oculos in ſe conuertere ſolet, attento obſeruauit animo, & inprimis, occaſione Septimanae ſanctae, ſolemnibus iis, quae tum peragi conſueuerunt, functionibus interfuit. Notitiam quoque & amicitiam variorum huius loci eruditorum, ac in his maxime *Io. Mariae Lancisii*, Archiatri Pontificii, ſibi comparauit; Imo etiam ad alloquium ipſius Papae, CLEMENTIS XI. fuit admiſſus, a quo non ſine munere disceſſit. Inuiſit etiam cryptas & coemeteria Romae ſubterraneae, nec non delicioſas, quae circumiacent, villas, & amoenos procerum ſeceſſus,

Digitized by Google

ceſſus, *Tusculum* ſcilicet, quod hodie *Frescati* dicitur, *Caſtellum Gandolſi*, *Albanum*, *Tibur*, & id genus loca alia. Hinc via *Appia*, per *Velitras*, *Pipernum*, *Tarracinam* ſive *Anxur*, *Fundos*, *Molas Formianas*, *Cajetam*, *Minturnas*, *Capuam*, & *Averſam*, ſplendidisſimam Campaniae vrbem, *Neapolin* adiit, vbi, inter varia notatu digna, etiam anniuerſario *S. Ianuarii* feſto intereſſe, & miraculoſam, quae creditur, ſanguinis ipſius liquefactionem cernere, non praetermiſit. Conſcendit quoque igniuomum montem *Veſuuium*, & quae notabili vicinae regionis tractu viatores obſeruare ſolent, vt, perforatum *Pauſilypum*, ſepulchrum *Virgilianum*, lacum *Avernum*, *Lucrinum*, & *Anianum*, ſpeluncam *Canis*, campos *ſulphureos*, antrum *Sibyllae*, promontorium *Miſenum*, amoenas *Baias*, *Puteolos*, & alia, curioſis oculis vſurpauit. Romam redux, eiusdemque iterata contemplatione ſaturatus, reliquam quoque Italiam videre geſtiit. Per *Viterbum* itaque, *Faliscorum montem*, & *Aquam pendentem*, *Senas* profectus eſt, luſtratoq; Portu *Liburno*, *Florentia*, *Piſis*, *Luca*, & *Piſtoria*, Muſarum matrem *Bononiam* ſalutauit, vbi Comitis *Ludouici Ferdinandi Marſilii*, *Io. Baptiſtae Triomfetti*, *Ioſephi Monti*, aliorumque eruditorum colloquiis & lectionibus animum demulſit. Hinc *Mutinam*, *Regium Lepidi*, *Parmam*, *Placentiam*, *Laudem Pompeiam* (*Lodi*), *Mediolanumque* tranſiens, per *Papiam*, & *Dertonam*, fuit *Genuam* delatus, ac inde porro per *Alexandriam Statelliorum* (vulgo *della Paglia*) *Aſtam*, *Auguſtam Taurinorum*, *Monmelianum*, & *Camberium*, *Gene-*

Digitized by Google

Genevam conceſſit. In celebri hac Academia aliquantiſper ſubſtitit, & viros eruditos ſibi reddidit familiares: deinde vero *Galliam* petiturus, *Lugdunum*, *Cabillonum*, *Altisſiodorum* (*Auxerre*), *Agendicum Senonum* (*Sens*), *Carentonium*, & tandem caput Regni, *Lutetias Pariſiorum*, adiit. Hic latum denuo campum oculos animumque paſcendi habuit, adeoque nihil, quod vtriſque conducere poſſet, intermiſit. Nam praeter aulae Regiae, & vicinorum ſeceſſuum, *Verſailles*, *Trianon*, *la Menagerie*, *S. Cloud*, *Marly*, *Meudon*, *Madrit*, *Chantilly*, *la Muette*, &c. iucundam contemplationem, ab ore virorum clariſſimorum, & in Botanicis, Chymicis, Antiquariis, aliisque ſtudiis, exercitatiſſimorum, videlicet *D. Antonii de Iusſieu*, *Vaillant*, *Geoffroy*, *Baudelot*, *Nicolai de Mahudel*, *P. Bernardi de Montfaucon*, &c. diligenter pependit, nec non ophthalmicis demonſtrationibus *Io. Thomae de Woolhouſe*, in Regali Hoſpitio 300 Caecorum, vulgo *les quinze vingt*, interfuit Sed placuit ipſi etiam florentiſſimum *Magnae Britanniae* Regnum inuiſere, adeoque per *Fanum S. Dionyſii*, *Bellovacum*, *Abbatis villam*, & *Bononiam* Gallicam, *Caletum* petiit, vbi freto feliciter traiecto, *Dubris*, haud incelebris Angliae portus, eum excepit, vnde porro per Archiepiſcopalem vrbem *Cantuariam* (*Canterbury*), & Epiſcopalem *Roffam* (*Rocheſter*), ad ampliſſimam Regni metropolin, *Londinum*, peruenit. In celebri hac vrbe, quidquid obſeruatu dignum cenſuit, ſedulo ac diligenter animaduertit; notitiam & fauorem clariſſimorum virorum, Equitis *Hans Sloane*,

D. Io.

Digitized by Google

D. Io Woodward, Equitis *Shadwell*, ac aliorum, ambiit, & haud exiguae felicitati ſibi duxit, quod non ſolum eruditis curioſisque *Societatis Regiae* conuentibus, ſed etiam in ſuprema Regni Curia (vulgo *Parliament*) ſolemni Procerum alloquutioni, a Rege factae, intereſſe potuerit. Vicinis quoque locis notabilioribus, vt, *Chelſea*, *Kenſington*, *Hamptoncourt*, *Windſor*, &c. luſtratis, *Oxonienſem* Academiam inuiſit, eiusque ſplendida Collegia, & inſtructisſimas Bibliothecas diligenter frequentauit, inprimis *Bodleianam*, cuius Proto-Bibliothecarium, *Ioſephum Bowles*, aliosque viros celebres, fauentes habuit. Ex Anglia in vtrumque *Belgium* iter parans, *Dubrim*, & eâdem, qua venerat, via maritima breuisſima, *Caletum*, repetiit, vnde per *Grauelinam*, *Dunkerkam*, *Furnas*, *Neoportum*, & *Oſtendam* vectus, clarisſimas *Flandriae ac Brabantiae* vrbes, *Brugas*, *Gandavum*, *Bruxellas*, & *Mechlinium* luſtrauit. Hinc porro ſeſe contulit *Antverpiam*, ac deinceps *Roterodamum*, *Delphos*, *Hagam Comitis*, *Lugdunum*, *Harlemum*, *Amſtelodamum*, *Traiectum* ad Rhenum, caeterasque *Batauorum* vrbes inclytas, quarum viros celebres & eruditos, ſcilicet *Hermannum Boerhave*, *Bernhardum Albinum*, *Thomam Crenium*, *Levinum Vincentium*, *Fredericum Ruyſchium*, *Io. Conradum Barchuſen*, *Davidem Mill*, & alios quam plures, ſibi notos & fauentes reddidit. Denique per oppida & arces, *Muyden*, *Naerden*, *Loo*, & *Wilshuſen*, *Bremam* concesſit, & inde porro *Hamburgum* delatus, ſtudiorum Academicorum curſu, & itinere litterario per Dei gratiam feliciter abſo-

luto, dulciſsimae Patriae, Parentibusque, fuit redditus.

CHRISTIANVS MÖLLENHOFF.

Luce in hac ciuitate an. 1690. m. Mart. eſt donatus. Patrem accepit virum admodum reu. & praeclariſſ. Dn. CHRISTIANVM MöLLENHOFF, diuini verbi in aede Arcis ſacra miniſtrum fideliſsimum meritiſsimumq́ (45); matrem ELISABETHAM DRAVENIAM, Matronam perinſignem. Didicit in Athenaeo patrio, optimos nactus praeceptores, GERH. MINVM, IO. SCHEVIVM, IAC. PAGENDARMIVM, Cantorem, SIXT. CHRIST. LIPENIVM, Subrectorem, MART. CHRIST. GOELDELIVM, Conrectorem, & ENOCH. SVANTENIVM, Rectorem. Ab his, &, per aliquod etiam temporis ſpatium a publicis apud Luneburgenſes doctoribus, probe inſtitutus, verno anni 1711 tempore in numerum Academicorum Ienenſium fuit relatus. Salanae Athenae ipſi viros celeberrimos dederunt praeceptores. In Logicis enim & Metaphyſicis SYRBIVM, in Phyſicis HAMBERGERVM & TEICHMEIERVM audiuit. Cum vero arti ſalutari ſe conſecraſſet, magni nominis Medicis Ienenſibus eximia ſedulitate adhaeſit. Laudatur idcirco a IO. HADR. SLEVOGTIO in Progr. Inaug. Ien. „1716 his verbis: Animum ad ἔργον, ſtudium ſcilicet

(45) Vid. Athen. Lubec. P. II. pag. 160 ſq.

„ſcilicet Medicum, ita praeparauit, vt poſtmo-
„dum illuſtris Sac. Caeſ. & Cathol. Maieſt., nec
„non Sereniſſ. Sax. Ducum Conſiliarii & Archia-
„tri, D. D. GEORGII WOLFGANGI WE-
„DELII, Haered. in Swarza, Theoret. P. P. fa-
„migeratisſimi, Com. Pal. Caeſ. & Fac. Med. Se-
„nioris grauisſimi, curſui medico intereſſe, &
„lectiones, methodum tuendae ſanitatis & phar-
„maciam exotericam, cum cautelis in praxi ob-
„ſeruandis, vt & inſtitutiones, materiam medi-
„cam, morbos infimi ventris, therapiam item
„vniuerſam, Sponiique aphorismos concernen-
„tes, recte intelligere, fructumq; inſignem ex
„Bibliothecae inſtructisſime demonſtratione
„capere potuerit. Nec exiguum quoque ſtudio-
„rum incrementum ſe ex D. D. IO. ADOLPHI
„WEDELII, PP. ordinarii, Med. Duc. Vina-
„rienſis & Poliatri Ienenſis celeberrimi, colle-
„gio inſtitutionum, pathologico, ſemiotico,
„chimico & formulari, cadauerisque maſculini
„publica diſſectione hauſiſſe, gratus profitetur,
„laudatque ſimul fidelem D. D. I. IACOBI FIC-
„KII, PP. extraordinarii & Archiatri Vinarienſis
„meritisſimi, ad vniuerſam medicinam, praxin-
„que per cauſas ſpeciales manuductionem.
„Meas vidit adminiſtrationes anatomicas & chi-
„rurgicas, domi in brutis, & publice in diſtin-
„cti ſexus corporibus humanis exhibitas, ea-
„dem laude dignisſima asſiduitate & attentione,
„qua aliorum acroaſes accipere conſueuit, col-
„legitque ſibi, ex tot memoratis diſcendi occa-
„ſionibus, tam egregium eruditionis theſaurum,

vt

„vt Deo & languenti proximo inſeruiendi ma„xime idoneus redditus, nunc iure promeritos „honores ambiat.„ Hos conſecutus & Medicinae Doctor creatus eſt, cum in eadem Academia Ienenſi, *Georgio Wolffgango Wedelio* praeſide, *Diſſertationem Inauguralem Medicam, ſiſtentem Aegrum Ictero Calido laborantem* d. 6 Nov. 1716 laudabiliter defendiſſet. Ex patria an. 1718 m. Iul. iter ſuſcepit litterarium Danicum, Hafniaeque aliquandiu commoratus eſt, vt, quae habet haec princeps Daniae ciuitas memorabilia, ad ſtudium inprimis Medicum facientia, accurate cognoſceret. Facile autem hic potuit detineri tum Virorum, praeſertim Medicorum, doctisſimorum conſuetudine, tum praedicanda valde benignitate Parentis ſui D. HENRICI DVRKOPII, qui eum non hoſpitio ſolum excepit, verum multis etiam beneficiis affecit. Inde reverſus in patriam, ſalutarem artem exercendi fecit initium.

IOANNES FRIDERICVS MVLLER.

Natus eſt Vthini an. 1645. d. 11 April. patre *Paulo Müllero*, puerorum nobilium Sereniſſimo Duci IOANNI miniſtrantium Ephoro: matre *Maria Stromeieria*, Femina inſigni. *Attigerat*, teſte Suantenio in eius Memor. an. 1694 ſcripta: *liberaliter tantum doctrinae, quantum ſufficeret, vt ad ampliorem eruditionis apparatum acquirendum alio contendere poſſet. Quapropter Lubecam petiit, viro prae-*

praecellenti ac celeberrime de Lyceo Lubecenſi commerito, Dn. Bangerto, *traditus commiſſusque, vt docta ipſius inſtitutione & erudito viri ampliſſimi conuictu per tempus bene multum frueretur. Eximia diſcendi progresſione & florentis bonitate ingenii maturescebant ipſius ſtudia, vt Academicae conſociationis vſum ſenſim digna cenſerentur.* Elegit autem Academiam Kilonienſem, patriae vicinam, & fama excellentisſimi Medici, *Io. Dan. Maioris*, iſto tempore illuſtratam. Hunc non per ſeptem ſolum annos audiuit, verum etiam eius *Exercitationes Medicas de Myrrha, Locuſtis, Ieiunio Chriſti, Chriſto Medico, Lunaticis, Paralyticis & Sale* an. 1668 publice defendit. Anno 1670 coepit itinera, quae per Belgium, Galliam, Italiam fecit, iisdemque auxit ſcientiam Medicam, & multis doctisſimis viris, praeſertim Medicis, innotuit. Patavio in primis multa debet, non ſolum quia celeberrimum virum, *Antonium Molinettum*, ei conciliauit, verum etiam Doctoris Medicinae decus an. 1675. d. 10 Iul. concesſit. In patriam rediens, Auguſtae Vindelicorum, Altorfii, Ienae, pluribusque in locis, magni nominis Medicos *Hofmannum, Brunonem, Wedelium, Krauſium, Faſchium* & alios expertus eſt valde ſibi fauentes. Sedem fixit deinceps Lubecae, & artis opitulandi aegrotis non infelicia fecit experimenta, donec an. 1694. d. 10 Novembr. mortalitatem relinqueret. Dolet eius mortem Suantenius l. c.

HENRI-

Digitized by Google

HENRICVS NICOLAI.

Medicus hic praeclariſſimus Lubecam noſtram accepit patriam, ſimulque ſtudiorum iuvenilium nutricem. Inſtitutus enim eſt in Gymnaſio patrio eo tempore, quo *Nottelmannus* iſtud magna cum laude rexit. Ex commilitonibus Achill. Dan. Leopoldum (de quo ſupra pag. 79 ſqq) prae ceteris amauit. Amicitiae enim, quae hodieque inter hos duumviros ſancte colitur, fundamenta iam in ipſa iuuentute eſſe iacta, plus ſimplici vice ex ore Leopoldi audiui. Laborum in arte ſalutari exantlatorum praemium dedit Argentoratum, in cuius Academia Noſter habita maximo cum applauſu an. 1675, ſine Praeſide, *de Vulneribus Sclopetorum Diſſertatione Inaugurali*, Medicinae Doctoris honores eſt conſecutus. Placuit autem ipſi Argentoratum adeo, vt cum patria commutaret. Vitam ibi adhuc degit, de ſanitate aegris hominibus reſtituenda fideli animo ſollicitus, maioresq; non appetens laudes, quam *quod fuerit Vir Medicusque bonus*.

BERNHARDVS ARNOLDVS NOTTELMANNVS.

Natiuitate ſua an. 1672. d. 7 Mart. optimum patrem, HERMANNVM NOTTELMANNVM, Rectorem, (quem laude dignum virum Muſa vetat mori) Lubecae exhilarauit. Exhilaraſſet etiam porro, niſi poſt triennium mors eum abripuiſſet. Frui tamen licuit hoc gaudio ipſius

ipſius vitrico, ABRAHAMO HINCKELMANNO, qui paterno plane affectu, amore & fide illum ſemper eſt proſecutus. Cum autem in eo deprehenderet ſagax ingenium, ſtudiis eum litterarum conſecrauit, & noſtri Gymnaſii alumnis adſcripſit. Didicit in eo felici valde ſucceſſu litteras humaniores, cum quibus, indolem ſecutus, Botanicen & Chymiam, priuato quorundam ſtudio adiutus, mature coniunxit. Anno 1689 profectus eſt Gieſſam, vbi duce *Schlöſſero*, doctore publico, curſum Philoſophicum abſoluit. Anno ſubſequenti inuiſit Lipſiam, ibidemque *Pfautzii* Mathematicis, *Ammanni* Botanicis, *Petermanni* Phyſiologicis, Pathologicis & Chymicis, ac *Rohnii* Chymicis atque Anatomicis praelectionibus ſedulo interfuit. Inde auctumnali anni 1692 tempore petiit Belgium, & Amſtelodami in Collegium Chirurgorum publicum adſcriptus per ſemeſtre ſpatium Chirurgiae addiſcendae ſtrenuam operam nauauit. Vrgente deinceps Vitrico, vt d. 25 April. 1693 (quo die ſoror eius natu maior nuptias celebrauit) Medicinae Doctorem ſe creari pateretur, dicto etiam die decus hoc a Senatu Academico Vltraiectino impetrauit, etſi iſto tempore, propter ferias paſchales, ſolemnia, quibus honores Academici conferuntur, plane ſoleant ceſſare. Hinc Thermas adiit Carolinas, e quibus curſum direxit Hamburgum, vbi in Collegium Medicum fuit cooptatus. Anno 1696 d. 13 Ian. eligebatur Phyſicus Gardelegienſis, & menſe Februario ab Electorali Collegio Medico

Bero-

Berolinenſi, praeuio colloquio, receptus, atque tabulis, in quibus Phyſicorum nominatim habetur ratio, inſcriptus, menſe Martio eo ſe contulit, ibidemque praxin Medicam non infeliciter exercuit, donec an. 1698, auſpiciis GEORGII WILHELMI, Principis, a Regimine Cellenſi vocaretur Giffhorniam Phyſicus prouincialis, & ſeptem praefecturis, Giffhorn, Fallersleben, Campe, Burgdorff, Ilten, Eiklingen ac Meinerſen, Medicus praeficeretur. Hanc prouinciam an. 1704, volente Principe, cum munere Medici prouincialis & militaris in Comitatu Danneberngenſi, commutauit. Liceat hic, propter rei inſolentiam, annotare, quod, cum eſſet in hoc Comitatu Medicus, inter eos, quos grauisſimis morbis liberauit, habuerit *I. W. Smidt*, Paſtorem Widelenſem, gratias pro nauata fidelisſima curandi opera maximas ſingulari ſcripto in honorem Noſtri & totius Medicinae Luneb. 1705. fol. edito, complexum. Manauerat fama eius ad Ampliſſimum Senatum Luneburgenſem, quare eum an. 1705. m. Octobr. Phyſicum declarauit. Quod munus eo lubentius accepit, quo magis diuini quid in vocatione agnouit. A Principe igitur non ſine ſingulari gratia dimiſſus, venit an. 1706 Luneburgum, quod hodieque ornat, muneribus, & Phyſici ciuitatis, & Medici Serenisſimae Princip. Cellenſ. Viduae (quae eum an. 1707 ſibi adſciuit, vt corporis ſui, & aulicorum etiam, curam gereret) optime fungens. Publici fecit iuris

Diſſer-

Diſſertationem Medicam Inauguralem de Melancholia. Traiect. ad Rhen. 1693. 4.

Kurtze und deutliche Vorſtellung, was eigentlich die ietzo herum-vagirende Seuche ſey? woran ſolche zu erkennen, welche Merkzeichen die Medici und Chirurgi bey Beſichtigung derer an dieſer Seuche geſtorbenen Leute wol zu beobachten haben, und zuletzt wie ein jeder hieſiger Stadt Einwohner ſich ſicher und mit geringen Koſten darwider bewahren könne. Auff vornehmer Herren und Patronen Anrahten wolmeinentlich publiciret. Luneb. 1713. 4.

Programmata Herm. Nottelmanni & Abrah. Hinckelmanni, patris ac vitrici, coniunctim edere in animo habet. Vt inſtitutum laudabile exſequatur, publico eum nomine rogo, probe gnarus, quantum elegantis eruditionis his Programmatibus, dudum diſperſis, & in perpaucorum manibus verſantibus, inſit.

ANDREAS PLANTECOVIVS.

Quem locum inter Medicos nanciſcitur, eum etiam inter Philologos iure poteſt tueri. Studium enim Philologicum cum Medico ſtrenue ſemper coniunxit, hodieque coniungit. Patriam accepit noſtram Lubecenſem ciuitatem, in qua ante ſpatium ſemiſaeculare, & quod excurrit, in lucem eſt ſuſceptus. Eadem patria in Athenaeo publico optimos illi praeceptores ABRAHAMVM HINCKELMANNVM, IO. POLZIVM, MART. LIPENIVM & DAV. von der BRÜGGE conceſſit. Horum inſtitutione ad

Academicas lectiones cum fructu percipiendas feliciter eſt praeparatus. Tres autem Germaniae celebres Academiae, Iena, Lipſia & Kilia, eum viderunt ad Philologiam, Philoſophiam & Medicinam ſtrenue incumbentem. Quaeſivit porro doctis, quas per Germaniam, Galliam, Italiam, Siciliam, Heluetiam, Angliam & Belgium inſtituit, peregrinationibus litterarum incrementa, atq; ex animi etiam ſententia inuenit. Vnde doctisſimi nonnulli viri, quos inter ſunt *Magliabecchius* atq; *Menagius*, eum iudicarunt dignum, cum quo per litteras colloquerentur. Praemium eruditionis nactus eſt a Patribus Academicis Patauinis, qui eum Philoſophiae ac Medicinae Doctoris honoribus condecorarunt. Fecit enim illis ſatis, ignaris licet, quod pſe aliquando ex ore Noſtri audiui, nouorum principiorum atq; Galeno, Hippocrati, Ariſtoteli, Avicennae, fere ad ſuperſtitionem vsq;, adhaerentibus. Multa ornatus ſcientia tandem repetiit patriam, in qua non ſolum praxi Medica aegrotis, verum etiam pereximia eruditione orbi eruditio inſeruire laborauit. Vtinam ille modo frueretur doctisſimis lucubrationibus Plantecouianis, luce, quam exſpectant, dignisſimis. Catalogum earum ipſe dedit in Epiſtola ad A. D. Leopoldum ſcripta, & Novis Liter. Mar. Balth. 1707 pag. 312--319 inſerta. Ex ea non poſſumus non ſcriptorum vtilisſimorum notitiam excerpere, eandemq; hic ſiſtere. Sunt autem ſcripta Plantecouiana, vel ad prelum plane parata, vel exiguo labore paranda

C. Pedo-

C. Pedonis Albinovani quae extant, cum Notis Variorum. Accedunt ad omnia Poëtae non ſolum doctiſſimorum virorum, qui ex profeſſo in illa ſcripſerunt, Commentationes, Caſtigationes & Notae integrae, ſed etam Plantecovii Animaduerſiones. Praeterea adiicitur Index triplex, quorum primus ſiſtit nomina Auctorum, qui in Commentariis citantur, illuſtrantur ac emendantur; alter Res memorabiles, quae in iisdem continentur; & vltimus Vocabula omnia, quae in ipſo reperiuntur Albinovano.

Cl. Rutilius Numantianus eodem modo adornatus.

Phaedrus cum Notis.

Ad Nummum Eleuſinum Diſſertatio.

Ad Nummum Artemiſiae Diſſertatio.

Comparatio Pindari & Horatii ex Gallico Latine reddita. Vbi qui in Gallico haud comparent auctorum libri, librorum capita &c. non tantum in margine apponuntur, ſed & ſingulis ferme paginis ſubiiciuntur cum Latina interpretatione ipſa auctorum Graecorum verba, quae vt plurimum doctiſſimus Gallus omiſit, verſione duntaxat ſua contentus. Accedunt inſuper de Pindaro & Horatio varia, in primis doctiſſimorum virorum iudicia & elogia.

Elogium Claudii Salmaſii. Prodromus eſt Operis maioris. Praeter alia enim ſequentium etiam celeberimorum virorum, *Caſp. Barthii, Thom. Bartholini, Sam. Bocharti, Ol. Borrichii, Io.*

Andr. Boſii, Rob. Boylaei, Renat. Carteſii, Iſ. Caſauboni, Herm. Conringii, Io. Freinshemii, Io. Frid. Gronovii, Ian. Gruteri, Dan. Heinſii, Io. Bapt. Helmontii, Athan. Kircheri, Iuſt. Lipſii, Marcell. Malpighii, Io. Meurſii, Dion. Petavii, Laur. Pignorii, Thom. Reineſii, Conr. Rittershuſii, I. I. Scaligeri, Andr. Schotti, Caſp. Scioppii, Io. Seldeni, Iac. Aug. Thuani, Georg. Hier. Velſchii, Gerb. Io. Voſſii Elogia molitur.

Bibliotheca Promiſſa & Latens. Magnae molis Opus hoc Almeloveenii ac Meelführeri labores longiſſime ſuperabit.

Bibliotheca Andreana, ſeu de Andreis, qui ſcriptis inclaruerunt.

Bibliotheca Combuſta.

De Plantis, quae inventoribus ſuis nomen, & fabulis, vt ferunt, originem debent, Liber ſingularis, in quo multa auctorum loca explicantur atque illuſtrantur.

Elias Geislerus de Symbolis, cum inſigni Auctario.

De Vitis Manutiorum.

Liber ſingularis de Cultris.

De Menſis.

De Poculis.

De Tubis.

De Falcibus.

De Ianuis Veterum. Supplementa dabit hic liber ad Caſp. Sagittarii librum ejusdem argumenti.

De Templo Dianae Epheſiae.

De Iove Olympio.

De Muris Babylonicis.

De Cingulis Veterum.

Plinii

Digitized by Google

Plinii & Traiani Epiſtolae de Chriſtianis Primaevis, cum Notis Variorum. Accedunt doctiſſimorum virorum, qui ex profeſſo in illas ſcripſerunt, Commentarii & Notae integrae, nec non Plantecovianae Annotationes. Adiicitur inſuper Index tam auctorum, qui in Commentariis citantur, illuſtrantur ac emendantur, quam rerum & verborum, quae in iisdem occurrunt.

Valerius Cato
Cornelius Severus
Q. Seren. Sammonicus
Gratius
M. *Aurel. Olympius Nemeſianus*
T. Iulius Calphurnius
Fl. Cresconius Corippus
C. Iuvencus
Caelius Sedulius
Arator

} cum Variorum Ipſiusque Notis, ac Indicibus neceſſariis.

Tractatus quidam Miſcellanei Thomae Brownii, Equitis ac Doctoris Medici, ex lingua Anglica in Latinam tranſlati. Sunt vero iſti I. Obſeruationes in varias plantas, quarum mentio fit in Scriptura Sacra. II. De Sertis & Plantis Coronariis, ſeu quae ſertis conficiendis inſeruiunt. III. de Piſcibus, quos cum diſcipulis ſuis Saluator noſter poſt reſurrectionem a mortuis comedit. IV. Reſponſio ad certas quaeſtiones, quae piſces, aves & inſecta attingunt. V. De Accipitribus & re accipitraria antiqua & moderna. VI. De Cymbalis. VII. De Ropalicis aut gradualibus Verſibus. VIII. De Linguis, & ſpeciatim

ciatim de Lingua Saxonica. IX. De Collibus Montibusque Factitiis, qui in multis Angliae partibus conſpiciuntur: Quid ſint, & in quem finem, & a quibus gentibus aggeſti fuerint. X. De Troade, quisnam locus iſto nomine veniat; nec non de ſitu Sedomi, Hamorae, Tzebojimis, in mari mortuo. XI. De Reſponſis Oraculi Delphici ad Craeſum, Lydiae Regem. XII. Vaticinium de futuro diuerſarum gentium ſtatu, per epiſtolam, occaſione veteris cuiusdam vaticinii, ab amico miſſum ad auctorem, qui rogatus fuit, ne vellet illud habere animaduerſione ſua indignum. XIII. Muſeum Clauſum, vel Bibliotheca Abſcondita, nonnullos inſignes Libros, Antiquitates, Picturas, diuerſique generis Rara alia, vix aut nunquam ab aliquo, qui nunc viuit, viſa complectens.

Marii Aſſignii Tractatus de Antiquitatibus Romanis, difficilibusque Nominibus, quae ad res Romanas ſpectant, ex Anglico Latine verſus. Notitiam libri huius dat Noſter l. c. pag. 317 ſq.

Roma in Situ ſuo luſtrata, cum Rebus memorabilibus, quae in illa reperiuntur, omnibus, tam antiquis, quam modernis, id eſt, Aedibus ſacris, Monaſteriis, Xenodochiis, Collegiis, Seminariis, Templis, Theatris, Amphitheatris, Naumachiis, Circis, Foris, Curiis, Palatiis & Statuis, Bibliothecis, Muſeis, Picturis, Sculpturis &c. Auctore Floravante *M*artinello, Romano, denuo emendata & aucta a *Matthaeo Flentino, Leodienſe. Ex Italico Latine reddita.* Vſus eſt noſter vtraque editio-

editione Venet. 1677 & Rom. 1687, atque Inſcriptiones, quae in recentiori editione deſiderantur, ex vetuſtiori reſtituit.

Haec ſcripta nemo luce indigna iudicabit. Quare publico nomine rogandus eſt nobiliſſimus Auctor, nolit ea premere, ſed communicare cum eruditis, qui ei laudem Philologi perinſignis & in ſcriptis veterum, tam Graecorum, quam Latinorum, egregie verſati libenter attribuunt, legentes tantum ipſius

Obſeruationem de Herba Promethea, Novis Liter. Mar. Balthic. 1708. p. 87—92 inſertam.

GEORGIVS REICHIVS.

Lubecae patre IOANNE REICHIO, Paſtore Aegidiano optime merito, & matre BARBARA STAMPELIA, Matrona perinſigni, GEORGII STAMPELII, Antiſtitis Lubecenſis excellentiſſimi, ſorore (45) natus eſt an. 1618. d. 9 Mart. *Anno* 1624, teſte B. Seb. Meiero in Progr. Vitam huius Medici exhibente, p. B 2, *publicam in Scholam miſſus & Praeceptoribus in diſciplinam traditus, mea in aſſequendis Latini Graecique ſermonis, nec non Logicae & Rhetoricae principiis, priuata opera vſus eſt, ſeque publice & priuatim ita geſſit, vt qui vna mecum in eo erudiendo operam ſuam collocarunt, vix aliquid, quod in eo notandum, multa vero, quae in ipſo laudanda, aliisque merito imitanda eſſe duxerint, repererint. Quamobrem etiam factum eſt,*

(45) Lege igitur *ſororem*, non *filiam*, in Athen. Lubec. P. II. p 209. l. 5.

Digitized by Google

eſt, vt omnium, quibus ſe docendum dabat, fauorem ſibi conciliaret, & quisque ſtudia eius pro virili iuuare & promouere nimium quantum laboraret. Confecto deinceps Regiomonti & Roſtochii (vbi an. 1642. *Ioachimo Stockmanno* praeſide, *de Vrina* diſputauit) Academico curriculo, viſisq; magno litterarum, praeſertim Medicarum, incremento variis regionibus, an. 1647. d. 4 Maii creatus fuit Patavii Doctor Medicinae, eandemque deinceps feliciter in patria exercuit. Suaſu quoque ſummi Medici & Polyhiſtoris, *Io. Henr. Meibomii*, cuius gener fuit, Reuerendisſimus ac Illuſtrisſimus Princeps Holſatiae & Epiſcopus Lubecenſis eum ſibi Medicum elegit. Mortuus Lubecae an. 1657. d. 23 Ian. non a Meiero ſolum, verum ab Henrico Bangerto etiam & Iuſto Tribbechovio ſcriptis publicatis fuit valde laudatus.

CHRISTOPHORVS SCHMIDT.

Honeſtisſimis in noſtra Lubecenſi ciuitate parentibus eſt prognatus, ibidemque artibus, quibus aetas puerilis pariter ac iuuenilis imbui ſolet, inſtructus. Doctorum Athenaei patrii publicorum inſtitutione per aliquot annos vſus, Ienam an. 1713. m. April. ſe contulit. Per triennium hic ſubſiſtens auſpiciis celeberrimorum virorum, *Wedeliorum, Slevogtii, Fickii, Hambergeri, Teichmeyeri*, aliorumque, artem Medicam, & quicquid ad eam pertinere videbatur, rite excolere annisſus eſt. Relicta alma Salana petiit Argentoratum, vbi exquiſitam *Io. Saltzmanni* P. P. cada-

cadauera humana ſecandi peritiam ſibi multum profuiſſe, ingenue fatetur. Abſolutis ſtudiis Academicis, iter in Galliam & vtrumque Belgium ſuſcepit, ac Medicam ſcientiam, colloquendo cum viris doctis, Bibliothecas, Hortos Medicos ac Noſocomia perluſtrando, augere ſtrenue laborauit. Quare ita ſe probauit Medicis Academiae Lugdunenſis, vt ipſum ante reditum in patriam (in qua morbis tollendis nauat operam) an. 1717. m. Sept. ſupremis in Medicina honoribus ornarint. Documentum huius rei eſt eius *Diſſertatio Medico-Practica Inauguralis de Siriaſi*, Lugd. Batau. 1717. 4.

LVCAS STEIN.

Lubecam an. 1664. d. 16. Febr. accepit patriam; patrem vero virum admodum reu. & praeclariſſ. Dn. LVCAM STEIN, Archidiaconum Iacobeum praeclariſſime meritum, & idcirco P. II. p. 337 ſqq merito collaudatum. Didicit in Lyceo patrio ſucceſſu adeo felici, vt ad Academicos doctores cum fructu audiendos idoneus euaderet. Abibat igitur Kilonium, & quum ſtudio Medico ſe dicaſſet, audiebat in primis Medicum cum paucis comparandum *Io. Dan. Maiorem*, cuius etiam *Scrutinium Medicum Sataniсae Coſmodeixeos, ſeu Regnorum Mundi Chriſto a Diabolo monſtratorum. Matth. IV. 8. Luc. IV. 5.* an. 1686 pro roſtris Academicis defendit. Inuiſis deinceps aliis Germaniae Academiis, Helmſtadio, Lipſia & Iena, Belgium, quaerens ſtudio-

rum incrementa, adiit, &, Doctoris Medicinae honoribus Traiecti ad Rhenum an. 1692 inſignitus, iter in Britanniam eſt proſecutus. Redditus patriae aegris opem ferre multo contendit ſtudio, donec ipſe humana deſtitueretur ope, & an. 1699. d. 15 Ian. per beatam mortem ad Medicorum Medicum tranſiret. Vid. Nov. Liter. Mar. Balth. 1699. pag. 62. Extat eius

Diſputatio Medica Inauguralis de Dyſenteria. Trai. ad Rhen. 1692. 4.

IOANNES IACOBVS STOLTERFOHTIVS.

Ex Memoria excellentisſimi huius Medici, Phyſici & Polyhiſtoris an. 1718. d. 8. April. a me euulgata hic, omisſis non neceſſariis, ea repetam, quibus vitae & ſcriptorum ipſius notitia abſoluitur. Gauiſa eſt ea fortuna ciuitas Slesuicenſis, vt illum auſpicato genitum exciperet. Natalis ei dies fuit vndeuiceſimus menſis Octobris anni milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi & quinti, poſt quem mox in iuris nominisque Chriſtiani tabulas per ſacrum lauacrum eſt relatus. Patrem accepit virum ſpectatisſimum & prudentisſimum DN. IACOBVM STOLTERFOHT, Senatorem primum Slesuicenſem, poſtea Magnifici Senatus patrii Lubecenſis pharmacopolam: matrem vero ELISABETHAM SCHROEDERIAM, feminam inſignibus virtutibus ornatam. Auum coluit paternum virum admodum reuerendum & praeclarisſimum

DN.

DN. M. IACOBVM STOLTERFOHT, Templi primarii Lubecenſis Paſtorem, cuius praeſtantium meritorum memoriam neq; orbis eruditus, neq; Lubeca noſtra vnquam deponet: auiam paternam vero DOROTHEAM KIRCHMANNIAM, decus ſexus muliebris. Auum maternum nactus eſt virum nobilisſimum HENRICVM SCHROEDERVM, Conſulem in Holſatia Neoſtadienſem bene meritum: Auiam autem maternam ANNAM NIEMANNIAM, probam & frugi matronam. Proauus paternus prior fuit vir plurimum reuer. & praeclariſſ. DN. M. IOANNES STOLTERFOHT, Templi primarii Lubecenſis Paſtor & Reu. Miniſterii Senior venerandus: proauia MARGARETA BACMEISTERS, ſexus ſequioris ornamentum. Proauum paternum poſteriorem veneratus eſt IOANNEM KIRCHMANNVM, Rectorem & Polyhiſtorem Lubecenſem inclytisſimum: proauiam EMERENTIAM SCHELEN, feminam valde praedicandam. Proauum maternum priorem agnouit virum integerrimum CHRISTIANVM SCHROEDER, Ciuem Neoſtadienſem: Proauiam ANNAM LAFFERDES, feminam virtutibus decoratam. Proauus maternus poſterior ipſi extitit vir valde reuerendus & doctisſimus DN. HENRICVS NIEMANN, verbi diuini miniſter Neoſtadienſis: proauia ANNA ELISABETHA HEUERS, femina ſexus ſui laude florens. Abaui & Abauiae ARNOLDVS STOLTERFOHT & MARGARETA

WARM-

WARMBöCKEN; D. LVCAS BACMEISTERVS, Theologiae Prof. publicus & ſacrorum Antiſtes Roſtochienſis, ac IOANNA BORDINGS; GERHARDVS KIRCHMANN, ciuis Lubecenſis, & GESA DREYERS; IOACHIMVS SCHELE, Senator Roſtochienſis, & EMERENTIA WEDIGS; GEORGIVS LAFFERDES, Ciuis Lubecenſis, & CATHARINA TEGETMEYERS, vt & GEORGIVS HEUER, V. D. M. Neoſtadienſis, honoris quoque cauſa nominantur. Neque ſine ſumma voluptate Noſter recordari potuit Atauos debito cultu hic adducendos, & Ataujas optimas, ſcilicet IOANNEM STOLTERFOHT, Senatorem Lubecenſem, & ELISABETHAM LüNEBVRGS, THOMAE filiam, ac HENRICI a BRöMSEN, Magnifici Conſulis Lubecenſis, neptem: BERTOLDVM WARMBöKE, filium HENRICI, Senatoris Lubecenſis ampliſſimi, & ANNAM FREVDENBERGS: IOANNEM BACMEISTER, ciuem Luneburgenſem, & ANNAM LVBBINGS: IACOBVM BORDINGVM, Med. D. & Prof. Hafnienſem, nec non Archiatrum Regium, & FRANCISCAM NIGRONAM, THERMI, Nobilis Genuenſis, filiam & COSMI neptem, e IOANNA de ROCHELLE, Avenionenſi, genitam: HERMANNVM KIRCHMANN, ciuem oppidi Alen in Epiſcopatu Monaſterienſi, & ELISABETHAM ab VFFELEN, HENRICI, Conſulis Alenſis, filiam: GVILIELMVM (vulgo *Helmcke*) DREYER, ciuem Dorpaten-

patenſem, & DOROTHEAM HONERIÄGERS, GODOFREDI, Conſulis Dorpatenſis, filiam: WERNERVM LAFFERDES & vxorem ipſius SOPHIAM: TILONEM TEGETMEYER, ac CATHARINAM BONNEN, IOANNIS filiam ex ANGELICA FRENCKINGS, & neptem HERMANNI BONNI, primi ſacrorum Praeſulis Lubecenſis. Ex tam ſplendida familia, cuius etiam Tritaui atque Maiores a quinque ſaeculis, & quod excurrit, repeti poſſent, ſi opus eſſet, prognatus Noſter, prima litterarum rudimenta didicit opera PETRI HARTVICI in ciuitate noſtra Lubecenſi, in quam natus annos quinque cum parentibus demigrarat. Sed quum publica inſtitutio priuatam longisſime ſuperet, prudenti admodum conſilio deinceps Scholae noſtrae publicae eſt traditus, & adſcriptus diſcipulis quintae claſſis, IOACHIMVM SCHEVIVM nactus fidelem praeceptorem. Interiecto quidem tempore nonnullo Slesuicum repetiit, vbi in GEORGII HENRICI BVRCHARDI, Paſtoris, aedibus fuit eruditus, rediit tamen paulo poſt Lubecam, relictum Muſarum domicilium reuiſit, & MARTIN. LIPENIVM, Conrectorem, DAVID. BRVGGIVM, Sub-Rectorem (Poëtam elegantisſimum & ingenioſisſimum) ac SAM. FRANCKIVM, Cantorem, docentes cum fructu audiuit. Bene horum auſpiciis coepta continuauit in vicino prouinciae Mecklenburgicae loco, qui Rhena dicitur, vbi in aedibus NICOLAI SVRII, ſacerdotio ibi fungentis, doctrinae adiu-

adiumenta quaeſiuit. Cum vero denuo animaduerteret, quod bonarum artium ſtudia nusquam felicius, quam in publicis ſapientiae officinis excolantur, Lubecam remigrauit (46), vbi tandem coetui Gymnaſtico additus ABRAHAMI HINCKELMANNI, Rectoris, fidelisſima inſtitutione etiam valde profecit, praeſertim, quia cum labore publico priuatam induſtriam coniunxit, & quas ille aperuit Scholas, ſiue Hebraeas, ſiue Rabbinicas, ſiue Arabicas, ſiue Syriacas diligenter ſolitus eſt adire. His rebus fiebat, vt, ſapienter negligens pesſima eorum exempla, qui ſtudiis crudis & valde immaturis ad Academias abeunt, ſolide atque ſatis eruditus eo ſe conferret. Conſecratus autem ſtudio diuiniori, committebat ſe almae matri Wittenbergae, vt verum illud, quod pura & incorrupta doctrina ſacra ſecum fert, decus aſſequeretur. Hoc facilius fieri poſſe adhibitis ſubſidiis, quae ſana & ſobria Philoſophia ſubminiſtrat, prudenter admodum iudicabat. Quare ſedulo eius doctoribus ſe adiunxit, & viris ad eam docendam valde idoneis in diſciplinam tradidit. In morum

(46) Io. Gerdeſius in Progr. Inaug. Gryphisw. 1692: *Non potuit non eum ad rite formanda fundamenta allicere iterum ad Lyceum Lubecenſe fama virorum in liberalibus artibus clarisſimorum Dn. ABRAH. HINCKELMANNI, Gymnaſii Rectoris inclyti, praecellentisſimi item Dn.* M. *LIPENII, Prorectoris de Lyceis diuerſis optime meriti, laborioſisſimis ſcriptis ſatis noti, reliquorum etiam in quacunque arte exercitatorum virorum, quibus ſemi-Pythagorico ſilentio & aures & animum dicauit.*

Digitized by Google

morum doctrina elegit CHRISTIANVM RöH-RENSEVM, qui facem ſibi praeferret. Hiſtoriae exquiſitius ſtuduit duce magno Hiſtorico & Polyhiſtore CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHIO. Magiſtros porro habuit GEORG. PASCHIVM ac SIM. FRID. WOLFHARDTVM, Ordinis Sapientum Aſſeſſores, inter quos Wolfhardto potisſimum adhaeſit, & illo viam monſtrante curſum per omnes Philoſophiae partes confecit. Praeterea in audiendis ſummis Theologis ABRAH. CALOVIO (cuius hoſpitio exceptus conuictuq; fruitus eſt), IO. DEVTSCHMANNO, IO. FRID. MAYERO & MICH. WALTHERO ardens ſemper fuit & asſiduus. Neque, quae eſt verae virtutis indoles, in occulto latere potuit, ſed ſaepius prodiit in publicum, & eximia argumenta pro roſtris Academicis defendit. Etenim vſus praeſidio M. IO. NICOL. HARTSCHMIDII de עֲפֹלִים: ex 1. Sam. VI. 5. 1685: M. GEORG. PASCHII *de Brutorum Senſibus atque Cognitione*. 1686: M. SIM. FRID. WOLFHARDTII *de Eo, quod Homini naturaliter licet pro Vita*: IO. FRID. MAYERI ex Theologia Morali Dorſcheana *de V Praecepto*: IOAN. DEVTSCHMANNI *de Cauſa primaria Theologiae* cum laude diſputauit. Atq; haec praeſtantia merebatur praemium, quod Leucoris ei exhibuit, dum liberalium artium Magiſtri honores conceſſit. Ex Wittenbergenſi Academia abiit Roſtochium, vbi potisſimum magni nominis inter rerum ſacrarum doctores viri IVST. CHRISTOPH. SCHOMERI (cuius domeſti-

meſticus fuit) conſuetudine eſt delectatus, & huic pariter ac reliquis Theologis de rebus diuinis commentantibus nunquam ſine documento diligentiae adfuit, omnibus cupidisſimum ſe eſſe ſanctisſimarum litterarum ſemper teſtatus. Quemadmodum vero diuina ingenia ad plures vna diſciplinas ſolent aſpirare, ita etiam Eum cepit cupido ſcientiae iuris, quam vt expleret, praeſtantisſimi ICti IO. KLEINII ſcholas *Inſtitutionum* explicandarum cauſa apertas magna induſtria & conſtantia frequentauit. Ipſe etiam in hac Academia quod a natura egreginm acceperat, & praeceptis, vſu, induſtria perfecerat, in aliorum vtilitatem optime conuertit. Multos enim non ſine fructu artem rationis, ſcientiam, quae Ens ſpeculatur, Hebraeam linguam & alias vtilisſimas diſciplinas docuit, ac diſputando etiam doctiores reddere laborauit. Nec eſt dubium, quin porro Theologiam egregie illuſtraſſet, niſi graues adfuiſſent cauſae, ob quas ſanctius, cui adhuc maxime deditus fuerat, ſtudium cum medico commutaret. Huius proſpere excolendi cauſa elegit ducem IO. GERDESIVM, Phil. & Med. D. ac Sueciae Regis Archiatrum, cuius fidelisſime tradita praecepta promte animo excepit & diligentisſime cuſtodiuit. Nec ab eo poterat dimoueri, ſed illum Gryphiswaldiam vocatum ſequebatur. Ab hoc vero cum non ſolum ad Medicinae cognitionem, ſed etiam vſum perduceretur, & ſaepisſime ad expedienda Conſilia Medica adhiberetur Noſter, eos fecit progreſſus, vt

an. 1692

an. 1692 habita Diſputatione Inaugurali ſummos in Medicina honores ipſi ſoli panegyri ſplendidisſima tributos cum maxima laude potuerit impetrare. Inſignem deinceps peregrinationum vtilitatem perpendens, é re quoque ſua eſſe duxit exteras regiones adire. Et primum quidem iter per Bremenſem prouinciam & vtramq; Friſiam ad Batauos comparauit, & inuiſit Academiam Gröningenſem ac Franequeranam, viroſque in illis eruditos, vt collato cum iis eruditisſimo ſermone litteris ſuis amplius ornamentum afferret. Vidit porro Amſtelodamum, Hagam Comitum, Roterodamum, aliasque vrbes, & ita vidit, vt non ſolum inſtituta ac mores populorum contemplaretur, ſed eruditionem etiam augeret. In primis Lugduni inclytis valde Medicis PAVLO HERMANNO, WOLFERDO SENGVERDO, ANTON. NVCKIO, RICHARD. MORTONO, CAR. DRELINCVRTIO familiariter vſus eſt, ſicut Vltraiecti humanitatem celeberrimi Polyhiſtoris, IO. GEORG. GRAEVII, & inſignis Philologi, IO. LEVSDENI, eſt expertus. Hinc venit Harlemum, vbi curioſum LEVINI VINCENTII Muſeum perluſtrare non neglexit. Traiecit deinde in Angliam, ac portu Harderviciano feliciter exceptus Londinum perrexit, vbi Societati Regiae & omnium ordinum celeberrimis viris, in primis CHARLETONO, innotuit, perſpexitq; accuratisſime & maxima cum voluptate Muſeum illius inſtructisſimum, quod cum nunc poſſeſſorem habeat virum do-

ctiſſimum iuxta ac humaniſſimum HANS SLOANE, Med. D. & Reg. Societat. a Secretis, acceſſione variorum naturae & artis cimeliorum ita ſubinde auctum fuit ornatumq́, vt reliquis omnibus, quibus Anglia abundat, palmam praeripere merito exiſtimetur. Conuenit quoque celebrem Mechanicum, TAMPIONEM, profectusque eſt ad Aquas Epſomienſes. Neq́ praeteriit Athenas Anglicas, vtramque ſcilicet Academiam Oxonienſem & Cantabrigienſem, ſed Collegia earum, Bibliothecas (praeſertim Bodleianam) & viros doctos inuiſit. His non ſine magna vtilitate & laude peractis in animo habebat, traiicere in Galliam. Sed cum ob tumultus bellicos inter Anglos & Gallos feruentes liberi commeatus litteras nancisci non poſſet, in Belgium ipſi fuit redeundum. Tranſiens itaque Neomagum, Moguntiam ac Francofurtum ſe contulit, & Auguſtae Vindelicorum apud D. LVCAM SCHROECKIVM aliquamdiu commoratus, per Tyrolenſem Comitatum Italiam petiit, & Patauium, Gymnaſio illuſtri nobile, contendit. Ibi in Anatomicis vſus eſt ANTONIO MOLINETTI & MVNINGHINA; in Chirurgicis DOMINICO MARCHETTI; in praxi autem Medico-Chirurgica, praeter alios, PETRO CASTELLO, Noſocomii praefecto. Neque celeberrimi viri CAROLVS PATINVS, D. & CAROLVS BORROMEVS, Comes, Nationis Germanicae Protector, ſuo eum fauore indignum iudicarunt. Ingreſſus quoque Venetias, Ferraram, Anconam, domum Laure-

tanam, ipſamq; Romam (vbi in familiaritatem MARCELLI MALPIGHII, IOAN. CIAMPINI & PHILIPPI BONANNI intrauit), ad omnia ſingularia ac notatu digna attendendo mularum rerum inſolentium & rariorum notitiam ſibi acquiſiuit. Per Capuam deinde curſum direxit Neapolin, & Puteolanas antiquitates ac naturae miracula, fumantis Veſuuii vtrumque rictum & alia non ſine ſtupore ſpectauit. Florentiae acceſſit viuam illam Bibliothecam, ANTONIVM MAGLIABECCHIVM, fama viri, quae percrebuit toto orbe litterato, permotus. Bononiae nactus eſt occaſionem oculis vſurpandi Muſeum & libros manu VLYSSIS ALDROVANDI exaratos. Tandem per Genuam & Lombardiam in Germaniam reuerſus, fauentes ſibi expertus eſt Viennae ILLMERVM, Baronem & Imperatoris Archiatrum: Lipſiae D. AVG. QVIRIN. RIVINVM, ad quem non inutili inſtituto ſe applicauit: Berolini D. PANCOVIVM, hoſpitio ipſum excipientem: Francofurti ad Viadrum autem D. BERNH. ALBINVM, hodie Lugduni docentem, D. IRENAEVM VEHR, Prof. Medic. & Archiatrum, D. IO. CHRISTOPH. BECMANNVM, & omnes veros doctiſſimorum virorum aeſtimatores, quos facillime ſua excellenti virtute & incredibili eruditione ſibi potuit conciliare. Emenſus tam inſigne iter, Gryphiswaldiam denuo vidit aditum ianuamque honoris ſibi patefacientem. Anno enim 1693 ibi publicus Medicinae Profeſſor fuit conſtitutus. Hanc ſpar-

Digitized by Google

tam ſolida doctrina ciues Academicos diligenter imbuendo & ſaepius Diſſertationes ventilando egregie ornauit. Sed non retinuit hoc decus ſuum Gryphiswaldia. Etenim Lubecam, quam dulciſſimae patriae inſtar amabat, repetiit, parenti, ſenio confecto, operam ſuam commodaturus, imo etiam reliquis ciuibus, ſi quid opis & artis in ſe eſſet, opitulaturus. Tam proſpero vero ſucceſſu remedia adhibuit ad morbos, vt an. 1708. d. 22 Aug. a Magnifico Senatu Lubecenſi Phyſici ſecundarii munus ipſi ſit demandatum, quod cum ampliſſima Phyſici primarii ſparta an. 1712. d. 6 Iul. commutauit, eidemque optime praefuit vsque ad mortem, qua an. 1718. Kal. April., dolentibus permultis, eſt defunctus, laude Polyhiſtoris & Medici excellentiſſimi poſt fata etiam ſuperſtes. Quam inſigne enim fuerit Vrbis Lubecenſis, orbis litterati, & ſpeciatim ordinis Medici ornamentum, oſtendit copioſa *Bibliotheca*, magna prudentia collecta, cuius ſuperiori anno diſtractae Catalogus ſupereſt: nec non *Muſeum* elegantisſimis ac rarisſimis naturae & artis cimeliis inſtructum, ex quo Hannekenianum, ſupra p. 243 ſq laudatum, egregia cepit incrementa. Idem confirmant *Manuſcripta*, quae reliquit, plane eximia, magnae molis voluminibus, incredibili diligentia nec minore iudicio, ab eo congeſta, & explanantia omnes Medicinae partes, quae lucem publicam omnino merentur. Maxime idonea enim ſemper adhibuit ſubſidia, & ex ſinceris fontibus

tibus hauſit, quod pretium ſcriptorum valde auget. Luculentum quoque huius rei teſtimonium praebent ſcripta eruditisſima, quae luce fruuntur:

Poſitiones Morales. Roſtoch. Reſp. Döbelio.

Diſſertatio Inauguralis de Idea Errante in Ecſtaſi, ſeu Enthuſiasmo conſpicua. Gryphisw. 1692. 4. Praeſ. Io. Gerdeſio.

Diſſertatio de Idea Errante in Monſtrorum Generatione. Gryphisw. 1695. Reſp. Dan. Gerh. Heiſio.

Phyſiologia in Nuce Reſp. Sigism. Aug. Pfeiffero, Aug. Pfeifferi, Antiſtitis quondam Lubecenſis, filio, iam Med. D. & Prof. Sedinenſ. nouem Diſpp. pertractata. Gryphisw. 1697.

Programmata varia Gryphiswaldenſia.

Diſſertatio Epiſtolica de Sudore Sanguineo ad M. Bernh. Krechting, Rev. Miniſt. Sen. & Paſt. Mar. Lubec. 1698. 4.

Vectigal Connubiale Margaritiferum, ſiue Vniologia Phyſico-Medica, in memoriam Iubilaei Gamici M. Bernhardi Krechtingii & Margaretae Stolterfohtiae. Lubec. 1700. 4. pl. 6. Summa capita huius elegantis pariter ac curioſi Tractatus vid. in Nov. Lit. Mar. Balth. 1700. pag. 160.

Obſeruationes & Scholia Novis Literariis Maris Balthici & Septentrionis (quibus ſuam quoque addixit operam, & diligens fuit in hac litteraria Societate *σύνεργος*) *inſerta.*

1698.

Aurantium Hermaphroditum Lubecenſe. Haec Obſeruatio *ἀνονύμως* p. 100 extat.

Digitized by Google

Obſeruatio de Nummo in Oeſophago Vaccae reperto. p. 145. ſq.

Scholium ad D. Io. Iac. Döbelii Obſeruationem Anatomicam de Glire Hermaphrodito, cum annexa disquiſitione, an homo ex ſe in ſe ipſo concipere & parere valeat? p. 241 ſqq.

1699.

Scholium ad Reinholdi Wagneri D. Obſeruationem de horrendo Vulnere Abdominis. p. 17 ſqq.

Ovum praegnans. p. 29 ſqq.

Scholion ad Reinh. Wagneri Obſeruationem de Embryone ſuillo petrefacto. p. 47 ſqq.

Scholion ad Wagneri Obſeruationem de Hydrope Ovarii Muliebris. p. 50 ſqq.

Scholion ad D. Io. Iac. Döbelii Obſeruationem de Foetu extra Vterum in Abdomine reperto. p. 76 ſqq.

Exuuiae Serpentum Indiae Orientalis eximiae magnitudinis. p. 215 ſqq.

Scholion concernens praeternaturalem Oſſium generationem in oeconomia animali. p. 234 ſqq.

Hiſtorico-Phyſica Deſcriptio Cladis nuperae Wismarienſis. p. 251 ſqq. Docte in hac Obſeruatione diſſeritur de Fulmine.

Scholion ad Reinh. Wagneri Obſeruationem de Dracunculo, ſiue Vena Medinenſi. p. 274 ſqq.

Obſeruatio de Grano Hordei LXXII culmis fructificante. p. 283 ſqq.

Scholion ad Wagneri Obſeruationem de Verme Faſciali duodecim vlnarum & quod excurrit longitudine, innoxiè per alvum excreto. p. 301 ſqq.

Scholion ad Obſeruat. Wagneri de Abſceſſu Hepatis feliciter per Vrinam & Alvum euacuato. p. 343 ſqq.

Obſeruatio de Viro LIV annorum fluxum menſtruum per genitalia patiente. p. 381 ſqq.

1700.

Scholion ad Obſeruat. Reinh. Wagneri de Roſis plenifloris proliferis. p. 51 ſq.

Scholion ad D. Io. Lud. Hannemanni Obſeruationem de periodica Lactis praeſentia in Mammis mulierculae non gravidae, neque lactantis. p. 55 ſqq.

Scholion ad D. Io. Gloſemeyeri Obſeruationem de Calculo Veſicae. p. 71 ſqq.

Scholium ad Io. Lud. Hannemanni Obſeruationem de Sanguinis fluxu p. n. per muliebria. p. 222 ſq.

Scholion de Theriaca Andromachi, & Mithridatii Democratis. p. 381 ſq.

1701.

Scholion ad I. L. Hannemanni Obſeru. de Pinguedine per Vmbilicum fluente. p. 24 ſqq.

Obſeruatio de Diarrhoea XXXIII annorum in ſene. p. 59 ſq.

Scholion ad I. L. Hannemanni Methodum conficiendi Spiritum Roris Majalis. p. 87 ſqq.

Obſeruatio de Muliere Aluum per Pudenda exonerante. p. 95 ſq.

Scholion ad litteras I. L. Hannemanni de Pica & Malacia. p. 150 ſqq.

Obſeruatio de Piro immaturo Anorexiae & Vomitus medela. p. 156 ſqq.

Scholion ad litteras Hannemanni de Saccharo Salmaſiano. p. 210 ſqq.

Scholion ad D. Iac. Barthelmaei Obſeruationem de Cancro exulcerato ex ſcarificatione. p. 367 ſqq.

1702.

Scholion de Circulatione Sanguinis. p. 25 ſqq.
Ova monſtroſa. p. 151 ſqq.
Ovum Galli Gallinacei & Baſiliſcus. p. 210 ſqq.
Scholion de Calculo in ventriculo Galli Gallinacei reperto. p. 278 ſq.

1703.

Deſcriptio Galli Quadrupedis. p. 67 ſqq.
Scholion de Viuiparis Ouiparis. p. 139 ſqq.

1704.

Scholion ad D. Georgii Loſſhagen Obſeruationem de infelici Ozaenae narium curatione per Salivationem. p. 146 ſqq.
Scholion ad D. I. L. Hannemanni Obſeruationem de Sceleto Foetus, cum bene formato eodem partu in lucem edito. p. 311 ſqq.

1705.

Scholion ad Hannemanni Obſeruationem de ſingulari Vulpis cum Falcone Amicitia. p. 18 ſqq.
Scholion ad Hannemanni Obſeruat. de Strepitu Oſſium mirabili. p. 59 ſqq.
Scholion ad Obſ. Hannem. de Femina vltra nouem annos alto ſomno ſepulta. p. 158 ſqq.

1707.

Scholion ad D. Io. Chriſtoph. Gotvaldii Caſum de Spica Secalis deglutita & per Apoſtema circa Coſtas iterum egeſta. p. 70 ſqq.

MARCVS TIMANNVS.

Patrem virum integerrimum MARCVM TIMAN, Ciuem & Aromatopolam: matrem MAR-

Digitized by Google

MARGARETAM ROECKS, Feminam ornatiſſimam, parentes accepit, perq; natiuitatem an. 1660. d. 24 Maii factam Lubecenſibus eſt adſcriptus. *Feliciſſime*, Suantenio teſte, in eius Memor. an. 1700 ſcripta, & in *N*ov. Lit. Mar. Balth. 1700. p. 63 ſq in compendium miſſa, *adoleuit naturae ac indolis egregiae incrementis in ludo litterario patrio, perpolitus atque inſtructus ſummo ſtudio & opera inſigni celeberrimorum, tunc docentium, atque inſtituentium in Ephebeo Lubecenſi: & tantum elegantioris doctrinae aſſidua cura ſibi comparauit, quantum requiri videbatur ad maturam Academicae conſociationis vſuram.* Elegit an. 1680 Helmeſtadium, commotus fama magni MEIBOMII, quo duce ad ſtudium Medicum per biennium, & quod ſuperat, feliciter incubuit. Continuauit bene coepta Lugduni Batauorum, vbi annuum fere ſpatium exegit. Neq; ſcientiae ſubſidia in Britannia & Gallia quaerere neglexit. Lutetia ſpeciatim Chirurgiam & Anatomiam excolendi ſuppeditauit occaſionem; ſicuti Andegavum m. Mart. 1684 Doctoris Medici decus, ſolemni ritu collatum, conceſſit. Luſtratis deinceps pluribus Galliae locis, per Argentoratum, Heidelbergam, Francofurtum ad Moenum, Lipſiam, Wittenbergam, &c. reuerſus eſt ad vrbem natalem Lubecenſem, in qua an. 1700. d. 31 Ian. coetum in hac terra viventium reliquit, quum, teſtibus Auctoribus *N*ov. Lit. Mar. Balth. l. c. p. 64, *quindecim, & quod excurrit, annorum ſpatio cum magna eruditionis, candoris, comitatis, induſtriae, ac aliarum virtutum laude Medicinam feciſſet.*

Digitized by Google

SECTIO III
EXHIBENS
PHILOLOGOS
ET
PHILOSOPHOS.

PANCRATIVS AMSELIVS.

POëtam hunc & Muſicum elegantisſimum valde laudat Henricus Schuckmannus, ICtus Roſtochienſis, in Programmate, quo an. 1654. d. 19 *M*aii ad exequias ipſi ducendas inuitauit. *N*atus eſt *R*oſtochii an. 1593. d. 22 Octobr. patre *Martha Hildermans*, femina praeclaris virtutibus condecorata. In patria ſchola *tantum*, Schuckmanno teſte, *profecit, vt dignus cenſeretur eruditorum virorum iudicio, qui mitti ad alia loca poſſet. Miſſus itaque eſt de conſilio eorum a matre, poſt obitum patris ſui, Lubecam anno 1609, inſtructus a plurimum reuerendo & excell. viro D. LVCA BACKMEISTERO, Eccleſiarum in diſtrictu Guſtrovienſi Superintendente p. m. literis συςατικαῖς ad reuerendum & clarisſimum virum M. IOHAN. STOLTERFOTH, Paſtorem Eccleſiae Lubecenſis ad S. Mariae, atque ab hoc vicisſim commendatus eſt ibi Rectori Scholae OTTONI GVALTPERIO, SS. Theolog. Doctori, qui eundem non modo in ordinem Scholaſticorum recepit,*

recepit, ſed & porro munificentiae Dn. IOHANNIS VINHAGEN, *Senatoris & poſtea Conſulis Reipublicae Lubecenſis, commendauit.* Lubeca abiit Luneburgum, beneficiis, quibus ibi fruitus eſt, allectus. Vixit deinceps Wittenbergae, vbi, praeter alios, excellentisſimum poëtam, *Frid. Taubmannum,* audiuit, *animo*, referente Schuckmanno, *ad artem Poëticam, quam duce natura benignam in primis faventemque ſibi expertus eſt, applicato.* Factus eſt deinceps Collega Gnõjenſis, Poëta Laureatus, Rector Luegdenſis, Philoſophiae Magiſter & tandem Cantor Iacobaeus Roſtochienſis. Quanto cum honore, declarant ſequentia Schuckmanni verba: *Anno 1614 munus Collegae in Schola Gnõjenſi ſuſcepit, promotus ad id commendatione D.* LVCAE BACMEISTERI, *Superintendentis, quem diximus, Guſtrovienſis.* —— *Abdicauit ſe munere iſto ſcholaſtico anno 1616. Et ſubſequenti ſtatim anno, ex quo ipſe Poëſeos, vti dictum, felix pariter atque induſtrius cultor, Laurea Poëtica, &, quae hanc comitatur, priuilegiis tali honori dignitatique debitis, vi poteſtatis Caeſareae, manu ac voce Dn.* REIMARI SELTRECHT, *I.V.D. & Comitis Palatini, Wolgaſti in Pomerania, d. 5 Febr. decoratus donatusque fuerat, Rector Scholae Luegdenſis in Weſtphalia, literis primarii Conſulis manu exaratis legitime vocatus, officio illo, vt & habendis ibidem, pro more recepto, concionibus Dominicalibus a meridie, per quinquennium cum laude & applauſu Senatus civiumque functus eſt. Anno 1622 oblatum ei fuit munus Cantoris adminiſtrandum in patria. Recepit illud, tametſi a Luegdenſibus aegre & non ſine lacrymis dimiſſus, amore patriae, praeuia*

Pru-

Prudentiſſimi Senatus huius vrbis vocatione. Reverſus ergo Roſtochium, ſequenti anno 1623 de conſilio reuerendi & clariſſimi viri M. IOACHIMI WESTPHALEN, Eccleſiae Roſtochianae Superintendentis, aliorumque amicorum ſuorum, ad Magiſterii gradum, Decano ampliſſimae Facultatis Philoſophicae M. GEORGIO DASENIO, Matheſeos Profeſſore publico, euectus, demandatae functioni fidelem nauauit operam. Munere hoc annos triginta & duos defunctus, an. 1654. d. 15 Maii e vita migrauit. Honorifica ipſi epicedia Hermannus Schuckmannus, Caſp. Mauritius, Auguſtus Varenius, Henricus Rahnius & alii celeberrimi viri ſcripſerunt. Ex ipſo Senatu Roſtochienſi Ioannes Petraeus, Conſul, & Andreas Schmalbach, Senator, publicis ſcriptis eius pietatem, eruditionem, fidem valde laudarunt.

IOANNES AVRIFABER.

Inter varias, in quibus didicit, Scholas memoratur etiam Lubecenſis ab Eraſm. Vindingio in Acad. Hafn. pag. 103, vbi Huſenae an. 1517 natus dicitur. Vixit in Academia Hafnienſi Bibliothecarius Regius annos 15, Profeſſor Rhetoricae & Dialecticae annos 46. Obiit an. 1602. d. 29 Ian. Plura ad eum ſpectantia Vindingius l. c. p. 103 ſq ſuppeditabit.

THEODORVS BATTVS.

Grimmenſis Pomeranus, ducit originem ex meritiſſima BATTORVM familia, ipſe & vo-

ce

Digitized by Google

ce & ſcriptis quibusdam eruditisſimis de re litteraria egregie meritus. Quod interfuerit circa an. 1689 & ſq Athenaei Lubecenſis alumnis, ex Albo p. 151 liquet. Docuerunt iſto tempore in coetu Gymnaſtico ENOCHVS SVANTENIVS, Rector, MARTINVS LIPENIVS, Conrector, (quo hoſpite vſus eſt) & MICHAEL FREVDIVS, Subrector, quorum operam ſibi erudiendo nauatam mente gratisſima recordatur. Satis autem ad Academicos doctores cum fructu audiendos praepararus, Wittenbergam ſe contulit, ibidemque aliquot annos & discendo & docendo laudabiliter conſumſit. Illuſtrabant iſto tempore almam Leucoream ſummi viri IO. DEVTSCHMANNVS, PHIL. LVD. HANNEKENIVS, CASP. LOESCHERVS, IO. GEORG. NEVMANNVS, CHRIST. VATERVS, MART. KNORRE, CHRISTIANVS RöHRENSEE, CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHIVS, THEOD. DASSOVIVS, IO. BAPT. ROESCHELIVS, IO. CHRISTOPH. WICHMANSHAVSEN, & alii, quorum praelectionibus facile potuit eius doctrina incrementa capere. Publicis quoque ſpeciminibus, induſtriae indeſeſſae teſtibus, inclaruit. Anno enim 1695. d. 24 April. publica Diſputatione *Modos ſeminandi diuerſa Semina Hebraeorum Veterum*, *ad illuſtranda commata Levit. XIX.* 19. *Deut. XXII.* 9. *&c.* excusſit. Praeſes, *Theodorus Daſſovius*, nuper non ſine rei litterariae, praeſertim Orientalis, iactura defunctus, Diſputationi honorificam hanc adiecit Epiſtolam: *Cum interpretari Hebraeum codicem ex*

veteri

veteri hiſtoria, inſtituto prorſus laudabili contendis, ac in pulchra contentione hac induſtriae eleganter doctum ingenium exerces, atque cum aliis committere, lucique ſiſtere, qua es erecta indole, conſtanter cupis, impenſe tibi de re ad laudem tuam pertinente gratulor, & in eam adducor ſpem, fore, vt magna bonis literis, generique tuo incrementa det. Enimvero noſti, quantus fuerit Battus ille iam diuus neceſſitudine vobis iunctus, qui Paulum illuſtrauit, ad Galatas & Epheſios grauiſſime ſcribentem. Redde itaque illum ingenio & eruditione tua, vt reuixiſſe Battus ſenior ingenti rei litterariae gaudio dicatur. Iam longo tempore alma mater Leucorea in oculis Te & ſinu tulit, ac bene ominata eſt; nunc explere deſideria eiusdem ſolerter incipis, & plauſus noſtros atque vota excitas. Deus te amet & tui cauſa omnia vehementer velit, vt virtute doctrinaque floreas, & quemadmodum Batti apud Pindarum in Pythiis nobilitabant Lybiam, vt Battus primus collem teneret Aziriſtum, Battus ſecundus Zoam vrbem conderet, ita tu Pomeraniam tuam doctrina nobilites, & ſacram rempublicam ornes, augeasque feliciſſime. Vitembergae. d. 19 April. 1695. Reportatam iure hanc laudem ſtatim d. 29 April. Philoſophiae Magiſtri honores ſunt ſecuti. Quibus vt ſe dignum publico ſpecimine oſtenderet, poſt habitam d. 11 April. 1696 Diſputationem, qua, laudati *Daſſovii* praeſidio vſus, *ad titulum Celim nonnulla ex Hebraeorum Magiſtris* commentatus eſt, ipſe d. 18 April. praeſes cathedram conſcendit. Relicta Wittenberga Belgium peragrauit & Angliam, doctaque hac peregrinatione egregiam eruditionem valde amplificauit. Finito litterario itine-

re

re vixit in Academia Gryphica, & vno alterove ſpecimine, pro roſtris Academicis magno cum applauſu defenſo, innotuit, effecitque, vt ampliſſ. Senatus Gryphiswaldenſis an. 1703. m. Octobr. Scholae ſuae Conrectorem eum declararet, &, cum eruditione ſua, diligentia, candore ac aliis, quibus ornatus eſt, virtutibus, ſe eidem valde probaret, ante aliquot annos ad Rectoris dignitatem aſcendere iuberet. Edidit

Diſſertationem de Tectis Ebraeorum retectis. Wittenb. 1696. 4. Reſp. Georgio Roth, Leutſch. Hung. (hodie Rect. Stadenſ.)

Diſputationem I Hiſtoricam de Veritate Coeleſti, ab Inquiſitoribus in Waldi adſeclis preſſa, ſed non oppreſſa. Gryphisw. 1700. 4. Reſp. Chriſt. Ern. Klein, Inſula Mariana-Boruſſ. Occaſionem huic Diſputationi (quam vt reliquae excipiant, opto) dederunt ipſius maiores, *Ioannes Battus* & *Bartholomaeus Battus*, Lutheri tempore grauioribus ſuppliciis ob coeleſtem veritatem ab inquiſitoribus Antverpiae & Aloſti affecti, & ad rogum iam condemnati, ſingulari tamen Numinis gratia ex ipſorum manibus erepti. Summa eius capita annotata ſunt in Nov. Lit. Mar. Balth. 1700. p. 138.

Exercitationem Academicam de Veritate in Eſſendo. ibid. 1700. 4. Reſp. Chriſtian. Barfoth, Hallandia-Suec.

Programma de Iudaeorum, Pontificiorum ac Euangelicorum Iubilaeis. ib. 1717. fol.

Leich-Abdankung Hn. Io. Lud. Würffeln, Theol. Prof. Gry-

Gryphisw., *Conſiſtor. Aſſeſſor. und der St. Marien Kirchen Paſtoris*, ibid. 1719. fol.

DAVID VON DER BRVGGE.

Celeberrimum hunc Poëtam & Subrectorem de Athenaeo noſtro inſigniter meritum pertinere ad viros clarisſimos, qui publico diſcentium coetui Lubecenſi iuuenes interfuerunt, patet non ſolum ex *Luſu in Nuptias DANIELIS LIPPII*, an. 1664 celebratas (quem, ſi Deus vitam conceſſerit, in *Deliciis Poëtarum Lubecenſium* conſeruabo), in cuius titulo eum vocat *quondam Praeceptorem*, *iam Amicum ac Collegam ſuum iugiter colendum*, verum etiam ex Inſcriptione, qua *Danielem Lipſtorpium*, ICtum & Polyhiſtorem, honorauit. Hunc enim ſuum vocat *olim condiſcipulum* (vid. ſupra p. 106), adeoq; eosdem, quos ille, habuit praeceptores. Reliqua, quae de Brûggio comperire mihi licuit, iam in medium protuli P. I. Athen. pag. 104 ſqq.

IOACHIMVS DREIERVS.

Quanto melius ac diutius hic perinſignis vir didicit in Ephebeo noſtro, tanto felicius etiam potuit alios deinceps, Conrectoris munere immortali laude fungens, formare. Quare etiam poſt obitum iuſtis eum laudibus proſecutus eſt *Ioannes Kirchmannus*, praeco grauis & fide omnino dignus. Huius *Orationem in Obitum M. Ioachimi Dreieri*, *Prorectoris Scholae Lubecenſis*, *habitam Lubecae XVIII April. An. MDCXXX* (quam debeo humani-

humanitati Viri max. reuerend. Dn. *M.* Io. Melch. Krafftii, Inſpectoris & Paſtoris Huſumenſis, MSS. Kirchmanniana inter κειμήλια ſua aſſeruantis) non poſſum non hic inſerére, & ab interitu vindicare. Sic autem Dreierum praedicauit Kirchmannus:

Exequias ivimus ante menſes duos doctisſimo Dn. M. *Ioachimo Dreiero*, Scholae huius Conrectori, & omnium, qui ab annis quadraginta tribus Scholam hanc frequentarunt, & iam vel ad clauum Reipubl. ſedent, vel populo ſcripturam ſacram e ſuggeſtu interpretantur, vel iuuentuti docendae praeſunt, communi Praeceptori, viro optimo & egregie exculto iis literis, quae in iuuentutis informatore requiruntur, quarumque cognitionem non vulgarem adoleſcens in hac Schola ſibi olim compararat. Cum enim in hac vrbe natus eſſet, honeſtis quidem, ſed tenuioris fortunae parentibus, qui ipſi ſtudiorum, quibus impenſe delectabatur, ſumptus neceſſarios, propter rei familiaris anguſtiam, ſuppeditare non poterant, pueris informandis a prima ſtatim aetate victum quaeritare coactus eſt. Nactus vero herum, qui proxima affinitate primarium huius Reipubl. Conſulem, Dn. *Hermannum a Dorne* attingebat, ſpe obtinendorum ad coepta ſtudia ſubſidiorum plures fere annos, quam aetas eius ferre videbatur, in patria hac ſchola commoratus eſt. Saepe enim ex ipſo audiui, cum diceret, ſe ſub *Iobo Magdeburgo* & *Ioachimo Hanſio*, Rectoribus, totos

ſeptem annos primae claſſis auditorem fuiſſe. Nam interea temporis & aetas ipſius ad mores recte gubernandos maturuit, & ſolidiorem vtriusque linguae cognitionem ſibi comparavit. Quod exemplum ſi alii quoque tenuioris fortunae adoleſcentes imitarentur, nec nimis cito ad Academias feſtinarent, multo rectius ſuis ſtudiis conſultum irent. Iam vero videmus multos vix pubertatis annos egreſſos, qui ex Grammaticae ſalebris pedem nondum mouerunt, Latinam autem Græcamque linguam primoribus tantum labris guſtarunt, ac ne diſſerendi quidem dicendiq; artes recte callent, ſimulac nummorum aliquid hinc inde collegerunt, ſtatim ad Academias contendere: in quibus vbi annum, vel plus minusue eo, verſati ſunt, in publicum ſemel atq; iterum interea progreſſi, quam ſe rerum omnium ignaros & imperitos deprehendunt! quam verbum prolocuturi trepidant! quam impingunt! quam ad tertium quodque verbum hallucinantur, haerent! Hic quid agant, neſciunt, & periculoſe dubitant. Diſcant, quae in ſcholis neglexerunt? id ſibi iam in Academiarum luce conſtitutis, turpe eſſe animaduertunt. Non diſcant? de ſtudiis ſuis actum eſſe vident. Quid ergo? verecundantur, fugiunt lucem, piget conſpici, denique barbati, hebetes & indocti, nummis, quos collegerant, in caſſum abſumptis, & contracto inſuper non paruo aere alieno, ex Academia denuo diſcedunt, felices ſe iudicantes, ſi tantum vel ruri apud Nobilem, vel in Vrbibus apud ciuem primarium paedagogiam

giam nanciſcantur, & pueris docendis vitam tolerent. Vnde fit, vt plus fere clanculariorum paedagogorum hic & alibi reperiatur, quam olim muſcarum eſt, cum caletur maxime. Qui ſi in triuialibus ſcholis aliquanto diutius commorati, Latinae Graecaeque linguae vberiorem ſupellectilem ſibi comparaſſent, & in dicendi diſſerendique artibus diſcendis & ad vſum transferendis plus ſtudii poſuiſſent, a ſtudiorum meta, quam initio ſibi propoſuerant, non tam longe aberrarent. Sed redeo ad Dreierum noſtrum, cui diuturnior illa in ſchola triuiali commoratio feliciter ceſſit. Nam cum tandem in Academiam migrare de conſilio patronorum ſtatuiſſet, fidei illius commiſſus fuit Cl. Viri *Laur. Molleri*, Rectoris paulo ante defuncti, filius, patri *ὁμώνυμος*, qui nunc primarius vrbis huius Conſul eſt, & Rempubl. hanc exulceratis hiſce & calamitoſis temporibus cum magna prudentiae laude & bono publico gubernat. Poſtquam vero in Academiam Roſtochienſem venit, ſtatim innotuit primariis in ea Profeſſoribus, ac imprimis *Lucae Bacmeiſtero*, *Nathani Chytraeo* ac *Iohanni Caſelio*, qui etiam ex illo tempore abſentem amauit, & initam cum ipſo amicitiam per literas vsque ad extremum vitae ſpiritum ſancte coluit (47).

 Reue-

(24) Amicitiae, quae fuit inter Caſelium & Dreierum, integerrimae teſtis etiam eſt haec Caſelii Epiſtola, ſcripta ad Virum Magnificum, Hermannum a Dorne, Conſulem Lubecenſem, quam ex *αὐτογράφῳ* exhibeo:

„S. Ampliſſime Dn. Conſul, Cum collega tuo, Ioanne Ludinghu-

Reuerendus & Cl. Vir, *Simon Pauli*, Theol. D. & Profeſſor, fama doctrinae eius motus, filium ſuum *Henricum* illi inſtituendum tradidit, qui aliquanto poſt Med. D. & Profeſſor factus, a Sereniſſima Regina vidua ampliſſimo ſtipendio in Daniam euocatus eſt, in cuius aula medicinam ali-

„Ludinghuſio, vetus mihi notitia eſt. Itaque ad eum „audacter ſaepe ſcripſi, quamuis occupatiſſimum. Nam„que dignitas Conſulatus me non deterruit. Honor „enim bonorum humanitatem nulla ex parte minuit. „Ad te vero hactenus nihil dedi, etſi occaſio ad ſcriben„dum ſaepe mihi fuit oblata, quod nullo iure te interpel„lare mihi poſſe viderer. Etſi autem neque nunc aliter „ſentio: tamen cum de vtilitate Ioachimi Dreieri, ciuis „veſtri, me amici monerent, affeuerarent, tua etiam „auctoritate illi profici; has ad te litteras dedi, cuius etiam de doctrina & humanitate mihi conſtaret. Quare „cum quaeratur, vt audio, Conrector Scholae veſtrae, „rectius id munus quam M. Dreiero, vix cuiquam defe„retis Ciuis enim veſter eſt, iuſta aetate, vita & mori„bus integris, bonis litteris egregie eruditus, & Graecis „potiſſimum, induſtrius & fide praeſtans. Quod ſi mihi „quoque gratificandum putabis, agam tibi gratias, & „fortaſſe etiam filio tuo, optimae ſpei adoleſcenti refe„ram, ſi meo conſilio operaue vti volet. Nec vero me„lius mereberis de M. Dreiero, quam de veſtra pueritia, „cuius educationi dum conſulitis, veſtrae reipublicae „conſulitis maxime. Vale, Roſtochio. VI Kal. Quincti„lis. Anno cIↃ IↃ XIIIC.

„ Amplitudinis tuae

„ obſ.mus

„ Ioannes Caſelius D.

Inſcriptio Epiſtolae eſt:

Ampliſſimo & prudentiſſimo viro Dn. Hermanno a Dorn, inclytae reipublicae Lubecens. Conſuli, domino & amico plurimum obſeruando.

Digitized by Google

aliquot annos cum honore fecit. Cl. Caſelio parario, peruenit quoque in notitiam Cl. V. *Henrici Brucaei*, Aloſtani Belgae, Medici, Geometrae, Aſtronomi & Philoſophi praeſtantisſimi, qui cum iuuenis Graecas literas ſegnius coluiſſet, & iam intelligeret, quantum momenti in iis poſitum eſſet, ſi quis ex ipſis fontibus iſtas diſciplinas, in quibus excellebat, tradere iuuentuti cuperet, familiarem quendam expetebat, cuius opera & ſtudio, quae difficiliora erant in illa Lingua, enodarentur, quandoquidem ipſi non vacabat tum per eos, a quibus de valetudine totos dies interpellabatur, tum per publicum docendi munus, tempus aliquod huic rei impendere. Vſus eſt igitur Brucaeus in Græcis libris peruolutandis opera noſtri Dreieri, cum quo pleraſque Euripidis Tragoedias, Pindarum & alios difficiliores ſcriptores percurrit: nec dubium eſt, quin Dreierus ex quotidiana hac familiaritate & conſuetudine doctior ſemper a Brucaeo diſceſſerit. Poſtquam igitur aliquot annorum ſpatio ſingularem doctrinam in pleriſq; Philoſophiae partibus adeptus erat, de more in Academiis vſitato a Cl. Nathane Chytraeo anno Chriſti cIɔ Iɔ LXXXVI publico eruditionis teſtimonio ornatus eſt, vna cum quatuor aliis, ex quibus hodieque ſuperſtes eſt Rev. & Cl. Vir, *Iacobus Fabricius*, Eccleſiarum in Holſatiae & Slesuici Ducatibus, quae in Ducis territorio ſitae ſunt, Praepoſitus generalis. Hoc honore auctus in patriam rediit, vnde paulo poſt Tubingam profectus eſt cum *Henrico Brokeſio*, Magnifici Viri *Iohannis*

hannis Brokeſii filio, qui & ipſe, confecto ſtudiorum curriculo, in Senatum huius Vrbis allectus fuit, & cum aliquot annis Conſulatu cum ſumma laude functus eſſet, immatura morte extinctus magnum ſui deſiderium toti Reipubl. & omnibus in ea honeſtis ciuibus reliquit. Cum in Academia Tubingenſi Brokeſii ſtudia Dreierus noſter ordinaret, apud nos diem obiit *Nicolaus Vorſtius*, Brabantus, qui ob religionis profesſionem patria exul, Conrectoratum Scholae huius annos quatuordecim geſſerat. Huic dum ſucceſſor quaeritur, ex omnibus Lubecenſibus, qui tum in Academiis degebant, nullus aptior ad hoc officium ſcholae Curatoribus & Rectori, *Pancratio Crugerio*, viſus eſt, quam noſter Dreierus, quem ſciebant, & ſobrie vitam hactenus traduxiſſe, & apprime gnarum eſſe illarum linguarum, quae in idoneo iuuentutis informatore requiruntur. Graecae puta, Latinaeque Linguae: quarum accurata & non e triuiis coenoſisque lacunis, ſed ex ipſis priſcorum ſcriptorum fontibus hauſta cognitione inſtructum eſſe oportet eum, qui ſuperiorum claſſium diſcipulos cum fructu informare velit. Dederat quidem Dreierus noſter etiam ſacris literis operam: ſed cum in habendis ad populum ſacris concionibus ſe parum exercuiſſet, totum ſe ad ſpartam, quam nactus erat, ornandam contulit, & nullius fortunae altioris cupidus, quodcunque ipſi vitae ſpatium fata largitura eſſent, id omne formandis adoleſcentum ingeniis transmittere ſtatuit. Qua fide autem in adminiſtratione muneris ſui verſatus ſit,

nolo

nolo pluribus hic recenſere. Norunt id plerique omnes, qui eius inſtitutione vſi ſunt. Docendi rationem eam ſequebatur, qua & doctiſſimos quosque cum noſtrae, tum ſuperioris aetatis vſos eſſe conſtat: & multa praeclara ingenia ad eruditionis praeſtantiam videmus perueniſſe. Tradebat cum Epicharmo diſcipulis ſuis χρήσιμα, & quidem more Socratico, eadem de iisdem: nec quicquam ad oſtentationem, ſed ad vtilitatem diſcentium omnia referebat. Neque enim hunc ſcopum ſibi habebat propoſitum, vt ſui admirationem in animis diſcipulorum excitaret: ſed vt illi fructum ex auditis lectionibus caperent. Diligenter quoque conſiderabat, quantum ferre animi puerorum poſſent. Nam vt vaſcula anguſti oris ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt & effundunt, ſenſim autem paulatimque influentem & inſtillatum liquorem recipiunt, & fideliter continent: ita quoque norat, animos puerorum anguſtos & maiorum haud capaces, nimia doctrinarum praeceptionumque copia fatigari & obrui, paucis vero & breuibus praeceptis ſenſim paulatimque impleri. Ingenia diſcentium accurate internoſcebat, & Ephoros a Theopompis diſcernebat, vt ſciret, vbi frenis, vbi calcaribus vtendum, quaeque verbis benignioribus in officio continenda eſſent. Laboris adeo non erat fugitans, vt etiam vltro eum expoſceret, & Collegis vel aduerſa valetudine vtentibus, vel peregre profectis, vel in negotio quodam, vt interdum fit, expediendo occupatis, vicariam operam lubens offerret, eamque fideliter praeſtaret.

Rectoribus, qui ab annis quadraginta tribus huic Scholae praefuerunt, debitum honorem ex obſervantiam praeſtabat, nec ex ipſorum obtrectatione, vt fieri ſolet, auram popularem captabat. Ego ſane, ex quo ludi huius literarii gubernatio mihi ab Ampliſſo Senatu ante annos ſeptendecim demandata eſt, eius fidem ſaepe expertus ſum, quando me ad taedioſi huius & variis hominum iudiciis expoſiti officii onus fortiter ferendum, calumniasq; maleuolorum aequo animo concoquendas hortabatur, & in morum diſciplina conſtituenda regendaq; , & petulantia iuuentutis compeſcenda ſalutare mihi conſilium lubens impertiebat. Cum reliquis etiam Collegis concordiam & conſtantem amicitiam colebat, commoda eorum non imminutum ibat, nec in cuiusquam meſſem falcem ſuam mittebat. Quid multa? docti, fidelis, & laborioſi ludimagiſtri laudem ipſi vegeto & incolumi non liuor ipſe denegarit. Ad hunc igitur modum cum ſtadium officii ſui non impedito minimeq; interrupto curſu abſoluerit, factum, vt viuus quidem a maioribus fauorem, a paribus amorem, a minoribus obſeruantiam & auctoritatem inuenerit, apud omnes laudem ſibi pararit: iam vero mortuus honeſtam famam & immortale ſui deſiderium reliquerit. Deus ter opt max. vitae necisq; noſtrae arbiter, beatis manibus noſtri Dreieri, in vera Saluatoris agnitione placide extincti, benedicat, & animae eius inter coeleſtes angelos immortale aeuum agenti, aeternam

ternam requiem & laetitiam nunquam finiendam largiatur.

In eius locum (quod felix fauſtumq; ſit & Scholae huic ſalutare!) cum Ampliſſimus Senatus ſurrogandum cenſuerit doctiſſ. Dn. M. *Sebaſtianum Meierum*, qui aliquot iam menſes ſuam in docendo dexteritatem nobis probauit, principio tibi, Vir doctiſſime, de officio, quod iam nactus es, gratulor, vtq; illo ad Numinis diuini gloriam & iuuentutis emolumentum integris viribus diu fungaris, ex animo precor. Nolo te iam pluribus officii admonere: ipſe enim ſcis, quid ſtatuta ſcholaſtica a te requirant, nimirum Rectore vel docente, vel aliis negotiis diſtricto, ſcholae inſpectionem Conrectori quoque ex parte commiſſam eſſe. Quare tuum erit, ſi quid animaduerteris, quod perperam fieri, aut legibus repugnare videatur, de eo me, nullo habito perſonae reſpectu, remotis omnibus affectibus, bona fide monere, & in expugnanda iuuentutis barbarie, in conſeruanda diſciplina, in commodis ſcholae promouendis, & auertendis iis, quae vaſtitatem illi inducere ullo modo queant, iuxta mecum conſpirare, & omnes ingenii ac induſtriae neruos in id intendere, ne res noſtra ſcholaſtica quid detrimenti capiat. Tu coeli terraeque conſtitutor & moderator, Deus, rege Spiritu tuo S. iuuentutis animos, vt ſalutaribus Praeceptorum monitis obtemperet, inſpira illi cor docile, & ingenium diſciplinarum capax: docentibus largire vires laboribus, qui in

 pul-

puluerulenta hac palaeſtra quotidie ſubeundi ſunt, pares, vt ex hac Schola, quae intra centum annos, quibus iam Dei beneficio floruit, innumerabiles tui cultores in vicinas oras emiſit, tanquam ex foecundo ſeminario, porro educi poſsit copioſa ſoboles eorum, qui nominis tui gloriam ad poſteros propagare, & patriam aliquando re, opera, conſilio cum laude & bono publico iuuare poſsint.

DANIEL HASENMVLLERVS.

Patre VITO HASENMVLLERO, Paſtore Eutinenſi, & matre MARGARETA, VOLCKMARI FRANZII, Canonici Eutinenſis, filia, Eutini an. 1651. d. 3. Iul. eſt prognatus. Primis litterarum rudimentis in patrio ludo GEORGIVS LAVTERBACHIVS ac FRIDERICVS COGELIVS eum imbuerunt. *Fundamentis bene iactis*, inquit Anonymus apud ſumme reu. & excellentiſſ. Dn. D. Goetzium in Elogg. Philologor. Hebraeor. pag. 33 ſq, *ad vicinam Scholam Lubecenſem anno aetatis XV translatus, in NOTTELMANNI, POLZII, BRüGGII, optimorum clariſſimorumque virorum, diſciplinam incidit, eosque progreſſus fecit, vt primo ſtatim anno varia eruditionis ſpecimina oſtenderet. Hinc anno* 1670 *ad Academicam lucem e puluere Scholaſtico adſpirans, patriae ſuae Athenas, omni ſtudiorum genere florentisſimas, adire, & hic in medio poſita, quam foris fugientia captare maluit.* Cum autem linguarum Orientalium ſtudio ſe praecipue addixiſſet, celeberrimo harum

rum litterarum ſtatore, MATTIA WASMVTHO, per quinquennium & doctore fidelisſimo, & hoſpite humanisſimo vſus eſt. Anno 1675 adiit Lipſiam, vbi, relictis mox diſcentium ſubſelliis, ipſe ſcholas Orientales commilitonibus aperuit. Vnde etiam an. 1677 Magiſtri honoribus fuit auctus. Repetiit, interiecto aliquot annorum ſpatio, Kilonium, vbi an. 1683 Graecae, & poſt mortem WASMVTHI, Hebraeae etiam, ac Orientalium Linguarum Profeſſor eſt conſtitutus, quae munia vsque ad annum 1691, quo e vita d. 29 Maii migrauit, magna cum laude geſſit.

Scripta.

Diſſertatio de Linguis Orientalibus. Lipſ. 1677. 4.

Henrici Opitii Syriasmus, eius opera & cura editus. ib. 1678. 4.

Biblia Parua Graeca, in quibus dicta inſigniora omnia ex verſione LXXvirali ſecundum ordinem Librorum Biblicorum obſeruatum in Bibliis Paruis Opitianis cum cura exhibentur. Kilon. 1686. 12.

Michaelis Pſelli de Operatione Daemonum Dialogus, cum Gilberti Gaulmini Verſione & Notis. Kilon. 1688. 12. Vid. de hac Pſelli editione Haſenmülleriana Io. Clericus Biblioth. Vniu. Hiſtor. T. XV. A. 1689. m. Oct. p. 117 ſq. Nouam huius Dialogi editionem moliri celeberr. Elswichium, idoneis ſubſidiis inſtructum, P. I Athen. p. 306 iam annotaui.

Ianua Hebraismi Aperta, cuius P. I Praecepta Grammat. breuiter, ſed ſolide traduntur. II Vocabularium ſic ſatis plenum exhibetur. III Textus Biblici conti-

continentur. IV Difficiliora omnia Accurate reſolvuntur. V Inſtitutio Accentuat. ſuccincte & clare, cum duplici Accentuatione Decalogica, proponitur. Kilon. 1691. form. oblong.

Ianuam totius Orientis Apertam in fine Praefat. Ian. Hebr. promiſit, quae vero, quantum conſtat, in lucem non prodiit.

VITVS HENRICVS HASENMVLLERVS.

Hic Philoſophiae Magiſter praeclarus haud dubie euaſiſſet Philologus, niſi eum mors praemature abripuiſſet. Fuit patria Holſatus, & e Wagria quidem oriundus, didicitque, auſpiciis potiſſimum SVANTENIANIS, in Gymnaſio noſtro, quod non ſolum ipſe docet, verum etiam Album noſtrum teſtatur. Progreſſurus ad altiora Academiae Kilonienſi dedit nomen, in qua orientali literaturae, duce THEODORO DASSOVIO, viro harum litterarum ad ſtuporem perito, ſtrenuam nauauit operam, & an. 1704. d. 7 Maii *de Ritu Salutandi Sternutantes*, praeſide *Io. Gerh. Meuſchenio*, diſputauit. Vixit deinde in Academia Ienenſi, quae eum vidit ad ſolidam eruditionem indefeſſo ſtudio contendentem, & vno alteroue ſpecimine praeclaros profectus declarantem, ſcilicet

Diſputatione Philologico-Hiſtorica Opera Sabbathum depellentia ex mente Ebraeorum explicante. 1708. 4. Reſp. Io. Henr. Engenhagen, Paſtore hodie Geninenſi meritiſſimo.

Epiſto-

Digitized by Google

Epiſtola Propemptica de Annis Miniſterii Chriſti. 1711. 4. pl. 2. Scripſit hanc ad *Ioannem Ritterum*, vocatum tunc in Lubecenſi noſtra ciuitate Symmyſtam Aegidianum, hodie Paſtorem Petrinum optime meritum (48). In hac ſtudet demonſtrare IV Paſchata a CHRISTO celebrata. *Primum* probat ex Io. II. 23: *ſecundum* ex Io. VI. 1. coll. cap. IV. 35, ex quo infert, quod ſi feſtum a meſſis inſtantis tempore proximum intelligi debeat, aliud, quam Paſchatis feſtum in cap. V intelligi non poſſit. Poſt medium menſis Niſan, Paſchate peracto, meſſem inchoaſſe Iudaeos, adeoq; paulo ante Paſcha accidiſſe, quae caput quintum proxime antecedunt: *tertium* ex Io. VI. 4: *quartum* ex variis locis. Allatae ſunt paſſim eruditae obſeruationes.

Academico curſu abſoluto Lubecae licentiam pro ſacra concione publice verba faciendi, defenſa d. 22 Mart. 1712 ſumme reu. atq; excellentiſſ. *Goetzii*, Praeſulis noſtri laudatiſſimi, *Exercitatione Sacra Theologiam Latronis ex Luc. XXIII. v. 42 deducente*, impetrauit.

CHRISTOPHORVS IASTRAM.

Patre *Ioanne Iaſtram*, integerrimo ciue & piſtore, ac matre *Iuditha*, D. *Bartholdi Botſacci* ſorore ger-

(48) Suum quondam in Athenaeo Lubecenſi commilitonem longe ſuauiſſimum. His enim verbis auſpicatur Epiſtolam: *Cum ante hos decem annos, ita moderante optimo noſtro Gamaliele, ENOCHO SVANTENIO V. C. in Lyceo Lubecenſi a Tuo latere ſedens, litteris nauarem operam, tanta tecum mihi conſuetudo erat, vt nulla maior eſſe poſſit.*

Digitized by Google

germana, Lubecae an. 1662. d. 6 Nouembr. natus eſt. Diſcipulus & domeſticus fuit *Abrahami Hinckelmanni*, qui eum multo amore eſt proſecutus, multisq; beneficiis affecit. Ante vero, quam inuiſeret Academiam, breue temporis ſpatium in Schola Cathariniana Brunsuicenſi exegit, Botſacci, Antiſtitis tum Brunsuicenſis, ſuaſu haud dubie eo profectus. Anno 1683 contulit ſe Witenbergam, vbi ſummos viros *Conr. Sam. Schurzfleiſchium, Theod. Daſſouium, Abrah. Calouium, Io. Andr. Quenſtedium* & *Io. Frid. Mayerum* nactus eſt praeceptores, egregioq; ſpecimine edito & auditoribus & lectoribus ſe probauit. Poſt triennium, an. ſcilicet 1686, ſuadente laudato Botſacco, reuiſit Brunsuicum, vbi eodem anno Scholae Aegidianae; anno autem 1697 Catharinianae Rector eſt conſtitutus. Anno 1700, vna cum ſumme reu. atq; excell. D. *Ermiſchio*, Praeſule, in foro, *Hagemarckt* dicto, recens exſtructum Catharinianum Lyceum ſolemni ritu inaugurauit. Moleſtam ſtationem ſcholaſticam non prius deſeruit, quam an. 1712 m. Mai. dimitteretur, laude pietatis, eruditionis & praeclarorum meritorum relicta. Sic enim ſcribit V. C. Phil. Iul. Rehtmeyerus, in Hiſtor. Eccleſ. Brunsuicenſ. Supplem. P. IV. cap. 10. p. 262 ſqq fuſius de Iaſtramo agens, p. 263: *Er hat ſeine Untergebene nicht allein zur Gottesfurcht, als den rechten Grund aller wahren Gelehrſahmkeit, ſondern auch zu einer reinen Latinitaet, zur Griechiſchen Sprache, und andern literis humanioribus wohl angeführet, und dadurch die Schule in gute Aufnahme gebracht.* Scripta, quae

quae publici fecit iuris, parua quidem, ſed nitida, ſunt

Diſputatio de Reformatione Ioſiae Regis ab Idolo אשרה *in templo facta*, *ex II. Reg. XXIII. 6. 7.* Witteb. 1685. & 1701. 4. Praeſes, *Io. Frid. Mayerus*, honorificam adiecit Epiſtolam, ad *Hinckelmannum* ſcriptam, ex qua iuuat nonnulla excerpere: *Iaſtramum valde pium, induſtrium & oppido eruditum iuuenem (quod elimatisſima hac Diſſertatione, nomini tuo aliorumque ſummorum virorum, quos Patronos anxie cupit, & ego ipſi precor, reuerenter inſcripta, abunde probauit) affectui tuo, quem prolixum ſe iam ſatis expertum eſſe praedicat, vlterius commendo.*

Oratio in Scholae Catharinianae inauguratione habita. Inſerta eſt Act. Inaug. typis exſcriptis.

Programma de Conuerſione Gentilium Maiorum.

Diſſertatio de Felicitate & Infelicitate Literatorum.

Programmata III *de Poëtis Prophetis.*

Schediasma Exegeticum ad verba Pſ. XCVI. 10: Dominus regnauit a Ligno.

Programma de Mortuorum Reſurrectione e ſcriptis Gentilium minime demonſtranda, quo an. 1710 ad audiendam Orationem in memoriam ac laudem Sereniſſ. Princip. SOPHIAE AMALIAE, Sereniſſ. Princip. AVGVSTI WILHELMI, Ducis Brunsuic. ac Luneburg. Coniugis, inuitauit.

IOACHIMVS IVNGIVS.

Hic magni nominis vir potuiſſet etiam inter Medicos locum obtinere, ſed quoniam Lubeca acutio-

acutiorem ac celebriorem Philoſophum vix ac ne vix quidem protulit, hic ei locum aſſignandum eſſe putaui. Vidit lucem in noſtra ciuitate an. 1587. m. Octobr. Patrem coluit M. NICOLAVM IVNGIVM, Scholae Lubecenſis Collegam optime meritum: matrem vero BRIGITTAM, filiam IOACHIMI HOLTMANNI, Symmyſtae primum Petrini, deinceps Mariani, & tandem Paſtoris Cathedralis. Ingenium accepit praecox, feruidum, acutum, & ad tentandas vires proprias ipſum mature admodum inflammans. Vnde publica quidem vſus inſtitutione, ſuo tamen Marte iam in ipſa iuuentute ſtudia, praeſertim philoſophica, tractare auſus eſt. *Praeceptoribus Scholae patriae*, inquit Martinus Fogelius, Med. D. & Profeſſ. Hamburgenſ., integerrimus Noſtri amicus, in Hiſtoria Vitae & Mortis Ioachimi Iungii, Mathematici ſummi, ceteraq; incomparabilis Philoſophi, ap. Witteniuм in Memor. Philoſophor. Dec. VI. p. 261 ſq, *in diſciplinam traditus fundamenta iecit linguarum qualiacunque.* Αυτοδίδακτος *potius iam tum grandes ingenii vires coepit oſtendere, cum propter domeſticam rem tenuiorem ad Academias ei non continuo liceret tranſire. Vni tamen DRINCHANIO aliquid ſe debere aliquando fatebatur. Cum Rectori, viro non indocto, ſophiſma hoc, in Logicam quoque Hamburgenſem tranſſcriptum, obieciſſet*: Si nullum tempus eſt, nox non eſt; ſi nox non eſt, dies eſt; ſi dies eſt, aliquod tempus eſt; erg. ſi nullum tempus, aliquod tempus eſt; *Rector non ſtatim quidem ad illud recte reſpondere valuit, (pro Sorite enim*

nega-

Digitized by Google

negatiuo hoc ſophisma habebat, qui a nonnullis tanquam illegitimus argumentandi modus ex Logica eiicitur) poſtero tamen die deprehenſa fraude, quam ſecunda ſibi ſtruxerat propoſitio, primam ſuam reſponſionem iure a Iungio repudiatam publice atteſtatus eſt. Repudiauerat autem Iungius, quod nec prima, nec ſecunda, nec vltima propoſitio negantium nomine appellari poſſent, & inde Soriten negatiuum non redderent. Huius rei memoriam commendando Iungii ingenio Giſſae poſtea praeſens vſurpauit, quamuis non exiſtimauerim, doctiſſimum virum, quod ex Fonſecae Inſtit. Dial. l. 8. c. 15 ſophisma hoc accepiſſet, ignorauiſſe. Tragoedias *etiam fecit valde adoleſcens, & condiſcipulis ſuis* Rami Dialecticam *praelegendo explicauit.* cIↃ IↃc V Orationem *conſcripſit* adverſus Artem Oratoriam pro vera & ſana Eloquentia, *non, vt ſolet fieri, perſona accuſatoris aſſumpta. cIↃ IↃc VI aet. 18 cum dimid. XXI Mai. ad capeſſendam vberiorem ingenii culturam Roſtochium venit.* Propter haec & ſequentia praecocis ingenii documenta, minime vulgaria, rectiſſime doctis praecocibus ad B. Dav. Schulteto eſt accenſitus. Vid. eius Acceſſiones ad Bailletti librum: Des Enfans celebres p. 27 ſq. Roſtochii variis iam eruditis ſpeciminibus Philoſophicis inclaruit, & ad Matheſin quoque animum adiecit. Anno 1608 Giſſenſem ſalutauit Academiam, in qua anno ſequenti, aet. 22, liberalium artium Magiſter creatus, & deinceps Mathematum Profeſſor conſtitutus eſt. A Giſſenſibus honorifice dimiſſus an. 1614 inuiſit Auguſtam, an. 1615 Lubecam & an. 1616 Roſtochium, vbique ſtudiis Philoſophicis & Medicis amplificandis intentus. Eo

etiam conſilio an. 1618 peragrauit Italiam, ex qua ſummos Medicinae honores, quos d. 22 Dec. Patauii, promotore *Caeſare Cremonino*, conſecutus eſt, reportauit. Anno 1624. d. 6 Febr. Roſtochii Mathematum: an. autem 1625 d. 21 Iun. Helmeſtadii Medicinae Profeſſor renuntiatus eſt. Sed ob motus bellicos anno ſequenti rediit Roſtochium, vbi Mathemata iterum publice docuit. Anno 1629. d. 19 Mart. Gymnaſii & Scholae claſsicae Hamburgenſis Rector ſolemni ritu eſt conſtitutus. *Anno* 1640. *d.* 16. *Iul.*, Fogelio teſte l. c. p. 265, *Scholae claſsicae regimen depoſuit, ſeruata ſolius Gymnaſii praefectura, & Logicae Phyſicaeque profeſsione.* Hanc peregregie adminiſtrauit vsque ad an. 1657 d. 23 Sept., quo moriebatur, inſignem pietatis, doctrinae, ac ſtudii philoſophiam emendandi & amplificandi laudem relinquens. Pietatis ergo commendatur a Fogelio p. 266 his verbis: *Biblia ſacra non minus diligenter, atque Ariſtotelem ſuum legerat; inſtructus ſane excellenti Graecae linguae cognitione, Hebraeae mediocri quidem, ſed vel magnis quandoque optanda Theologis. Nec legit tantum, ſed & vita, quantum quidem humanae imbecillitati datum, in ſummis viris maxime ſaepius conſpicuae, diligentisſime expresſit. Famulis ſuis Catecheſin M. Iuſti Geſenii cum cura legendam non tantum dedit, ſed & an intelligerent, pii oeconomi officio ſubinde ſciſcitatus eſt,* &c. De eius conatu, quo Philoſophiae quaeſiuit incrementa, praeter edita & inedita ſcripta, teſtatur SOCIETAS, quam erigere voluit, EREVNETICA, ſiue ELEVTHERIANA, quae pro fine habuit exactam

exactam Philoſophiae culturam. Vide quae de ea leguntur apud Fogelium p. 264 ſq. Idem l. c. p. 275--278 Leges Societatis Ereuneticae exhibuit. Meminit etiam huius Societatis Godofr. Vockerodtus in Introd. in Notit. Societatt. Liter. p. m. 32. 99. 122. Ex hoc indefeſſo Philoſophiam perficiendi ſtudio nata ſunt magnifica illa elogia, quibus viri praeſtantisſimi eum ac ſcripta eius condecorarunt. Sic *Ioannes Pellius*, Anglus, Mathematum in Amſtelodamenſi primum, deinceps Bredano Gymnaſio Profeſſor, an. 1645 ad Io. Adolf. Tasſium, Mathematicum olim Hamburgenſem, ſcripſit: *Cordatus iuuenis, Bernhardus Varenius, quanti te, atque omnium mortalium λογικώτατον, Collegam illum tuum, D. Iungium, facere viderer, aliquando fortaſſe in ſuis ad te deſcribere conabitur. Quod ſi vllis verbis aſſequi poterit, incomparabili illum eloquentia praeditum arbitrabor.* Alia, huic non disſimilia, iudicia, a Pellio lata, ſuppeditat Fogelius in Praefat. Iungii Doxoſcop. Phyſic. Minor. praefixa pag. α 3. *Dan. Georg. Morhofius* Polyh. T. II. L. I. c. 9. §. 1. p. m. 46: *Legerat olim Ariſtotelem magna cura Ioachimus Iungius, quanquam a doctrina Peripatetica alienus, magnus tamen Philoſophus. Vidi, vt hoc obiter memorem, Ariſtotelis editionem Pariſienſem, perpetuis eius notis marginalibus MStis illuſtratam, quam theſauri loco ſe habere dicebat Martinus Fogelius, cuius Bibliotheca ad Ducem Hannoveranum peruenit. Moliebatur eius editionem Fogelius, ſed ipſe praematuro fato huic conſilio praereptus fuit.* Conf. T. II. L. II. c. 12. §. 2. p. m. 230, vbi ſequentia leguntur: *Superſunt Hamburgi No-*

tae MSS. marginales Ioach. Iungii in Ariſtotelem, doctae atque eruditionis pleniſſimae, vt fuit ille naturalis ſcientiae in primis ac Mathematum acerrimus indagator, ſed qui in plurimis ab Ariſtotele diſſentit. Sed pleraque in Ariſtotele loca quam diligentiſſime contulit & examinauit. Tom. II. L. I. c. 14. §. 63. p. m. 107: *Aduerſus Iacobum Zabarellam Ioach. Iungius, Rector Hamburg. Gymnaſii, in Phyſicis aliquot Diſp. ſcripſit, in quibus doctrinam eius, & ſub eius nomine omnem Peripateticam, exagitat. Aggreſſus autem eſt ille, quae de principiis corporis naturalis & de miſtionis natura apud illum habentur. Cum ingenium Iungius haberet mechanicum & mathematicum, accuratius phyſicas illas res eſt contemplatus, quam fecerunt homines ſcholaſtici.* Tom. II. Lib. II. Part. II. c. 6. §. 6. p. m. 318: *Supereſt & Ioach. Iungii Lib.* de Motu *poſthumus, quem diſcipulorum aliquis editioni paratum ſeruat. Vrgent hanc vehementer Angli, a quibus magni Iungius aeſtimatur. Et fuit ſane vir ſublimis ingenii, quique naturalium rerum cauſas accuratiori, quam vulgo hactenus factum, oculo inſpexerat, ac multa ad Mathematicas leges reuocauerat.* T. II. L. II. P. II. c. 45. §. 5. p. m. 472: *Ioach. Iungius, ſagaciſſimus hiſtoriae inſectorum explorator.* Iungium quoque *Laurentius a Bodock*, Prof. Eloq. Roſtoch., in Roſa Varniaca Roſtoch. 1644. 8. p. B 1 vocat *Mathematicum ac Philoſophum cum raris hodie comparandum.* Ad elogia Iungii noſtri, praeter ea, quae paſſim in Theatro Placcii, honorificam praeceptoris ſui ſemper mentionem iniicientis, occurrunt, referendum omnino eſt *Epitaphium*, quod ipſi poſuit *Mich. Kirſtenius*:

IOA-

IOACHIMO. IVNGIO.
Lubecenſi.
Phil. et. Medic. D.
Viro. ſummo.
Philoſopho. ſui. ſeculi. incomparabili.
Qui. quicquid. eſt. humanae.
Siue. magnitudinis. ſiue. voluptatis.
Siue. gloriae.
Prae. vna. veri. ſcientia.
Et. nuda. virtute. bonoque. publico.
Contemſit.
Gratiamq́; eo. nomine. et. inuidiam. cuiuscunq́;
Eodem. habuit. loco.
Vir. animo. maximo.
Ingenio. ſubtiliſsſimo.
Spiritu. acerrimo.
Diligentiaque.
Non. aliter. quam. per. ſenectutem imminuenda.
Per. mortem. ſolam. finienda.
Qui.
Humanae. rationis. munia.
Ad. exquiſitas. regulas. reuocauit.
Mathematicamque. certitudinem.
In. Phyſicam. introducere. conatus. eſt.
Nihilque.
Libertate. recte. ſentiendi. Philoſophica.
Potius. duxit.
Magnum. eſt. aliorum. modum. noviſſe.
Et. ſui.
Docuit. Mathematica.
Gieſſae. et. Roſtochii.
Medicinam. Helmſtadii.

Digitized by Google

In. Hamburgenſi. denique. Lyceo.
Rect. et. Prof. multos. annos.
Ampliſſima. cum. laude. extitit.
Vxorem. quam. duxerat. Roſtochii.
Sine. liberis. ibidem. amiſit.
Deceſſit.
Morte. placida. et. ſine. vlla. querela.
Natus. annos. LXX.
Ann. Chriſt. cIc Iↄc LVII. d. XXIII. Sept.
Noctu.
Sepultusque. in. Templo. Diui. Ioannis.
Amico. beneuolentiſſimo. et. Collegae.
B. M. merito. pos.
MICH. KIRSTENIVS.
Ph. et. Med. D. in. Gymn. Hamb.
Math. P. P.

Valet etiam ad laudem Iungio, quod *Bibliotheca* ſua Bibliothecam publicam Hamburgenſem auxerit. Leg. Rud. Capelli Praefat. ad Syntagm. Lection. Bibliothecar. Hamb. 1682. 12. Conf. Celeb. Fabricii Memor. Hamburg. Vol. II. p. 1114. Ceterum Iungius noſter occaſionem dedit tribus *Controuerſiis*, quarum hic non poſſum non aliquam facere mentionem.

Controuerſia Roſaecruciana.

Fuiſſe Fratrum Roſeae Crucis Societatem, non auſim in dubium vocare, etſi in Miſcellan. Leibnitian., a V. C. Ioach. Frid. Fellero editis, p. 222 ſequentia reperirantur: *Il me paroit, que tout ce, que l' on a dit des Freres de la Croix de la Roſe, eſt une pure invention de quelque perſonne ingenieuſe.* Legantur

tur enim, quae, praeter alios, de hac Societate commentati ſunt Morhofius Polyh. L. I. c. 13. §. 34. p. m. 140 ſq. Paſchius de Inuent. Nov-antiq. p. m. 318 ſqq. ac praeſertim Chriſtoph. Stephan. Kazauerus in copioſa ac docta Diſſ. de Roſaecrucianis Wittenb. 1715. 4, ſic facile poterunt argumenta, Societatis huius exiſtentiam demonſtrantia, inueniri. Atque huius ſectae & ſimul libri, cui titulus: *Fama Fratrum Roſeae Crucis*, auctor Iungius noſter a quibusdam habetur. Vid. Io. Henr. Heideggerus in Vita Io. Ludou. Fabricii p. 11 ſq, & exinde Act. Erud. Lipſ. 1698. m. April. pag. 172. Io. Dau. Caroli Innocent. Würtemberg. P. III. c. 9. Andr. Caroli Memorab. Sec. XVII. L. X. p. 776. &c. Sed iniuria optimo Iungio infertur. Neque prolata argumenta ſunt ita firma, vt nullam dubitandi anſam relinquant. Fabricius tantum dicitur hoc *familiari in ſermone retuliſſe*, & *ex ore Secretarii Heidelbergenſis* percepiſſe. Tutius ei credi poſſet, ſi memoriae per ſcriptas litteras prodidiſſet, & Secretarii, tanquam teſtis, nomen indicaſſet. Simili ratione alii per *aiunt*, *ferunt* &c. ſignificant, quod rem, per incertum licet rumorem acceptam, multorumque hominum ore circumlatam, omnino praetermittere noluerint. Sola temporis ratio pro Iungio vindicando inuictum praebet argumentum. *Fama Fratrum R. C.* iam innotuit circa annum 1600, quo tempore Iungium, tredecim modo annos natum, Societatem inſtituiſſe, quis ſibi perſuaſerit? Taceo ſilentium Fogelii, rerum Iungii, ſi quisquam alius, peritisſimi. Taceo alia, qui-

Digitized by Google

bus facile Iungius poterit defendi. Vid. quae habent Iungii vindices, Kazauerus l. c. §. 10. Hieron. Bahrius in Arndio Anti-Pietiſt. pag. 26 ſq.

Controuerſia de Stilo N. T.

Cum an. 1637 inter doctores publicos Gymnaſii & Scholae Hamburgenſis diſceptaretur de ſcriptore Graeco iuuenibus praelegendo, alii pro Novo Teſtamento contendebant, alii iſtius, Helleniſtica lingua exarati, loco alium ſcriptorem eligendum eſſe putabant. Hac occaſione Iungius noſter ſub finem ſuae *Diſputationis de Probationibus Eminentibus* disquirendum propoſuit: *Ad quam Facultatem pertineat Quaeſtio: An N. T. ſcateat Barbariſmis?* Non arriſit hoc ſacri ordinis viris, contra quos Iungius peculiari ſe defendit ſcripto, teſtatus, ſe neutiquam affirmare quaeſtionem, ſtilum tamen N. T. ab Helleniſticis loquendi rationibus non iudicare immunem. Presbyterium Hamburgenſe Wittenbergenſium deinceps poſtulabat Iudicium, qui reſpondebant: Barbariſmorum vitioſorum ſtilum N. T. ſine blasphemia non poſſe accuſari, litem autem Criticorum de dialecto eius Helleniſtica nondum eſſe deciſam. Iungius edebat *Sententias doctisſimorum, tam veteris, quam recentioris aeui, Scriptorum de Stylo S. Literarum, & praeſertim N. T. Graeci, nec non de Helleniſtis & Dialecto Helleniſtica.* Opponebat ſe huic collectioni ordo ſacer Hamburgenſis per *Iac. Grosſium*, Paſtorem Catharinianum, auctoremque libelli, qui inſcribitur: *Trias Propoſitionum*

Theolo-

Theologicarum, Stilum N. T. Graecum a barbaris Criminationibus vindicantium &c. Ien. 1640. 12. Sed nactus eſt cenſores M. *Dan. Wülferum*, ἀνωνύμως *Innocentiam Helleniſtarum* edentem, & M. *Io. Muſaeum*, Ien. an. 1641 proponentem *de Stylo N. T. Diſquiſitionem, in qua M. Iac. Groſſii Trias Propoſitionum & Obſeruationum Apologeticarum modeſte examinatur.* Ab vtraque parte plura edebantur ſcripta eriſtica, diligenter recenſita a Cl. Mollero loc. mox citand. Accedebat tandem arbiter litis, Groſſii pariter ac Muſaei hypotheſes diiudicans, M. *Iacobus Bolius*, in Regiom. Acad. Gr. Ling. Profeſſor, cuius extat ſcriptum hoc titulo: *Iuſta & modeſta, abſentiae ab exequiis & iuſtis funebribus, Funeri Linguae Helleniſticae paratis, Excuſatio & venia, quam ab iis, qui Idiotismum Ebraeum in Tabulis Teſtamentariis Noui Foederis, Saluatoris noſtri Chriſti Ieſu, negando, Funus Linguae Helleniſticae procurant; iis vero, qui Soloecismos & Barbarismos eisdem impingendo, prorſus efferunt & contumulant, impetrare conatur,* Regiom. 1647. 1689. 4. Plura de hac controuerſia legi poſſunt ap. Io. Mollerum in Iſagog. ad Hiſt. Cherſoneſ. Cimbr. P. IV. p. 586 ſqq. & Vinc. Placcium in Theatr. Anonym. p. 360 ſq.

Controuerſia Logica.

Etſi Iungius ob ſcientiam Logicam immortalem conſecutus eſt famam, adeo vt Io. Amos Comenius in Panſophiae Prodromo ſect. 47. col. 426 iudicauerit: *Iungius, Saxo, Logicae nunc arti ad eam perfectionem deducendae inſudat, vt propoſitionum veritas adſtrui, ſophiſmatum deceptiones deſtrui*

 queant

queant ea certitudine, qua Euclideum quoduis proble-ma apodeictice deducitur; non omnibus tamen, iis praeſertim, qui Ariſtoteli tenacisſime adhaerendum eſſe cenſent, ſe omnino probauit. Alii enim Ramaeismi eum ſuſpectum habuerunt, ſaltem inter Philoſophos mixtos retulerunt. Alii ſtudium nouitatis, & diſſenſum a multis Logicis veteribus in eo reprehenderunt. Proferebat enim Iungius multas ſingulares ſententias, ad quas pertinet etiam opinio, a Zabarella iam aſſerta, de differentia Logicae Phyſicae ac Logicae communis, ſiue de diuerſo hoc ſciendi modo, etſi per Logicam Phyſicam nihil aliud, quam Logica communis ad Phyſicam applicata intelligi queat. Inclaruit autem Iungius potisſimum *Logica Hamburgenſi, hoc eſt, Inſtitutionibus Logicis in vſum Schol. Hamburg. conſcriptis, & ſex libris comprehenſis.* Hamb. 1638. 1681. 8. Conf. quae de Logices huius praeſtantia Io. Vagetius in Praefat. eſt commentatus. Adde Placcium in Theatr. Anonymor. p. 321, vbi itidem Iungius eiusque Logica valde laudantur. Ibidem de Iungii *Compendio Logicae Hamburgenſis*, *ἀνωνύμως* 1641 & 1657 edito, agitur. Huic Logicae Hamburgenſi *Ioannes Scharffius*, Philoſophus iſto tempore Wittenbergenſis, mutationem Logicae vulgaris aegre ferens, an. 1639 opposuit ſex Diſputationes, quibus coniunctis eodem anno praefixus titulus: *Lima Logicae Hamburgenſis.* Editae ſunt a Scharffio pariter ac Iungio, & praecipue vtriusque diſcipulis, variae Diſputationes ac Chartae volantes, quibus vtraque pars ſuam Logicam defendere ſtudebat.

Scripta

Scripta in Controuerſiis non memorata.

Kurtzer Bericht von der Didactica, oder Lehrkunſt Wolfgangi Ratichii, durch Chriſtoph. Helvicum und Ioachimum Iungium, Gieſſ. 1614. 4. Hiſtoriam huius libri exponit Fogelius l. c. p. 262 ſq his „verbis: *Wolfgangus Ratichius*, Saxo, circa haec „tempora tredecim fere annos in reperienda „ratione linguas & artes expeditius addiſcen„di laborauerat, communicato ſuo propoſito „cum quibusdam Proteſtantium Principibus. „III. LVDOVICVS altius in fundamenta iu„bet inquirere *Chriſtophorum Heluicum*, excel„lentem Theol. D. & πολυΐςορα, & *Iungium*, „Mathematicum, vt cum Ratichio Franco„furti 1608 coram conferrent. Natus eſt igi„tur *Kurtzer Bericht von der Lehrkunſt Wolfgangi* „*Ratichii, durch Heluicum & Iungium*. Recuſa „quoq; *Lutheri treuhertzige Vermahnung an die* „*Bürgermeiſter und Rahtherren aller Städte in* „*Teutſchland, daß ſie Chriſtliche Schulen aufrich*„*ten und halten ſollen*, cum *Appendice Heluici &* „*Iungii Germanica.*

Geometria Empirica. Roſtoch. & Hamburg. 4. De Germanica huius libelli verſione, ab ipſo Iungio adornari coepta, vid. Placcius l. c. p. 472, vbi *artificioſiſſima & ingenioſiſſima* appellatur.

Nomenclator Latino-Germanicus in vſum Scholae Hamburgenſis editus. Hamburg. 1659. 8. Vid. Placcius l. c. p. 376.

Doxoſcopiae Phyſicae Minores, ſiue Iſagoge Phyſica Doxoſcopica,

Digitized by Google

xoſcopica, in qua praecipuae Opiniones in Phyſica paſſim receptae breuiter quidem, ſed accuratisſime examinantur. Ex recenſione & diſtinctione Martini Fogelii, Hamburg., cuius Annotationes quaedam accedunt. Hamb. 1662. 4. Editioni recentiori ibid. 1679. 4. acceſſit Iungii *Harmonica & Iſagoge Phytoſcopica.* Conf. Mercklini Linden. Renovat. p. 510. De Iſag. Phytoſc. in Miſcell. Leibnit. pag. 414 leguntur ſequentia: *Iungius, vir doctus, Iſagogen Phytoſcopicam edidit, vbi herbae conſiderantur ſecundum folia.*

Phoranomica, ſeu Doctrina de Motu Locali. Hamburg. 1688. 4. per *Henr. Siverum*, ibid. 1699. 4. per *Balth. Mentzerum*, vtrumque Mathematicum Hamburgenſem celeberrimum. Hic Io. Ad. Tasſii Opusculis Mathematicis adiecit. Quod honorifice de hoc ſcripto, etiamnum inedito, iudicauerit Henr. Oldenburgius in Transactt. Philoſ. Soc. Angl. m. April. 1669. p. 148 & God. Guil. Leibnitius in Theoria Motus Abſtracti p. 33, annotauit Cl. Mollerus in Hypomnemat. ad Morhof. Polyh. Phyſ. p. m. 529.

Hiſtoriae Vermium, e ſchedis Auctoris MStis a Io. Vagetio, aliisque viris praeclaris, fideliter erutae & erudito orbi, quantum per obuenientem calamitatem (49) *licuit, a Io. Garmero communicatae.* Hamb. 1691. 4. Vid. quid de hoc libro iudicet Mollerus l. c. p. 532.

Diſpu-

(49) Incendium, quod domum Vagetianam corripuit, & ſimul ineditas Iungii de Inſectis Obſeruationes mutilauit.

Diſputationes.

De Naturali Dei Cognitione.
De Potentia Actiua.
De Ariſtocratia.
De Principiis Corporum Naturalium.
De Definitione Motus Ariſtotelica.
De Loco Ariſtotelis lib. 3 de Coelo t. 66.
De Pſeudo-Axiomate Ariſtotelico L. I. Phyſ. t. 50. & 56.
De Figuris locum replentibus.
De Forma Subſtantiali.
De Notionibus ſecundis.
De Relationibus.
De Definitionibus.
De Miſtione Naturalium Corporum Ariſtotelica, ſecundum Averroem & Zabarellam.
De Demonſtratione tritermina.

Inedita.

Haec ſunt varia Opera *Medica*, *Metaphyſica*, *Phyſica*, *Logica*, *Statica*, *Aſtronomica*, *Geographica*, *Mathematica*, *Mechanica*, *Zoologica*, *Philoſophico-Practica*, *Hiſtorica* &c., de quibus inſtar omnium legendus eſt Fogelius l. c. pag. 267—274.
Vid., praeter Fogelium, de Iungii vita, ſcriptis & meritis, Fabricius Memor. Hamburgenſ. Vol. II. p. 1068. 1073 ſq. 1121. Buddeus Lex. Hiſt. T. III. p. 241 ſq. Witte Diar. Biogr. 1657. d. 23 Sept. Reimmannus Introd. in Hiſtor. Liter. Germanor. P. III. c. 1. pag. 478 ſqq. Lex. Erud. German. (plus vice ſimplici corrigendum) p. 1076 ſq. Kleſekerus

rus in Biblioth. Erudit. Praecoc. p. 186, & qui ibi citantur.

IOANNES KIRCHMANNVS.

Ad gloriam omnino valet Athenaeo noſtro, quod magnus hic Polyhiſtor, filius almae matris Lubecae incomparabilis, eius ope fundamenta litterarum felicisſime poſuerit. Quam egregie res ſuas in illo egerit, idonea fide Iac. Stolterfohtius in Orat. Funebr. praedicauit. *Vix adoleſcentiae*, inquit, *annos ingreſſus talia probitatis, modeſtiae, ingenii & profectus edidit ſpecimina, vt & praeceptoribus & commilitonibus ſuis optimam de ſe ſpem fecerit. —— Praeter doctrinae Chriſtianae elementa, quae in hac Schola fideliter imbibit, & vtriusque linguae peritiam, quam ſibi ſumma comparauit induſtria, etiam in diſſerendi dicendique artibus quotidie ſeſe exercuit —— Kirchmannum vt frugi adoleſcentem ob oculos nobis ponamus.* Reliqua ad Kirchmannum ſpectantia, praeter Stolterfohtium, multi alii doctisſimi viri litteris conſignauerunt. Licuit mihi in Athenar. Lubecenſ. P. I. p. 50—58 ſpicilegium facere poſt meſſem. Neq; deſunt, quae nunc etiam adiici queant. Elogiis, tum aliis, tum iis, quae collegit Thomas Pope Blount, Baronettus Anglo-Britannus, in Cenſur. celebrior. Auctor. pag. 685 ſq. ed. Londin. 1690. f., addatur iſtud, quod habet Laur. a Bodock in Roſ. Varniac. p. B 1, vbi Kirchmannum vocat *Poëtam & Philologum accuratum*. De libro *de Annulis* obſeruetur, quod in edit. Lugd. Bat. 1672. 12 acceſſerint *Georgii Longi*, *Abrahami Gorlaei* & *Henr. Kornmanni*

manni de Annulis Tractatus. Scriptis editis annumeretur *Diſputatio Politica de Rerumplicarum Euerſionibus, earumque Cauſis & Signis*. Roſt. 1613. 4. pl. 2. In primis notetur, quod inedita eius ſcripta, tanquam pretii maximi *κειμήλια*, in ciuitate Huſumenſi aſſeruentur. Poſſeſſor eorum eſt maxime reu. Dn. M. Io. Melch. Krafftius, cui pro communicata mecum MSStorum Kirchmannianorum notitia gratias debitas perſoluo, eundemq; vt tantos theſauros publici iuris faciendo orbem eruditum ſibi reddat obſtrictum, per ipſum, quo bonas litteras complecti fas eſt, amorem obteſtor. Sunt autem MSta & Autographa Kirchmanniana, quae ſingulari fortuna in Krafftianam Bibliothecam peruenerunt

1) *Diarium Apodemicum*. 8. Continet multa ſingularia, Topographica, Geographica, Hiſtorica, Genealogica, Antiquaria, Biographica &c. in Germania, Heluetia, Gallia, Italia, ac pluribus regionibus, obſeruata.

2) *Centuriae tres Epiſtolarum, ad Viros doctos ſcriptarum*. 4.

3) *Centuriae duae Epiſtolarum a Viris doctis ad Kirchmannum ſcriptarum*. 4. De hoc volumine ita in litteris humaniſſime an. 1719. d. 26 Ian. ad me datis ſcribit Krafftius: *Hievon beſitze ſo wol die Originalia noch ſelbſt, als wie ſolche auch abcopiiret, und zum Druck geordnet ſind: darunter auch diediejenige mit zu finden, ſo in der Editione des Gudii Epiſteln zu leſen, aber aus denen MStis an manchem Orte zu verbeſſern ſind.*

4) Epi-

4) *Epiſtolarum* n.2. memoratarum aliud exemplar. Krafftius: *Alle ſeine ad alios Num.* 2 *gegebene Briefe (nebſt denen andern, auch in Deutſcher Sprach, ſo er in Sachen communem vitam, auch res oeconomicas angehend, geſchrieben) noch einmahl, welches die erſten Concepte geweſen, woraus er ſie ins reine gebracht; da er ſie dann ſehr ſorgfältig corrigiret, und auch dadurch bewieſen, wie fleiſſig er geweſen, da er von allen copie mit eigner Hand behalten —— Das Convolut iſt ſehr klein geſchrieben, und einer Spannen dieck.*

5) *Orationes XVII*, quarum tres tantum editae. Ad ineditas etiam hactenus pertinuit ea, quae *de Ioach. Dreiero* agit, & ſupra p. 417 ſqq. a me eſt euulgata. *Dieſe Orationes*, ſcribit Krafftius, *ſind cum Vita Auctoris in gehörige Ordnung gebracht, und warten nur auff einen Verleger.*

6) *Commentar. in Horatii Odas.* 4. cum Praefat.

7) *Commentar. in Horat. libr. Epodων & de Arte Poëtica.* 4.

8) *Comment. in Hor. L.* I & II *Satyr.* 4.

9) *Comment. in Horat. Lib.* I & II *Epiſtolar.* 4.

10) *Commentar. in Virgilii Lib.* I. II. III & *IV Georgicorum.* 4. Cum Praefatione.

11) *Comment. in Virgilii Lib. Aeneid.* 4.

12) *Comm. in Auſonii Poëtae Griphum de Ternario Numero.* Cum Praefat., in qua de Auſonio, eiusque Stilo & Vita agitur, ſimul explicantur rationes, quare operam poſuerit in eiusmodi Idyllii interpretatione. 4.

13) *Comment. in Homeri Iliad.* Cum Praefatione de Regno Troianorum. 4.

14) *Comm.*

14) *Comm. in Cic. Oratt. pro Milone, Lege Manilia, Lege Oppia* &c.

15) *Commentarius in Heſiodum.*

16. *a*) *Volumen Miſcellaneorum.* Continet, praeter alia, alphabeticum Indicem *Vocum Barbararum, vel quae Barbarae videri poſſent, a Petro Bleſenſi vſurpatae.*

16. *b*) *Volumen Miscellaneorum.* Reperitur hic, praeter multas obſeruationes criticas ad Latinae linguae elegantiam ſpectantes, *Index in Symmachi Epiſtolas, complectens formulas inſignes, quibus ab vſu notitiaque vulgi remotioribus vſus eſt Symmachus, partim veteribus, partim a ſe innovatis.*

17) *Loci Communes.* Tituli ita incipiunt: De Deo. Providentia & Fato. Geniis. Hominis Praeſtantia. Hominis Miſeria. Bonorum diuiſione. Bonis & Malis Corporis. Vita. Aetate. Infantia. Pueritia. Adolescentia. Virilitate. Senectute. Morte. Bona Valetudine. Adverſa Valetudine. Morbis. Caecitate. Viſu. Oculorum Vi & Efficacia. &c. *Alles in der ſchönſten Ordnung*, teſte Krafftio.

18) *Exercitia*, Germ. & Lat. 4. *Iſt alles*, Krafftio teſte, *ſauber mit eigener Hand, gleich wie alles vorige, geſchrieben.*

19) *Exercitia*, Gr. & Lat. 4.

20) *Latinitas Flori.* 8 maj. Krafftius ita deſcribit: *Alle merckwürdige Wörter und Phraſes aus dem Floro, nach Alphabetiſcher Ordnung, mit feinen Anmerckungen. V. C. AQVA: Aqua & igni interdicere, in die Acht erklären, aequivalet hodiernae Banni poenae l. 3. c. 16. CVSTODIA pro cuſtodibus*

 l. 4.

l. 4. c. 11. CVSTODIAE pro ſtationibus l. 1. c. 13. pro praeſidio, caſtellis l. 4. c. 12. DESCRIBERE annum in menſes, definire, partiri l. 1. c. 2.

21) *Commentar. in Theophraſti Ethicos Charactères cum prolixa Praefat. de auctoris Vita & Scriptis*. De hoc libro ita Krafftius: *War ſeine erſte Academiſche Arbeit zu Roſtock, und iſt mit groſſem Fleiß elaboriret.*

22) *Liber de Funeribus cum multis Acceſſionibus autographis.*

IACOBVS KOCKERTVS.

Philologum hunc perinſignem Lubecam habuiſſe patriam, ſtudiorum, Gualtperio Rectore, nutricem, & tandem etiam locum, in quo, factus Athenaei noſtri Subrector, eruditionis philologicae copias exponeret, docent ea, quae P. I. Athen. pag. 102 ſqq ſum commentatus.

SIXTVS CHRISTIANVS LIPENIVS.

Hic *vir doctrina inſignis & meritis in rem litterariam clariſſimus, Gymnaſiique Scholaeque Lubecenſis meritiſſimus Subrector* omni iure appellatur a Suantenio, Memoriae ipſius an. 1708, quo vitam cum morte d. 16 Mart. commutauit, ſcriptore. Ex hac Memoria ea ſunt hoc loco conſeruanda, quae ad vitae ipſius, inſigniter actae, rationes pertinent. De iis vero ſequentia fecit verba Suantenius: „Originem vitae tertio Decembris die A. „MDCLXIV Halae Saxonum acceptam referebat

„bat patri, viro praecellente doctrina & meritis „in rem literariam praeclariſſimo, Dn. M. MAR-„TINO LIPENIO, optime de Lubecenſi Gy-„mnaſio ac Schola merito Conrectori, & Matri, „nobiliſſimae ac praeſtantiſſimae Matronae, „ANNAE BARBARAE, viri admodum reue-„rendi & excellentiſſimi Dn. SIXTI BERTRA-MI, ad D. Vlrici Paſtoris ampliſſimi, filiae. Pa-„rentibus his curae cordique erat quam maxime, „florentem filii indolem ſolido pietatis, doctri-„nae ac morum ornatu imbuere. Hinc com-„miſſus illae diſciplinae literariae ludi publici „Lubecenſis, auſpicio atque ductu viri admo-„dum rev. & excellentiſſimi Dn. ABRAHAMI „HINCKELMANNI, Rectoris primum Lube-„cenſis, ac porro Theologiae Doctoris, Paſto-„risque Hamburgenſis, clariſſimi etiam Patris, „nec non reliquorum de ludo literario tunc in-„ſignites & eximie merentium, vsque eo perli-„beraliter profecit, vt Academicae maturus con-„ſortioni exiſtimaretur. Calendis itaque Maii „menſis A. MDCLXXXV, iuxta tenorem pa-„terni conſilii, profectus *Lipſiam*, ſolertiſſimam „Philoſophicis aeque ac Theologicis ſtudiis ope-„ram per quinquennium ibidem nauauit. Filia-„li deinde tractus allectusque deſiderio Lubecam „reuertendi, circa Feſtum Michaëlis A. „MDCLXXXIX ſoſpes atque incolumis patriam „repetebat reuiſebatque. Stiterat ſe tum & ex-„hibuerat colloquio atque examini priuato viri „maxime reuerendi atque excellentiſſ. DN. AV-„GVSTI PFEIFFERI, Doctoris Theologi &

 Super-

„Superintendentis tunc celeberrimi, quo libe-
„rum ipſi euaderet, ſermonibus ad populum
„habendis ſolertiam ſuam & cognitionem ſa-
„cram aliquoties declarare. Interea cum prae-
„clariſſimi patris, Dn. LIPENII ſenioris, remiſ-
„ſae flaccescentis vires incolumitatis ſubſiderent
„indies & coarctarentur, primum aegrotantis
„vices patris publica ſupplere autoritate ſategit;
„mox etiam, die 13 Ianuarii A. MDCXCIII ad
„vacans tunc officium Subrectoris a Magnifico
„& Nobiliſſimo vrbis Lubecenſis Senatu requiſi-
„tus conſtitutusque fuit. Hactenus Suantenius,
qui laudes LIPENII hac allocutione incluſit: *Concelebrabuntur vti debito, ſic perenni etiam elogio, probitas, doctrina, fides, integritas, ſolertia, comitas & reliquae virtutes tuae, quibus omnium beniuolentiam bonorum largiſſime tibi conciliauiſti.* Conf. etiam Nov. Lit. Mar. Balth. 1708. p. 94.

DANIEL LIPSTORPIVS.

Natus eſt Vpſaliae Suecorum an. 1664. Kalend. Mart. Patrem coluit DANIELEM LIPSTORPIVM, ICtum & Polyhiſtorem, Vpſalienſis etiam Academiae, in qua per aliquod temporis ſpatium Ius publicum & Hiſtorias docuit, quondam ornamentum, de quo vid. ſupra pag. 98 ſqq. Matrem veneratus eſt WENDVLAM SCHLVTOVIAM, Matronam ornatiſſimam. *A tertio aetatis ſuae anno*, teſte V. C. Erdwin. Herm. Polemanno, Rectore hodie Bremenſi meritiſſimo, in Progr. Funebr., *cum B. eius Parens in Hollandiam conceſ-*

Digitized by Google

conceſſit, educatus ibidem per IX annos, ſex Hagae Comitum, & tres Amſtelodami. Eo tempore praecipuas Foederati Belgii ciuitates, vt & Friſiam Occidentalem, Comitatum Emdanum & Oldenburgenſem, Ducatum Bremenſem & Verdenſem, alias prouincias cum B. Dn. Parente peragrauit. Lubecam deinde reuerſus liberalium artium fundamenta, duce viro clariſſ. Dn. CHRISTOPHORO CHRYSIO, iecit. Quo facto inde ab an. 1677 Praeceptoribus vſus publicis, maxime reuerendo Dn. D. ABRAHAMO HINCKELMANNO, Gymnaſii Lubecenſis tunc temporis per complures annos Rectore praeclare merito, poſtea apud Hamburgenſes Paſtore & Theologiae Doctore celeberrimo, nunc beato, ſub cuius auſpicio Orationem de Sudore Chriſti Sanguineo *elaborauit; quem virum parentis loco deuenerandum duxit. Altero quoque ſtudiorum moderatore tunc temporis vſus Clariſſ. M. MARTINO LIPENIO, Conrectore meritiſſimo, nec minus Dn. DAVIDE von der BGüGGE, Subrectore cum eruditiſſimo, tum vero praecipue Poëta feliciſſimo.* Studia Academica excoluit deinceps Roſtochii, factus ſummorum virorum VARENII, COBABI, SCHOMERI & SELIGMANNI auditor; nec non Wittenbergae, vbi famae immortalis doctoribus, CALOVIO, MAYERO atque DASSOVIO magno cum fructu adhaeſit, ſummosque in Philoſophia honores conſecutus eſt. Hamburgi quoque aliquandiu degit, & auſpiciis ESDRAE EDZARDI (quem elegit hoſpitem) nec non EBERHARDI ANCKELMANNI, Philologorum laudatiſſimorum, litteraturae orien-

tali (cuius eum fuiſſe valde peritum, ſcripta oſtendunt) ſedulam operam nauauit. Hamburgo rediit Roſtochium, vbi cum, praeter honoris cauſa iam nominatos Theologos, incomparabilem quoq; FECHTIVM auſcultaſſet, & duce magno KLEINIO iuris quoq; haud exiguam notitiam ſibi acquiſiuiſſet, ipſe Scholas Hebraicas, Graecas, Geographicas & Hiſtoricas ſucceſſu non infelici aperiebat. *Quem itaq;,* ait Polemannus l. c., *Vpſalia genuit, Witteberga & Roſtochium fouit, nobis ſeruabatur, cum Illuſtriſſimum, quod Stadae floret, Regimen Regium ad functionem ſcholaſticam eum vocauit in locum pl. rev. Dn. Buſſingii, atque ita Conrector Athenaei huius, Scholaeque Regiae conſtitutus, poſtquam in Conſiſtorio Stadenſi Regio non contemnendae eruditionis ſpecimen dederat; quam ſpartam ſolemni* Oratione de praeſenti Regni Suecici Gloria & Felicitate *an. 1692 menſ. Iul. die 6 occupauit. An. 1694. d. 21 Oct. perilluſtre Regimen Regium poſt triſtia fata Clariſſ. D. Rectoris G. Gaſſitzii hunc noſtrum Lipſtorpium Rectorem conſtituit, habita pro more* Oratione inaugurali de Religionis Motibus hoc praecipue ſeculo in Anglia obortis. Vtroq; munere ſcholaſtico ita functus eſt, vt cum an. 1695. d. 17 Dec. praematura morte obiret, laudem non vulgarem reliquerit. Edidit

Diſputationes duas Talmudico-Rabbinicas de Primitiis Ebraeorum. Brem. 1693. 4.

Diſputationem Theologico-Philologicam primam de Angelo

gelo Increato, exhibentem ſelectiora quaedam V. T. loca, in quibus nomina illa varia & magnifica ipſam Angeli huius diuinitatem demonſtrantia proponuntur, eademq; veterum doctorum Ebraeorum ſuffragiis illuſtrantur. ibid. an. eod. 4.

Diſputationem Theologico-Philologicam ſecundam de Angelo Increato, praecipuas eiusdem Apparitiones in Vet. Teſt. factas explicantem, in primis Socinianis ex Scripturis, Iudaeis ex Ebraeis oppoſitam. ibid. a. e. 4.

Diſputationi de Locis Ier. XXXI. 21 & Hab. II. 4. immortuus eſt. Vid. Polemannus l. c.

HENRICVS LOOFIVS.

Pertinet hic ad claros extra Lubecam Lubecenſes, ſiquidem in hac ciuitate natus quidem & inſtitutus, non autem publico officio functus eſt. Poſtquam enim Lubecae, Gedani (vbi *Dan. Lago* praeſide an. 1650 defendit *Collegii Aſtronomici Diſput. XII & vltimam de Stellis Extraordinariis*, eandemq;, praeter alios, etiam praeceptoribus ſuis *Henr. Bangerto*, *Iac. Kockerto* ac *Dan. Lippio* dedicauit), Roſtochii, Lipſiae & Ienae bene didicit, bene etiam, in Gymnaſio Regio Stetinenſi Conrector ac Gr. L. & Poëſ. Profeſſor conſtitutus, potuit docere. Hoc enim munus an. 1662 ipſi eſſe delatum, docet Danielis Schultzii Inſcriptio, hic conſeruanda:

Denuo,
Quod Bonum, Felix, Fauſtumq; ſit,
Gymnaſio Stetinenſi ſcribitur ſupplementum.

Res
Quam communis commendat vtilitas,
Tantoq; commendatione dignior,
Quanto plus eſt
Omnibus, quam ſingulis,
Publico, quam priuato
Profuiſſe.
Quid Scholae atque Gymnaſia?
Literarum Sacraria,
Sapientiae Domicilia,
Prudentiae Formatoria,
Virtutis Seminaria.
Per Scholas atque Gymnaſia ſtat,
Quo minus
Ad priſtinam ſeculum redeat barbariem,
Et ſapientiae monimenta induant caliginem;
Res Eccleſiae collabaſcant
Et Reipubl. nauis periclitetur.
Decedentibus ſiquidem aliis,
Quibus ſuccollantibus ſalus publica nititur,
Ibi praeparantur ſucceſſores.
Ceterum vt & noſtrum Paedagogium tales aliquando
Publico praeſtare poſſit commoditates,
Admodum rev. nobiliſſ. & conſultiſſ.
Dnn. Capitulares
De Profeſſorum numero,
Qui iam ad paucos reciderat,
Inſtaurando denuo cogitarunt:
Atque ea propter
Virum clariſſimum & pereximium
Dn. M. HENRICVM LOOF,

Lube-

Digitized by Google

Lubecenſem,
Ob elegantes ingenii dotes
Et eruditionem haud vulgarem,
Quam initio in Schola Patria & Gymnaſio
Gedanenſi,
Deinde autem per duodecennium
Roſtochienſi, Lipſienſi & Ienenſi Academiis
Sibi comparauit,
Quamque ante octennium
Magiſtri axiomate Ienenſis donauit,
Conrectorem & Gr. Ling. ac Poëſ.
Profeſſorem
Haud ita pridem vocarunt.
Quod igitur reſtat,
Die VIII Septembr. an. curr. cIↃ IↃc LXII
Hora IX matutina, in Auditorio maiore,
Solemniter ille Profeſſorem Collegio
adſociabitur,
Operarumque initium faciet a Satyra
De maxime offenſa Calliope.
Cui Solemnitati vt praeſentiam ſuam
commodent,
Pro conſeruatione Scholarum & Gymnaſiorum
Deum inuocent,
Studiisque noſtris recte ominentur,
Dominos Patronos, Fautores, Amicos & Ciues
Submiſſe, officioſe & amanter inuito
M. DANIEL SCHVLTZ,
Regii Gymnaſii Rector & Philoſophiae Profeſſor.

Muneri huic praefuit Loofius vsque ad an. 1665, quo tempore clauſum eſt Gymnaſium, reliqui

Digitized by Google

autem pauci Profeſſores officiis ſacris ſunt admoti. Hos inter haud dubie fuit Looſius. Non conſtat tamen, quodnam munus obtinuerit. In ipſa ſucceſſoris Vocatione, Wolgaſt. 1667. d. 2. Octobr. ſcripta, in qua mentio ſit Looſii, iſtud non commemoratur. Sic enim ſe habent verba, quae debeo humanitati D. Mich. Frid. Quadii, Gymn. Sedin. hodie Rectoris celeberrimi meritiſſimique: *Thun kund hiemit, daſs, nachdem des Hn. Reichs-Feld Hrn Hochgräffl. Excell. nebſt der Königl. Regierung ſorgfältig bedacht geweſen, wie bey ietziger Inſtauration und Anrichtung des Gymnaſii Carolini zu Alten-Stetin der abgegangenen Collegen und Profeſſoren Stellen mit berühmten und gelahrten Männern hinwieder erſetzet, und alſo I. K. M. Unſers allergnädigſten Königes und Hrn. höchſtlöbl. Intention, dieſes edle Seminarium dem gantzen Lande zum Beſten zum vorigen Flor und Aufnehmen zu bringen, deſto eher erreichet werden mögte, der Wohlehrenveſte, Vorachtbahre und Wohlgelahrte Hr. M. CONR. TIB. RANGO, ietziger Zeit Rector des Gymnaſii zu Berlin, durch ſein in Druck gegebene uns zu Handen gekommene unterſchiedliche Specimina dergeſtalt recommendiret worden, daſs man auff deſſen Perſohn reflexion genommen, ihn nach Abgang des M. HENR. LOOFEN hinwiederum zum Profeſſore gedachten Gymnaſii zu vociren und zu beſtellen.* Turbulenta iſta, quibus Sedini vixit Looſius, tempora forſan etiam impediuerunt, quo minus ſcriptis potuerit inclareſcere. Nam praeter *Elogium Abrahami Leopoldi*, Archi-Diaconi Iacobaei Lubecenſis, Lubec. 1656 (ap D. Goetzium in Elogg. German. Theol. p. 253-257): *Colloquium*

quium cum Fama in Nupt. Sam. Franckii, Cantor. Lubec. & Sophiae Auguſtae Tunderiae. Sedin. ac Lubec. 1663. 4: ac *Programma in funere Petri Geriken*, Conſ. Sedinenſ. Sedin. 1664, nulla mihi eius ſcripta innotuerunt.

SEBASTIANVS MEIERVS.

Et merita huius Rectoris Lubecenſis perexi-mia & ſcripti elegantia facile a me impetrarunt, vt hic conſeruarem rarisſimum hodie Programma, quod in eius funere ſcripſit ſucceſſor ipſius dignisſimus, *Henricus Bangertus*. Ita vero ille:

Quicunque ex priſcis illis ſapientibus vitam humanam cum fabula compoſuerunt, nae illi accurate & conuenienter admodum conditionem atque naturam illius expreſſerunt, & penicillo quaſi adumbratam ſolerti repraeſentarunt. In fabula alii prodeunt, & oſtendunt ſe tantum, caetera muti. Alii non quidem πρόσωπα κωφὰ prorſus, vocem edere incipiunt, cumque caeteris, qui per ſcenam oberrant, loqui; ſed derepente euocantur, & in medio ſermone reticere iubentur. Alii denique diutius in ſcena haerent, multa loquuntur, & agunt; quorum nonnulli, ſenes in primis, vitae monita & praecepta iunioribus inculcant, reliqui variis negotiis implicantur, a ſeruulis exagitantur, a filiis falluntur, a Daniſtis pecunia emunguntur: obiurgant, obiurgantur, ſurſum deorſum curſitant, tumultuantur: iam laetantes tripudiant, iam in arcto conſtituti, quid conſilii capiant, non inueniunt.

Prorſus

Prorſus ſimilis humanae vitae ratio eſt. Sunt, qui, cum vix prodierunt in magnum hoc vitae theatrum, & nondum loqui coeperunt, tanquam mutae in fabula perſonae, prius recedunt, quam quid in turbulenta vitae huius fabula agatur, cognoſcere aut intelligere ipſi per aetatem potuere; aut ſi aliquando longius viuendi ſpatium datum eſt, euocantur tamen prius e vita, quam praua aliorum conuerſatione corrumpi potuere. In hos illud Senecae conuenit ep. 87: *Quomodo fabula, ſic vita: non quamdiu, ſed quam bene acta ſit, refert.* Vita neque breuis, neque imperfecta dici meretur, ſi honeſta eſt & bona. Vbicunque deſines, ſi bene deſines, tota eſt, perfecta eſt. Plerumque illi, quibus vix altera viuitur aeſtas, tutius commigrant ad plures, quam qui iam ſiniſtra coeperunt numerare annos. Plures, in ſcenam mundi adducti, quamdiu verſari illis in ea conceditur, varia moliuntur; quorum nonnulli literarum ſtudiis inclareſcere ſatagunt: quidam Rempublicam gerendo immortalitatem nominis parare conantur: alii militari ſcientia e vulgo & obſcuritate ſe eluctaturos, caeteri rem faciendo & opes comparando vitae incommoda ſe ſubleuaturos ſperant; alii denique aliis rationibus, ſub perſona, quae eis vel a temporum conditione impoſita eſt, vel quam ipſi ſuo ſibi elegerunt iudicio, varia tentant, animum in omnia verſant, nec aliter, quam ſi aeternum in theatro hoc verſari & diſcurrere daretur, negotiorum vndis ſe mergunt, a quibus tantum non merguntur. Sed ecce, haud raro e medio rerum curſu abri-

abripiuntur, cum eorum, quae animo deſtinarant, mediam nondum partem abſoluerunt. In quibus hominum ſtudiis hoc peſſimum eſt, quod pleriq; multo magis in opibus colligendis deſudant, quam de coelo, aeterna noſtra patria atq; domicilio, obtinendo ſint ſolliciti. Philemon Poeta, vt Apuleius in Floridorum tertio ſcribit, dum ab ingenti hominum frequentia, qui maximo ſtudio confluxerant, exſpectatur, vt in theatro fictum argumentum finiret, iam domi veram fabulam conſummauerat. Dum meditatur, quae ad affectus ſpectantium mouendos facerent, commodum ille anima edita obriguerat, iacebatq; incubans toro, ſimilis cogitanti. Adhuc manus volumini implexa, adhuc os recto libro impreſſum. Iam ille dixerat rebus humanis valere, & plaudere: ſuis vero familiaribus dolere & plangere. M. Seruilius Panſa, auctore Plinio Naturalis hiſtoriae libro quinto c.53, cum ſtaret in foro ad tabernam, hora diei ſecunda, in P. Panſam fratrem innixus, exſpirauit prius, quam frater ipſum mori ſentiret. Operoſisſima mortis ſecuritas in M. Ofilio Hilaro, Comoediarum hiſtrione, fuit. Is cum populo admodum placuiſſet natali die ſuo, conuiuiumq; haberet, obriguit nullo ſentiente, donec accubantium proximus tepeſcere potionem admoneret. Conradum Saliquum Imperatorem, cum Italicis Proceribus victis, vrbibus potentisſimis in ſuam iurisdictionem acceptis, vniuerſaq; Italia ſubacta & pace reſtituta Germaniam attigiſſet, ſubitanea morte illico ſublatum eſſe, Iohannes

Cuſpi-

Cuſpinianus in vita illius commemorat. Baptiſta Mirandulanus cum Ferrariae in duello hoſtem ingenti animo inuaſiſſet, eumq; in turpem conieciſſet fugam, ſtatim in equo nutare coepit. Itaq; cum putaretur vulnus accepiſſe, exarmatus ſine vllo vulnere, imo ſine illatae percuſſionis ſigno, mortuus eſt inuentus, magna adſtantium admiratione; inter quos & ipſe ſcriptor fuit, qui hoc in literas retulit, Baptiſta Fulgoſus Memorabilium libro nono, capite duodecimo. Sunt deniq;, qui & diu in fabula vitae huius agenda verſantur, & eam iam ferme exactam, non ſubitaneo, ſed lento mortis genere claudunt. Horum nonnullos viribus propter ſenium deficientibus, diu inter contumaces dolores miſeram trahere animam videas, antequam corporis ſoluantur vinculis. Multi praeter ſenectutis, quae per ſe morbus eſt, moleſtiam, etiam peculiari morborum generi, ex naturae atq; corporis ſui conſtitutione obnoxii, longo nonnunquam tempore, a munere officii abeundo abſtracti, diu cum morbi vi colluctantur, donec victas dant manus & fati violentiae ſuccumbunt. Dies non ſufficiat tantum iſtis humani generis peſtibus enarrandis, quae non derepente hominem conficiunt, ſed lento quodam, at contumaci quaſi veneno, contabeſcere faciunt. Quoſdam diuturna quartana conſumit. Exempla & medicorum volumina enumerant, & vita quotidiana exhibet. Sunt, quorum, cum nerui humoribus craſſis obſtructi ſunt, membra paralyſi ita reſoluuntur, vt annos aliquot lecto affixi hae-

haereant, antequam fatalis hora vitae & doloribus finem adferat. In his Vicelinus, vt narrat Helmoldus Slauicae Hiſtoriae libro quinto, vir ſumma vitae ſanctimonia & ſingulari morum integritate praeditus, Holſatorum & Wagriorum in primis, Apoſtolus, & primus Lubecae veteris ſacrorum Antiſtes, poſt tot in docendo labores, poſt tot in itineribus exantlandis moleſtias, poſt tot inter infideles gentes pericula, in paralyſin incidit, qua venerandus ſenex annos duos & dimidium vsq; ad beatum ex vita exceſſum, ita afflictus fuit, vt in ipſo lecto nec ſedere, nec iacere ſine exquiſitis tormentis poſſet. In iſtis morborum generibus, qui non vno nos debellant impetu, & pugna ſtataria omnes vires proſternunt, ſed qui pedetentim viribus ſumtis nos oppugnant, vel agmen ducit ſcorbutus, ille per regiones noſtras, ſeptentrionibus ſubiectas, tyrannus & turbulentus tribunus. Qui vbi primum propter ſplenis obſtructionem, vt cenſent Medici, in corpus ſeſe inſinuauit, humores corrumpit, ſanguinem foedat, membra debilitat, artus corrodit, & neruos contrahit, lasſitudinem inducit, crurum liuidas maculas producit, & tandem vniuerſum corpus corruptione tabida inficit, & conſumit. Nulli tamen hominum generi infeſtus magis & peſtilens eſt, quam qui literas ſecuti ſedentaria vita viam ſeſe inuadendi ipſi hoſti huic necesſitate ineuitabili ſternunt, & parant. Dum libris asſident, raroque contractum inter pulpita puluerem diſcutiunt, interim meatus ſanguinis obſtruuntur, morboq; hypochon-

chondriaco, ſcorbuti ſeu comiti, ſeu duci, pabulum abunde ſubminiſtratur. Eundem ordinis literatorum hoſtem implacabilem, illiusq; in ſe ſaeuitatem expertus etiam eſt Vir Clariſſimus & Praecellens M. *Sebaſtianus Meierus*, hactenus Scholae Lubecenſis Rector celeberrimus. Sed de morbi genere, deq; exceſſu viri dicemus, vbi prius vitae curſum, quem peregit, breui narratione expoſuerimus. Naſci illum contigit die XXIV Februarii, anno ſalutis humanae ſupra milleſimum quingenteſimo nonageſimo quarto. Patrem habuit *Sebaſtianum Meierum*, ciuem Lubecenſem honeſtiſſimum: matrem autem matronam optimam *Annam Knaken*. Apparebant in puero eae naturae dotes, quas ad literarum ſtudia excolenda neceſſarias docti iudicant. Neq; enim quoduis ingenium ad artes liberales aptum natum eſt. Quaedam ea ſtupiditate ſunt, vt, etiamſi Vulcanus quiſpiam ſecuri ſua findat cerebrum, ne mica tamen Mineruae proſiliat. Parentes igitur intellecto, ineſſe puero eam ingenii vim, quae ad capiendas literas, atq; ad eas artes, quae ad humanitatem pertinent, ſufficeret, ſuo & amicorum conſilio mature ſatis illum in Scholam ciuitatis publicam miſere. Illi ea tempeſtate Rector non ſine inſigni diſcentium fructu praeerat *Otho Gualtperius*, SS. Theologiae Doctor, qui ante Hebraicas & Graecas literas in Academia Marpurgenſi, quae in Haſſis eſt, feliciter docuerat, atq; in vtraq; lingua Grammatica praecepta integris ſyſtematibus ordine concinno comprehenſa

henſa, in gratiam diſcentium publici iuris fecerat. Frequentauit ſcholam patriam vsque in annnm aetatis ſeptimum & decimum: quo ſpatio Latinae & Graecae linguae ea fundamenta poſuit, quibus ſuperſtruere deinceps ſolidum aedificium in artibus humanioribus & diſciplinis, cognitione humana dignis, poſſet, poſtquam ludo patrio relicto ad ſuperiores ſcholas, quas Academias appellamus, ſe contuliſſet. Primum ergo a parentibus ad Academiam Roſtochienſem ablegatus eſt, ſeu quod illa vicinior eſſet, ſeu quod propter virorum, qui publice tum in illa docebant, claritatem frequentius illuc ad maiorem animi atq; ingenii cultum capiendum ex Europa commearent. Inter reliqua Academiae iſtius lumina, quibus Philoſophica illuſtrabantur ſtudia, clarus inprimis erat *Thomas Rhaedus*, Scotus, Philoſophus acutisſimus; quod encomium ipſi aduerſarius eius, Henningus Arniſaeus, publico ſcripto tribuit. In iis autem, qui ad elegantiores literas, atque ad optimos in vtraq; lingua auctores, ad Oratores, Hiſtoricos & Poëtas legendos iuuentutem adducebant, erant *Eilbardus Lubinus*, *Iohannes Poſſelius*, & alii. His doctoribus tanto ſtudio operam dedit, vt anno altero nondum elapſo primam in Philoſophia lauream decerpſerit. Commoratus autem in illo Lyceo integrum triennium eſt, & Collegiis, vti loquuntur, ſiue ea publice, ſiue priuatim haberentur, asſidue interfuit. Quaedam etiam ipſe aperuit, in quibus, quae iam asſiduo labore didicerat, alios explicando & diſputando docebat. Illud

Digitized by Google

enim ei Homericum Iliad. β. v. 298 aurem vellicabat:

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.
Turpe eſt & manſiſſe diu, vacuumque rediſſe.

Et illud, quod Neoptolemus apud Q. Calabrum l. IX. v. 280 ait:

Αἰδὼς γὰρ μάλα, πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἔνθα μένοντας
Ἔμμεναι ἀπρήκτους, καὶ ἀνάλκιδας, οἷα γυναῖκας.
Τεθναίην γὰρ μᾶλλον, ἢ ἀπτόλεμος καλεοίμην.
Pudendum enim, quod longiſſimum ad tempus hic manentes
Nihil efficiamus, & vt mulieres tam imbelles nos exhibeamus.
Emoriar potius, quam nomen ignaui geram.

Iam eam rerum Philoſophicarum, illarumque, quae ad ſolidiorem literarum pertinent cognitionem, ſibi parauerat, vt ad ſuperiorem aliquam ſcientiam, quam potiſſimum per vitam omnem ſequeretur, quamque aut docendo in aliqua Academia profiteretur, aut cuius beneficio in celebri aliqua Republica honeſtam functionem obtineret, applicare vellet animum. Suis autem quibusdam rationibus adductus Medico ſtudio ſe potiſſimum mancipauit, eidemque in illa Academia annum adhuc integrum ſumma cura atque induſtria incubuit. Poſt Roſtochio digreſſus, ad parentes inuiſit, cumque iis de ratione ſtudiorum ſuorum deinceps inſtituenda contulit, requiſito etiam conſilio doctorum & prudentium virorum,

virorum, quos in patria fautores habebat. Non diu hic commoratus, quod inglorium duceret, & cum praeſentiſſimo ſtudiorum coniunctum detrimento, diu ad focum haerere paternum, ad maiorem ingenii culturam, vberioremq; in medendi arte capiendos profectus, ſtatim anno cIↄ Iↄc XIV. ad Wittebergenſem Academiam, quae tunc nominis celebritate per vniuerſam Europam longe lateq; inclaruerat, eſt profectus. Hic vero ſtudio Medico, quod Roſtochii feliciter auſpicatus erat, tanta animi contentione incubuit, vt nihil eorum omittendum arbitraretur, quae ad illud accurate cognoſcendum, etiam iudicio doctiorum, requiri putarentur. Eminebat tunc in illo ordine *Daniel Sennertus*, cuius laudes noſtram orationem ſuperant. Hoc ille & aliis praeceptoribus publicis & priuatis vſus quadriennium eſt; quo tempore in nobiliſſima & generi humano longe vtiliſſima ſcientia ita profecerat, vt, ſi cuperet, Doctoris inſignia conferre ei *ἰατρῶν παῖδες* in celeberrrima Academia non dubitarent. Sed legite ipſius Sennerti verba, huc ex teſtimonio, quo Candidatum ſuum, inde diſcedentem, Kalendis Decembris anno Chriſti cIↄ Iↄc XVII. ornare voluit, tranſcripta: *Cum autem ſtudium delegerit Medicum, atque in eo in Academia Roſtochiana iam inſignes & laude dignos progreſſus feciſſet, vt eius telam pertexeret, & feliciter abſolueret, diligenter hic laborauit; praeſtantiſſimorum Medicorum libros domi ſtudioſe euoluit, publice docentes ſedulo auſcultauit, nec ἐγχειρήσεις Chymicas neglexit. Atque huius ſuae induſtriae & eruditionis ſpecimen in*

Digitized by Google

ventilatione erudita quaeſtionum Medicarum publice edidit; vt dubium Nobis non ſit, quin in eo, quod in animo habuit, ſi ſuae virtutis & eruditionis praemia in hac noſtra, niſi magni momenti res ipſum Roſtochium auocaret, petiiſſet, bonorifice conſequuturus fuiſſes, breui tamen vel in alia Academia aſſecuturum confidimus. Dum ita Medicorum arti cognoſcendae inuigilat, dum in Hippocratis & Galeni Aphoriſmis & magnis voluminibus perlegendis aſſiduus eſt, dum Chymicorum arcana ſolerti ſcrutatur mente, dum acutiſſimo & experientiſſimo Sennerto, dum aliis, qui tum ſcientiam illam ibi profitebantur, operam dat, non tamen, quod multos cum iactura ſolidioris eruditionis facere videmus, abiecit ille linguarum & humaniorum literarum ſtudia. Quin potius vt quotidie in iis maiores faceret progreſſus, ſeque etiam ad ea publice docenda, ſi ita res ferret, praepararet, non dubitauit alios docere ea, quae iam perceperat, cum docendo diſcamus ipſi. In illis erat *Daniel Rohrmann*, Nobilis Churlandus, cui cum Ephorus quaereretur, qui eas artes recte calleret, quibus iſta aetas imbuenda, Meieri is, vt Achilles Phoenicis, fidei, iudicio Profeſſorum, traditus eſt, cuius ſolerti inſtitutione Nobilis ita profecit, vt & ipſe grata ſemper mente celebraret, ſe illius diſciplina eſſe vſum, nec viros, qui ipſum ei adduxerant, commendationis ſuae poeniteret vnquam. Roſtochium igitur reuerſus, ſemeſtre ſpatium ἀγαμος ibi ſubſtitit, ſtudiis ſuis inuigilans, donec anno, qui inſecutus eſt cIↃ IↃc XIIX, quiq; Cometa illo inſigni, magnarum

rum calamitatum praenuncio, notabilis extitit, die Iunii menſis XXII, virginem natalibus & virtutibus conſpicuam *Gerdrudam Dobbiniam*, ex clariſſima Dobbiniorum familia prognatam, matrimonio ſibi iunxit. Cum Roſtochii ſubſiſteret, Conſules & Scholarchae Reipublicae Stadenſis literis ad Facultatem Philoſophicam, vt vocant, ſcriptis, doctum ad ſe mitti virum ex Academia volebant, qui in ſchola ſua, quae in iſta vrbe celebris ſemper fuit, primum Conrectoris munus, deinde, ſi res ita cecidiſſet, etiam Rectoris ſuſcipere & tueri pro dignitate poſſet. Redditae literae ſeptimo Ianuarii anno cIↃ IↃcXIX ſunt. Ibi viri in iſto ordine, qui Philoſophiae ſtudia profitetur, cuius Decanus tunc erat *Iohannes Poſſelius*, a Graecarum literarum accurata cognitione in primis clarus, inter tot literatos iuuenes, quibus Academia abundabat, ad vnum Meierum honorificam prouinciam detulerunt, quod illum in primis recte eam propter ſingularem doctrinam adminiſtrare poſſe iudicarent. Et ſuſcepiſſet, credo, oblatum munus, niſi eodem tempore honeſtior etiam functio ipſi obtigiſſet, vt mox dicemus. Vacare per id tempus coeperat Rectoratus celebris ſcholae, quae Guſtrouii eſt, & vir quaerebatur, qui ea eruditione & iſta docendi dexteritate valeret, qua informari recte puerorum & adoleſcentum ingenia ad bonas litteras atq; ad virtutem poſſent. Ad illud igitur munus ſatis honorificum ὁ μακαρίτης noſter a Celſiſſimo & Illuſtriſſimo Principe IOHANNE ALBERTO, Duce Mechlenburgenſi

& Coadiutore Collegii Canonici Razeburgenſis IIX Ianuarii anno cIↃ IↃcXIX vocatus, prouinciam delatam ſuscepit, eamq́ annos vndecim ita adminiſtrauit, vt, cum diſcedendum iſthinc ei eſſet, a Principum optimo, difficulter, & non niſi per libellum ſupplicem, abitum ſuum obtinuerit. Lubecenſis ſcholae Subrectoratum geſſerat hactenus M. *Martinus Wildius*, vir non illas modo artes, quae ab humanitate habent nomen, probe doctus, & Hebraicae in primis linguae perquam gnarus, ſed rerum etiam Theologicarum cognitione praeclara inſtructus. Is a ſcholaſtica functione ad docendum in eccleſia in Femariam inſulam vocatus, Paſtor oppidi Burg, & Inſpector caeterarum per illam inſulam eccleſiarum conſtitutus eſt. De loco, quem vacuum diſceſſu ſuo fecerat, obtinendo plures contendebant. Sed adnitentibus in primis M. *Adamo Helmſio*, tunc Paſtore ad D. Petri, poſtea etiam Seniore reuerendi ordinis eccleſiaſtici, viro & ſacrarum litterarum, & omnis elegantioris doctrinae cognitione, non vt vulgus doctorum, inſtructus, & M. *Iohanne Kirchmanno*, Scholae Rectore, effectum eſt, vt caeteris omnibus praeteritis Meierus ab Ampliſſimo Senatu Lubecenſi ad patriae Scholae Subrectoratum, anno huius ſeculi nono & vigeſimo, Septembri menſe, rite vocaretur. Ea erat tunc Mechlenburgici Ducatus propter Wallenſteinii arma conditio, vt Meierus non dubitaret, loco relicto patriae ſuam addicere operam; praeſentim cum amicorum literis de Conrectoratu, propter ſummum ſenium

M. *Dreie-*

M. *Dreieri*, conſequendo ſpes non obſcura ei facta eſſet. Diſcedens igitur Principis nunquam ſatis laudati ſingularem erga ſe gratiam atque favorem expertus eſt, vt is vltro illi promiſerit, aut illam ipſam functionem, quam reliquerat, aut aliam apud ſe ei non defuturam, ſi redire poſtea placeret. Ille autem patriae ſe plus, quam exteris, debere intelligens, in patria ſchola ornanda operam collocare ſuam malebat, cum omnium charitates patria vna complexa ſit, & veriſſime Poëtarum ſapientiſſimus Euripides ſcripſerit:

> Εἰκὸς δὲ παντὶ καὶ λόγῳ καὶ μηχανῇ
> Πατρίδος ἐρῶντας ἐκπονεῖν σωτηρίαν.
> *Conuenit omni ratione & arte*
> *Amantes patriam ſalutem eius moliri.*

Subrectoratum, quem adierat, cum quadrantem anni geſſiſſet, ad plures abiit vir Clariſſimus & de ſchola Lubecenſi optime meritus *Ioachimus Dreierus*, & in pangendis Graecorum metris in primis felix; cuius in inſtituenda iuuentute fidem & ſedulitatem nunquam ſine grata recordantur memoria, quicunque ex illis, qui docentem audiuere, in vita ſuperſunt. Non alium requirendum ſibi Senatus Lubecenſis putauit, ſed M. Meierum ſtatim anno cIↄIↄcXXX in locum defuncti ſurrogauit. Ipſe ſpartam, quam nactus erat, annos tres & decem pro virili ornauit. Rexerat hactenus cum immortalis nominis fama Scholam Lubecenſem annos triginta vir Clariſſimus *Iohannes Kirchmannus*, antea Profeſſor Academiae Roſtochienſis; cuius eminentem eru-

ditionem loquuntur ingenii monumenta, quae cum literato orbe communicauit; inprimis libri quatuor, quos *de Funeribus Romanorum*, multa & exquiſita doctrina plenos edidit, & *de Annulis* liber ſingularis, non minus Auctoris ingenium & diffuſiſſimam variorum ſcriptorum lectionem, accuratamque antiquitatis cognitionem referens. Hic XIII. Kal. Aprilis anno cIↃ IↃcXLIII corporis vinculis ſolutis vitam cum morte commutaverat. Hic iterum Meierus a frequenti Senatu Rector Scholae patriae deſignatus eſt, & anno eodem, die XXIV. Iulii praeſentibus Magnificis Dominis Coss. *Chriſtophoro Gerdeſio*, *Othone Brokes*, *Antonio Colero*, ab Ampliſſimo & Conſultiſſimo viro *Benedicto Wincklere*, Doctore celebri, & Reipublicae Syndico primario, publice in poſſeſſionem officii miſſus eſt. Graui muneri, & quod maiorem requirit curam, quam vulgus iudicare nouit, Meierus annos ferme vnum & viginti, multis exantlatis toto illo tempore laboribus, praefuit. Non propoſitum hic mihi eſt, quanquam id vere poſſem, & forte non abs re eſſet, commonſtrare, quantum laboris, ſolicitudinis, curarum & moleſtiarum, addo etiam offenſionum, ſubeundum ei ſit, qui prouinciam hanc cum dignitate, atque cum fructu illorum, qui fidei illius commiſſi ſunt, adminiſtrare enixe cupiat. Argum eum eſſe oportet, qui videre & praeuidere omnia conatur, id eſt, qui officio, & conſcientiae ſatisfacere ſuae diſcupit. Neque enim ille muneris ſibi demandati partes explet, ſi publice & priuatim docet iis horis, quae illi aſſigna-

aſſignatae ſunt. Sed cum totius ſcholae cura commiſſa illi ſit, verſanda mens in omnes partes eſt. Lectionum omnium, quae per ſingulas proponuntur claſſes, accurata illi habenda ratio eſt. Videndum quid, quaue methodo doceant, quos ille laboris communis habet ſymmyſtas. Sollicite praecauendum, ne quid per conniuentiam ſuam diſcipuli peccent: & ſi quid ex contemtu legum, aut magiſtrorum (vt eſt ea puerorum & adoleſcentium aetas ad delinquendum prona) peccatum fuerit, ne impune ſe id feciſſe gloriari vnquam poſſint. Sexcenta alia lubens praetereo, quae humeris illius incumbunt, & quibus ſingulis intentum eſſe illum oportet, qui recte defungi laborioſiſſimo munere velit. Quod quam difficile ſit, in tanta praeſertim de laboribus ſcholaſticis iudicantium multitudine, quiuis cordatus, ſine me monitore, intelligit, & forte nemo rectius, quam qui hoc Siſyphi ſaxum diu voluit. Iudicant & illi, ad quos haec cura non tantum non pertinet, ſed etiam qui, quid ad publicam inſtitutionem requiratur, ne per nebulam quidem viderunt. Non haec dico, quaſi, qui publice docemus, bonorum & recte cenſentium reformidemus iudicia. Quin potius illa cum ex amore ſcholae & boni publici profecta credamus, tanti facimus, vt, quae ita notantur, corrigere ſtudeamus, noſtramque inſtitutionem optimorum conformare iudiciis adnitamur. Sed de illis hic nobis ſermo, qui ex ſola cenſendi libidine, nonnunquam ex inuidia, accuſant, quae recta ſunt, aut ſaltem apud aequos rerum aeſtimato-

Digitized by Google

matores excuſationem merentur. Soleo ſaepe mirari, quo in pretio apud Sinenſes habeantur Praeceptores. Gens ea in extrema Aſia, vltra ipſos Indos, ſita eſt: & barbara, quanquam in eo, quod dicam, minime barbara. Tantum eſſe apud iſtum populum Praeceptorum venerationem, tantum amorem, vt in hoc ante reliquas nationes omnes aliquid habeant ſingulare, ſcribit Martinus Martinius, qui complures annos in gente ea verſatus eſt, Sinicae Hiſtoriae Decade prima, libro quarto, in Imperatore Chingo p. 89. Scriptoris verba appono: *Nunquam diſcipulus aduerſa fronte praeceptori conſidet, ſed in loco humiliori. Et hoc non modo ſeruatur, dum illi dat operam; ſed etiam quoad vixerit. Semper illum nominat praeceptorem; qui titulus apud Sinas ſummus habetur: ſemper ſe diſcipulum. At licet diſcipulus ſuperiorem teneat aliquando dignitatis gradum, quam praeceptor, hunc tamen eadem illa veneratione, qua ante, proſequitur. Similiter in conſueta ſalutatione, quam non voce, ſed ſcripta ſibi mutuam, more gentis, impertiunt, accepto redditoque nomine, diſcipulum ſe ſcribit. Praeceptor autem reſalutans eum, non ſe Praeceptorem ſcribit, ſed amicum. Eſtque inter eos tanta ſemper amoris conſpiratio, vt mutuam operam in rebus omnibus conſtanti fide ſibi tradant. Nec aliud, ſi a Patre diſceſſeris, eſt praeceptore maius aut praeſtabilius.* Haec ille. Plura non conqueror, ne hac ipſa narratione offendam. Praeter ordinarios, & quotidie in circulum redeuntes labores, etiam alios, quibus iuuari diſcentium ſtudia poſſe putabat, in ſe ſuſcipere non detrectabat. Ideo *Grammaticam*

Graecam

Graecam Gualtperii, quem paulo ante laudauimus, *Obſeruationibus* & *Acceſſionibus a ſe auctam* anno cIɔIɔcXLI vulgauit. Erat enim Graeci ſermonis inprimis gnarus, vt non in ſoluta modo oratione promte illo vteretur, ſed etiam metra in eo non inuita Minerua pangeret, quoties vel honori amicorum laetisue rebus gratulandum eſſet, vel conſolandi illi in rebus aduerſis, praecipue in ſuorum funeribus forent. Nec illas artes, quas ἐγκυκλοπαιδείας nomine appellarunt veteres, vulgariter nouerat. Ex quo factum, vt quanquam iam a termino prope abeſſet fatali, anno tamen ſeculi noſtri ſexageſimo primo, & proximo, ſexageſimo tertio, *Logicam* & *Rhetoricam* a *Ioanne Kirchmanno*, quem ſupra noſtra laudauit oratio, in Scholae Lubecenſis vſum quondam ex Ariſtotelis potisſimum placitis, methodoq; illius conſcriptas, *Obſeruationibus Notisque* exornatas ediderit. Habebat quoq; inchoata nonnulla, affecta etiam quaedam; at propter ordinarios, quibus diſtinebatur, labores, nondum perfecta; in quibus erat & *Nomenclator Scholae Lubecenſis*. Quod non vtile tantum, ſed & neceſſarium putaremus, vocabula rerum non Latina modo, ſed & Graeca atq; Hebraica noſtris inculcari diſcipulis, ita inter ipſum & me conuenerat, vt ille Graeca, ego Hebraea, quantum idiotismus illius linguae, & vocabulorum in ea, ſi Graecam & Latinam reſpicias linguam, paucitas admitteret, adderemus. Ipſe aliquo vsq; progreſſus in eo eſt, ſtudiumq; bene de ſchola merendi teſtatum reliquit. Sed adverſa

vale-

Digitized by Google

valetudine iam ferme ſemeſtri integro ſufflaminatus eius conatus eſt, cum praeterpropter mediam libelli partem attigiſſet. In extraordinariis eius laboribus habendae etiam *Orationes*, quas honori & memoriae egregiorum & excellentium virorum in publicis auditoriis habuit. In his laudauit XXIII Septembris anno cIↄIↄcXXIX M. *Enochum Suantenium*, Eccleſiae apud Guſtrovienſes Paſtorem vigilantisſimum: in his incomparabilem virum *Nicolaum Hunnium*, Eccleſiae Lubecenſis Superintendem, doctrina, morum grauitate, aliisq; magnis animi dotibus percelebrem virum: in his deniq; virum Magnificum *Chriſtophorum Gerdeſium*, in imperialem noſtram Lubecam magnis meritis conſpicuum. Multo vero plures, vita functos, quorum id virtus, dignitas, doctrina aut pietas poſcebant, *Programmatibus* in illorum laudes editis celebrauit. Et quoties viri docti, aut Studioſi iuuenes ingenii ſpecimina, ſiue in ſoluta oratione, ſiue numeris adſtricta declamitando edere publice vellent, ipſe Programmate, argumento, de quo dicturi eſſent, & declamatore laudatis, auditores ad audiendum inuitabat. Ad reliquas felicitates, quas Deus larga manu in Meierum contulit, accedit etiam placidum foecundumq;, cumq; eadem coniuge *Gerdruda*, quam iam viduam reliquit moeſtisſimam, annos ſex & quadraginta productum matrimonium. Suſcepit ex ea liberos ſeptem; quorum primus eſt vir Reuerendus & Clarisſimus M. *Erneſtus*, Rhûenſis in agro

Mech-

Digitized by Google

Mechlenburgico Paſtor vigilantisſimus (50). Secundo loco ei nata *Anna*, qaae primum Viro Pl. Reuerendo & Clarisſimo M. *Lucae Bacmeiſtero*, Paſtori Razeburgenſi, Superintendenti Speciali, & Adſeſſori Conſiſtorii grauisſimo nupta fuit: nunc vero Viro Pl. Reuerendo & Clarisſimo M. *Iohanni Deteringio*, SS. Theologiae Candidato, Paſtori itidem Eccleſiae Razeburgenſis fidelisſimo, matrimonio iuncta. Poſtea iterum filia ei nata eſt; ſed quae in ipſo partu ſtatim extincta. Quartus liberorum eſt Vir Clarisſimus & Experientisſimus *Sebaſtianus*, Medicinae Doctor, & Practicus apud Guſtrouienſes percelebris. Quintus, Vir Amplisſimus & Conſultisſimus *Nicolaus*, I.V. Licentiatus, & Saxoniae Inferioris Aduocatus diligentisſimus. Sextus, Vir Reuerendus & doctisſimus *Chriſtophorus*, Eccleſiae Hohemmiſtorpienſis in Ducatu Mechlenburgico Paſtor. Septima eſt *Gerdruda*, virgo, quam pietas, modeſtia atq; ſedula rei familiaris cura commendant. Atq; ex his liberis ſuis ὁ μακαρίτης noſter octodecim nepotes atq; neptes vidit, vt nec illa parte diuina bonitas ei quid denegaſſe videri queat. Reſtat, vt de morbo, deq; vitae exitu illius, quantum per inſtituti noſtri rationem licebit, dicamus. A ſcorbuto, hoſte illo literatorum infenſisſimo, quem, quo diligentius officio ſuo ſatagere ſtudent, libris affixi, eo magis fouent, & vires illi addunt, infeſtatum illum fuiſſe antea

(50) In Carmine gratul. Diſputationi Inaugurali *Sebaſtiani*, fratris, adiecto ſe vocat *Eccleſiaſten Swerinenſem*.

antea dixi. Huius ille violentiam ſaepe quidem per vitam in ſe ſenſit, ſemper tamen illo ſuperior, tyrannidem eius ſeu victus ratione, ſeu medicamentorum eluſit efficacia, donec tandem ita omnes illius peruaſit artus, accedentibus etiam ſenectutis incommodis, & calculi doloribus acutisſimis, qui vel ſoli expugnare praeualidas corporis vires poſſunt, vt in Octobri anni ſuperioris ordinariis obeundis laboribus non amplius par decumbere interdum cogeretur. Colluctatus quidem ille ſtrenue cum pertinacia morbi eſt, & ſaepius ad munus docendi per vices rediit; ſed ea vis mali, iam in medullis haerentis, erat, vt tandem cum anno nouo ineunte omittere prorſus docendi prouinciam neceſſe haberet, & Medicorum ſe curae permittere, atq; a Deo, in cuius manu vita & mors noſtra, exſpectare ſeu valetudinis reſtitutionem, ſeu beatum ex turbulento hoc mundo exceſſum. Quem tandem poſt continuos & non vnius generis dolores conſecutus eſt, cum XII Februarii die corporis exſuuias depoſuit, terrae vsq; ad vltimum illum & decretorium diem mandandas, animam autem Seruatori ſuo Chriſto reddidit, a quo ipſa redemta, & cuius abluta ſanguine, ius coeli adipiſcendi conſecuta eſt. Deceſſit anno climacterico, ſeptenario decies in ſe reuoluto. Nam ſeptuaginta compleuit annos, diebus exceptis duodecim, attigitq; illum viuendi terminum, quem vitae humanae Moſes, mortalium diuinisſimus, in Pſalmorum libro definiuit, cum ſcripſit: dies annorum noſtrorum eſſe ſeptuagenos annos, aut

(vt

Digitized by Google

(vt ſimus valentisſimi) octogenos; etiam excellentisſimum illorum eſſe laborem & moleſtiam meram. Corpus dormitorio ſuo inferemus die XXIV Februarii; qui idem Defuncto natalis fuit. Ad funeris deductionem vt Magnifici Dn. Coſſ., Plurimum Reuerendus & Excellentisſimus Dn. Superintendens, Nobilisſimi Dn. Syndici, Amplisſimi & Experientisſimi Dn. Doctores, Reuerendi & Clarisſimi Dn. Paſtores & Symmyſtae, Prudentisſimi Dn. Senatores & Secretarii, reliquique Reipublicae huius ciues, frequentes adeſſe velint, qua debeo reuerentia rogo atque contendo. P. P. Lubecae VII. Kal. Mart. CIϽ IϽC LXIV.

GEORGIVS MEISNERVS.

Philologum hunc & de Lyceo noſtro, & de litteraria republica meritisſimum ea, qua meritus eſt, ratione celebrauit Otto Gualtperius. Huius enim extat Oratio hoc titulo inſignita: *Oratio Funebris continens Deſcriptionem Vitae ac Mortis, ornatisſimi atque doctisſimi viri Dn. M. GEORGII MEISNERI, Subconrectoris Scholae Lubecenſis diligentisſimi fidelisſimique, anno ab incarnatione Filii Dei 1597, menſe Octobri, in Chriſto pie defuncti, recitata in Auditorio publico ab* Othone Gualtperio *D. Scholae eiusdem Rectore. Cui Epicedia nonnulla ſub finem ſunt adiecta. Lubecae ap. Iohannem Balhornium. An.* 1597. 4. Quae Oratio quoniam eſt in paucisſimorum manibus, & ad chartas fere deperditas dudum relata, continet autem multas

tas res commemorabiles, noſtris Athenis tota inſeri & conſeruari meretur. His autem concepta eſt verbis:

Pleni ſunt omnium Ethnicorum ſapientum libri querelarum triſtisſimarum, Aud. clariſſ. reverendi, ornatisſimi, humanisſimiq́ꝫ, de fugacitate, breuitate atq́ꝫ inconſtantia vitae humanae. Animum ſiquidem paulo extollentes altius, ac miram varietatem rerum humanarum calculo quaſi ſubducentes, continere ſeſe non potuerunt, quin cum admiratione magna, imo ſtupore quodam incredibili, & prouidentiam Dei ſuſpicerent ineffabilem, & hominis ipſius conditionem miſerrimam ſuſpiriis intimis rimarentur, voceq́ꝫ flebili *μελέτην* hanc ſuam conteſtatam redderent. Principem illorum, ſi loco principe adduxero, Homerum, non fecero abſurde. Is Glaucum illum bonum cum Diomede colloquentem, ſuaeq́ꝫ familiae genealogiam ſplendidisſime quidem, at ſtulte enumeraturum, ita de hominis ortu atq́ꝫ interitu praefantem introducit:

Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοιῆδε καὶ ἀνδρῶν
Φύλλα τὰ μεν τ' ἄνεμος χαμα διχέει, ἄλλα
δε θ' ὕλη
Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη
Ὡς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει.

Id eſt, vt Eobanus noſter pulcerrime reddidit:

Perſimile eſt foliis hominum genus omne caducis;
Quae nunc nata vides, pulchrisque vireſcere ſylvis,

Autumno veniente cadunt, ſimul illa perurens
Incubuit Boreas: quaedam ſub verna renaſci
Tempora, ſic vice perpetua ſuccreſcere lapſis
Semper item noua, ſic aliqueis obeuntibus, vltro
Succedunt alii iuuenes aetate grauatis.

Oblectatum fuiſſe hac nobili Glauci ſimilitudine ſingulariter Pyrrhonem Elienſem, auctor eſt Laërtius in eius vita lib. 9. Et παράλληλος eſt huic altera, quae exſtat apud vatem eundem lib. Iliad. 21:

— — — — frondibus omnes,
Sunt ſimiles homines: nunc laeti alacresque fruuntur
Terrae muneribus, nunc deſtituuntur & arent.

Et Lycaon in libro eodem ad heröa praeſtantisſimum Achillem:

Nonne vides, quam magnus ego, quam robore praeſtans.
Quam ſim membra decens, ſpecie formaque virili,
Matre Dea, claroque & magno patre creatus?
Me tamen impia mors & non ſuperabile fatum,
Hinc rapient, & erit tempus, ſeu mane renaſcens
Hoc aurora ferat, mediae ſeu tempora lucis
Quo me aliquis gladio perimet, vel arundine miſſa
Eneruo, & valido longe iaculantis ab arcu.

Pulcerrimum etiam eſt Menandri illud, quod extat apud Plutarchum in libello conſolatorio ad Apollonium: τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν λόγων. ἄνθρωπος εἶ. οὗ μεταβολὴν θᾶττον πρὸς ὕψος καὶ

πάλιν ταπεινότητα ζῶον ὐδὲν λαμβάνει. καὶ μάλα δικαίως. ἀσθενέςατον γὰρ ὂν φύσει, μεγίςοις οἰκονομεῖται πράγμασι, hoc eſt. *Caput atque ſumma orationis meae haec eſt: Homo es: quo non eſt animal aliud vsquam, quod modo ſurgat, modo cadat citius atque crebrius. Ac iure ſane: quippe debiliſſimum cum ſit, negotia adminiſtrat maxima.* Et Euripides apud eundem: ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος, καὶ ἡμέρα μία τὰ μὲν καθεῖλεν ὕψοθεν, τὰ δ' ἦρ' ἄνω. *Felicitas ſtabilis eſt nunquam, ſed in diem durans: Et dies vnicus haec quidem ab alto traxit, haec & ſuſtulit ab imo in altum.* In quibus verſibus Poëtam laudatiſſimum Demetrius Phalereus culpaſſe dicitur, quippe qui non ἡμέραν μίαν, id eſt, *diem vnum*, ſed ςιγμὴν χρόνυ ſeu *temporis punctum* dicere debuerit. Pindarus vero noſter, quam grauiter, quam neruoſe, quam ſollicite de breuitate ac vanitate vitae humanae pronunciat: ἐπάμεροι, inquit, *homines vnius diei ſumus:* τί δέ τις; τί δ' οὔτις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι: *quid quisque noſtrum eſt? quid vero nullus? Vmbrae ſomnium eſt homo.* Nihil inanius, nihil vanius vmbra: & tamen quod adhuc magis inane ſit: Vmbrae ſomnium appellat hominem. Quomodo & Aeſchylus vmbrae fumi ſimilem facit hominis vitam. Et Sophocles in Aiace: ἄνθρωπός ἐςι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον. *Homo*, inquit, *flatus atque vmbra eſt ſolum.* Haec & ſexcenta alia in Ethnicorum libris, praeſertim vero in Tragicorum choris, occurrunt. Viderunt igitur illi miſeriam hominis, viderunt calamitoſiſſimam pſius vitam, viderunt ingentia atque innumera mala,

mala, quibus quotidie quaſi circumuallatus homo, perpetuam exercere militiam teneatur: Sed illud interim peruidere non potuere, vnde miſeria haec; vnde malum tam grande, tam nefarium atq; inexpugnabile; vnde fortuna tam dura atque crudelis. Ad fatum ſane aliquod & prouidentiam aliquam Dei, opificis rerum omnium, reſpexerunt illi, qui vires ingenii, & dotes in mente relictas diligentius aliquanto excoluere. Sed quodnam, vel quale fatum iſtud eſſet, quaenam prouidentia illa (cum luce prorſus omni ſacrarum literarum deſtituti eſſent gentiles) explicare profecto nequaquam, multominus ſpem aliquam certam concipere inde potuerunt. Perierunt igitur in ignorantia iſta, & quidem miſerrime atq; infelicisſime aeternum perierunt. Gentilibus itaq; in tenebris ac morte perpetua relictis, ad populum Dei veniamus, diſpiciamusq;, quid ille de ortu, quid de progreſſu, incremento, decremento, fine deniq; atq; interitu vitae humanae doceat, profiteaturq;. Eſt populus ille Eccleſia Dei viuentis, cui concredita oracula ſunt, non ab homine aut ingenio humano profecta excogitataue, ſed ab ipſo Dei Spiritu coelitus ad coetum hunc ſolum delata. Hic populus nouit, quid mors, quid vita: quae cauſa mortis, quis vitae finis. Hic populus, inquam, intelligit, non caſu, non temere, non fortuito fieri, quicquid demum fiat in toto vitae humanae curriculo. Res vilisſima, ac ne titivillitio quidem redimenda eſt capillus e capite humano defluens, & tamen hic non defluere di-

citur ſine Patris noſtri, qui in coelis eſt, beneplacito ac benigna voluntate. Quanto vero chariora reliqua? Deus eſt, qui condit & format nos, dicente Iobo: Spiritus Domini fecit me, & flatus altisſimi vitam dedit mihi. Manus Domini formauerunt me, & quicquid membrorum ſeu partium corporis in me eſt, rite decenterq; effinxerunt. An non ſicut lac conflaſti me, Domine, & ſicut caſeum coagulaſti me? pelle & carne induiſti me, atq; osſibus & neruis contexuiſti me? Deus eſt, qui formatos ac factos nos ex vtero educit materno, eductos non ponit in eremum, aut locum ſolitarium, ſed in ſplendidisſimum hoc mundi a ſe fabrefactum theatrum. Verum enim vero etiamſi hoſpitium hoc, quod ſub locationis inhabitamus titulo, praeclarum atq; amplum ſatis ſit: immanitate tamen efferatos hoſtes habemus plurimos. Quid vero Deus formator & parens noſter? Non ſane figmenti ſui abiicit curam omnem, vt figulus & rotam & ollam ſolet deſerere, ſed vaſa a ſe ficta ſollicitudine ſumma complectitur, protegit, munit, defendit. Prouidentia igitur ſua generali cum vniuerſum mundi ſyſtema, tum vero inprimis ea, quae ad hominem ſpectant, gubernat, moderatur, diſponit, ordinat: Sapientia ſua ineffabili pulcerrimum ordinem atq; εὐταξίαν plane ſtupendam orbium motuumq; coeleſtium conſeruat: bonitate ſua inexhauſta, vires coeleſtes in haec inferiora agere, adeoq; motu, lumine ac radiis viuificare corpora elementaria permittit: & ſic animantibus ſimul atq; hominibus

bus paſtum & victum neceſſarium ſuppeditat. Sed haec vniuerſo hominum generi communia. Quae vero & quanta bona quaeſo, praeter enumerata, Deus in populum ſuum, peculium ſuum, Eccleſiam ſuam confert? Specialis hic amor ardet, ſpecialis cura atq; prouidentia. Donat huic populo filium ſuum cum omnibus beneficiis, beneficiis, inquam, longe pretioſisſimis, ac nullo vel auro vel theſauro mundano redimendis. In hoc filio ſuo dilecto nos quoq; per ſacroſanctam baptismi aſperſionem in filios adoptat, regenerat, haeredesq; omnium bonorum coeleſtium ſcribit. Cum hoc per ſumptionem pretioſi corporis ac ſanguinis in Euchariſtia ita nos vnit ac copulat, vt virtute atq; vigore cibi ac potus iſtius ſpiritualis ac vere coeleſtis, corpora quoq; noſtra certam reſurrectionis ſpem ac beatam aeternamq; cum ipſo Saluatore conſociationem ſint habitura. Docet & regit nos verbo ſuo patefacto, certam mandatorum normam, ſecundum quam vitam noſtram inſtituamus, praeſcribens. Conſolatur & erigit nos per Euangelii vocem, vbi ex virium noſtrarum imbecillitate legis ſententiae ſatisfacere nos non poſſe videt: condonat nobis peccata noſtra, quibus ipſum quotidie offendimus, atq; ad iram prouocamus, propter filium gratis: abſoluit nos a peccatis noſtris, imputata filii iuſtitia: terminum nobis ponit, quamdiu & quousq; in hac aerumnoſa peregrinari debeamus vita: donec ad noſtrum, quod in coelis eſt, πολίτευμα tandem traducamur, ibiq; aeterna conſuetudine omnium ſancto-

Digitized by Google

rum, beatorumq; Angelorum plene, immo pleniſſime ac cumulatiſſime perfruamur. Haec omnia ignorant gentiles, hodieque populi extra veram Dei eccleſiam poſiti: ideoq; omnium creaturarum ſunt miſerrimi, nullam habentes beatae cum Chriſto vitae cognitionem, nullam ſpem ſolidam, conſcientiae pacem nullam: deniq; circumuallati malignorum ſpirituum technis, ac laqueis ipſorum irretiti, aeterni exitii barathrum cum ipſis aeternum coguntur ſubire. O beatum igitur populum illum, qui vitae ſuae ortum non parentibus, ſed Deo acceptum refert, qui finem eius non tabulis Parcarum, ſed Deo determinanti adſcribit: qui vitam mediam tutelae atque prouidentiae diuinae committit, qui totus in eo eſt, vt πολίτευμα οἰκεῖον & proprium, quod in coelis eſt, conſequatur: qui mundi peruerſiſſimi pertaeſus, fugacitatisq; ac breuitatis vitae huius memor, in hanc ſaepius erumpit vocem:

Haec vita haud vita eſt, ſed vitae verius vmbra,
Cum viuo viua eſt viuere vita Deo.

Sed quo tandem praefatio haec mea videbitur directa? quis noſtri, rogites, fuerit inſtituti finis? Meminiſtis, Auditores, & quidem non absque iuſto dolore meminiſtis, quam ſaeua hactenus in ciues noſtros graſſata fuerit peſtis, ſic vt menſes perpauci neſcio quantam ex grege noſtro abripuerint multitudinem. Quae ſane res ad Philoſophiam Platonicam, id eſt, perpetuam

tuam mortis meditationem etiam ἀθέυς & impios, quantumuis inuitos, pertrahere potuit. Pullati, qui quotidie ob oculos nobis verſantur, loquuntur hoc: lacrymae piorum teſtantur: voces puerorum circumſonantes & vellicantes aures noſtras id clamant. Cum igitur in numerum illorum, qui hisce diebus e miſera hac & calamitoſisſima vita in coeleſtem patriam euocati ſunt, etiam a Deo opt. max. ſignatus fuerit chariſsimus nobis Collega, amicus & compater meus incomparabilis, M. *Georgius Meisnerus*: quem e veſtigio quaſi ſecutus eſt M. *Iohannes Meinike*, Cantor huius Scholae fidelisſimus, cuius vtriusq; anima iam viuit in benedictione & gloria coeleſti, pietatis ſimul & aequitatis fore iudico, ſi erudiendae iuuentutis noſtrae cauſa ἐπιταφίῳ quodam λόγῳ cineribus *Meisneri*, tanquam amici veteris & noti, parentauero. Cantori pie defuncto iuſta, vti non dubito, alius Collegarum ſoluet propediem. Vt vero id, quod inſtituti mei eſt, conſequar felicius commodiusq;, dicam primo, de prima ipſius vita: ſecundo de media: tertio de poſtrema & vltima: de prima, vt lucem hanc ingreſſus eſt, & ciuis mundi factus: de media, vt vitam hanc traduxit mortalem: de vltima, vt a nobis abiens, in coeleſtem migrauit patriam. Veſtrae humanitatis erit (id quod ſummopere oratum volo), ad tempus perexiguum beneuolas atq; attentas mihi praebere aures. Ad vitam igitur primam & fragilem pergo, qua primum lucis

Digitized by Google

huius vſurae particeps eſt redditus ciuisque mundi factus: mox vero in ciuitatem quoque Dei per Baptismum adſcriptus. Natus eſt mundi ciuis ex honeſtisſimis parentibus in hac inclyta vrbe Lubeca, cuius laudes ſi hoc loco ſimul vellem attingere, poſſem videri poſt Homerum Iliada, quod dicitur, texere velle. Annus agebatur ſupra milleſimum quingenteſimum τῆς ἐνσαρκώσεως τοῦ θεανθρώπου, ſexageſimus primus: fulgente die menſis Aprilis 13. hora nona pomeridiana, minuto circiter trigeſimo quarto. Vnde ſi calculum ſubducamus, apparet, eum hoc temporis articulo, quo vita pie defunctus eſt, annorum fuiſſe 36 cum ſeptimanis 27, diebus tribus. Parentes fuerunt *Ioannes Meisnerus* & *Sophia Bardtmans*, ambo ciues Lubecenſes: quorum ille natus eſt patre *Bertholdo Meisnero*, cui vxor *Prisca*: *Sophia* vero nata patre *Lubberto Bardtmanno*, viris & matronis longe honeſtisſimis. *Bertholdus* Wittenbergae anno 1558, menſe Auguſto, pie in Domino obdormiuit: *Prisca* coniunx ibidem & mortua & ſepulta eſt anno 1547. *Ioannes* vero *Meisnerus*, parens Magiſtri noſtri, anno 1566. Auguſti 29. in Norvegia vitam cum morte commutauit & in templo quodam vltra aquas ad Elsburgum ſepultus eſt. *Sophia*, mater, anno ſequente 67 Hafniae Danorum mortua, honeſteque terrae mandata eſt. Susceptores, qui ad ſacroſanctum Baptismatis lauacrum infantem hunc noſtrum admouerunt, percipio fuiſſe Illuſtriſſ. Principem *Franciſcum Henricum*, Ducem Lunaeburgenſem &c. nobilisſimum

ſimum *Georgium Hobendorffium* & *Helenam Steinbachs*. Quanquam vero peregrinus ego, nec ipſe viderim, nec ſollicitius inquiſiuerim, qui aut quales parentes Meisneri fuerint: iſtud tamen commemorari audiui ſaepius, matrem *Sophiam* fuiſſe matronam longe honeſtisſimam; parentem vero virum talem, qui a rebus domeſticis ad rem militarem abſtractus, propter inſignem fortitudinem & pectus plane Achilleum a viris Principibus & Regibus charus fuerit habitus: quiqꝫ non in infimis militiae gradibus aut ordinibus perſtiterit, ſed ob virtutem militarem, ſingularem induſtriam atqꝫ dexteritatem, ad ſummos honores, ſummaqꝫ militiae munera obeunda fuerit pertractus. Hoc vero charisſimus Magiſter noſter, vt filius φιλόϛοργος, per omnem ferme vitam doluit, quod neutrum parentum per infantiam potuerit agnoſcere, memor verſiculi veteris:

Huic ſunt diuitiae ſolae, materque paterque.

Quo enim ingenium praeſtantius, quo animus generoſior, eo ϛοργὰς ſiue affectus amoris erga ſanguinem propinquum & ex quo maxime natus eſt, habet expresſiores atqꝫ ardentiores. Cogitate ipſi, auditores humanisſimi, quantum iſtud mali ſit, quantum incommodi ac miſeriarum adferat, naſci in hanc lucem, & ſtatim charisſimis genitoribus, ad quos omnis amor noſter reflecti debebat, omnis ϛοργὴ conuerti, orbari atque priuari. Nouiſtis in rebus humanis nihil amarius, nihil acerbius, nihil grauius, immo nihil triſtius, aut ſuauitati vitae hu-

manae (ſi qua ineſt vitae huic ſuauitas) magis contrarium excogitari poſſe. Quid igitur pupillus noſter, quid orphanus noſter? Deum parentem in coelis habet, qui non minorem, quam ſi vixiſſent parentes corporales, curam eius agit: ſecundum illud, quod eſt apud Prophetam regium: Deus eſt pupillorum Deus, & cauſam agit viduarum, Deus in habitaculo ſanctitatis ſuae. Fratres germanos habuit duos, *Ioannem* natu minimum, & *Franciscum Meisneros*: ſorores duas, *Lucretiam* & *Priscam*; e quibus alter ad maturiorem peruenit aetatem *Franciſcus*, natus anno 62. Auguſti 24. ciuis vrbis huius honeſtiſſimus, mercator laudatus ac bonus, qui προδρόμου, ſeu anteambulonis vice fungens, eodem, quo Magiſter noſter, correptus morbi genere, vndecim ſeptimanis ante fratris *Georgii* obitum ex hac vita pie deceſſit, honeſteq; ſepulturae traditus eſt. Soror *Lucretia* vnum tantum annum viuens, obiit anno 59; quo eodem naſcitur *Prisca*, & vitam finit anno 73. Porro infantiae annos & vitam primam cum eſſet ingreſſus Meisnerus noſter, praeſtantiſſimi viri *Iacobi Steinbachii*, Capitanei ſpectatiſſimi, educatione vſus, paulatim ad pietatis quoque exercitia fuit aſſuefactus. In quibus vt tanto redderetur & expeditior, & temporis quoq; cum aetate progreſſu, ſuccum aliquem humanioris literaturae imbiberet, ob amicis ad Scholam hanc noſtram fuit miſſus. Etſi vero ſors fratris vtriusq; ob fortunae tenuitatem aliquanto fuerit durior, non ſane ob parentum indiligen-

ligentiam, ſed quod pupillis, vt percepi ex aliis, ſtipendium in militia a parente emeritum non numeraretur: honeſta tamen ipſi & inſtitutio & educatio liberalis nunquam defuit. Meminerint autem, qui bucceam pupillis eripiunt, Salomonis iſtud: Non transferas limitem antiquum, & in agros pupillorum ne ingrediaris: ſiquidem redemtor eorum fortis eſt, & iudicabit cauſam eorum contra te. Ingenio igitur cum eſſet alacri & viuido, tantumq; in elementis ſcholaſticis inferioribus profeciſſet, vt locus in claſſe ſexta Scholae noſtrae ei attribueretur, a Praeceptore eius claſſis, viro humaniſſimo atq; doctiſſimo Dn. *Nicolao Balbornio*, recordationis piae, non ſolum ſingulariter adamatus, verum etiam in aedes proprias receptus, & per tres annos integros, victum propinquis ſoluentibus, ſuſtentatus fuit. Quo in hoſpitio ita ſemper ſuum fecit officium, vt a latere Balhornii diſcederet nunquam, iuſſa atq; mandata eius exſequeretur diligenter, eidem, quacunq; in re poſſet, aſſiſteret fideliter: &, quod cumprimis digniſſimum laude eſt, in choro alterum ferme chori ageret Magiſtum. Horis antelucanis Domini & Praeceptoris ſui expectabat aduentum, muſeo ſcopis eleganter a ſordibus quiſquiliisq; mundato: frigida, qua lauaret, ſat mature allata: caeterisq; omnibus, quae ad horas praeſentes viderentur neceſſaria, rite compoſitis. Ocellos tales o vtinam in coetu noſtro haberemus quamplurimos! Tu, ſtudioſa iuuentus, imitare puerum Meisnerum, veternum excute, ſurge

ge & ſurge mature: fac animo alacri, quicquid facis, & ſimilis tandem Meisnero noſtro euades. Ex aedibus Nicolai, hoſpitis amantisſimi, ad virum optimum, ciuem ſpectabilem *Laurentium Kerckringium*, amicorum iuſſu atq; conſilio, translatus eſt. Is enim cum de virtute Meisneri noſtri, probitate atq; ſedulitate cognouiſſet, tuto ſe filios ſuos committere fidei ipſius poſſe exiſtimauit. Nec fefellit virum bonum opinio. Tanta ſiquidem ſollicitudine, cura atq; diligentia pueros ſibi commiſſos ad ludum literarium noſtrum duxit, indeq; ad aedes paternas reduxit, vt ciues omnes, quibuscunq; Meisnerus hic noſter innotuerat, ſummopere ingenio tam elegantulo atq; nitidulo delectarentur. Conſiderent hanc φιλοπονίαν καὶ φιλομαθίαν fuci noſtri, tenebriones noſtri, ſcholaſtici κακόσχολοι, qui quando frequentare ſcholam ac praeceptorum ſuorum lectionibus publicis intereſſe debent, pueros praemittunt, ipſi ſe abducunt, pueros ad limina Scholae adducunt, ipſi deambulatum abeunt: commilitones per ſchedulas ad hoc vel iſtud templum conuocant, potatum vt eant, & neſcio quas alias vias quaerunt infinitas, quibus peſtem atq; perniciem cum ſibi, tum ſtudiis ſuis, magna cum temeritate, proteruia atq; incogitantia attrahunt. Aſcendit interim Meiſnerus noſter ad claſſes ſuperiores, iactis haud infeliciter linguae latinae fundamentis, quibus perceptis, ad poëſin quoque, concentum illum & harmoniam longe ſuauiſſimam (vt totus erat harmonicus, & ad concinnitatem cum gra-

grauitate coniunctam compoſitus) animum adiecit. Et ita quidem adiecit, vt natura ipſa trahente, vrgente, & quaſi Melpomene quadam praeſidente ac calamum regente, verſus ſcriberet, & terſos & Praeceptoribus ſuis probatos. Ad morum elegantiam confirmare ſe totum nitebatur: verecundiam in omnibus, quae hanc aetatem decet maxime, ſtudioſe conſectans. Verecundiam namq; ex Cicerone didicerat, cuſtodem omnium virtutem eſſe, dedecus fugientem, laudemq; maximam conſequentem: verecundiam, inquam, ſciebat eſſe ornatum vitae egregium, maximumq; iuuentutis ornamentum. Ex quo illud conſequebatur, vt omnibus deferret honorem, caput aperiens, non ſolum coram viris amplisſimis, reuerendis, ſpectatis ciuibus primariis, illisq;, qui vel ſplendido genere nati, vel alias locupletes haberentur: verum etiam coram matronis honeſtis, ciuibus inferioris ordinis ac conditionis, ſenibus deniq; quibuscunq;. Ad quod Παράδειγμα tu quoq;, iuuentus, reſpice, & ne pileum tuum ita tibi capiti tuo inſidere ſine, vt vel pice agglutinatus, vel clauis affixus eſſe videatur. Memento honorem, ſecundum Ariſtotelem, non eſſe honorati, ſed honorantis. A Kerkringio praefato, in aedes amplisſimi, prudentisſimi, conſultisſimiq; viri Dn. *Hermanni a Dorne*, Conſulis magnifici atq; benignisſimi, cuius anima ante tres annos ex hac mortali vita in coeleſtem patriam migrauit, receptus eſt. Conſulem noſtrum appello Hermannum

a Dor-

a Dorne, Mecoenatem meum ac patronum ſummum, qui primus meae ad Scholam Lubecenſem vocationis fuit auctor. Cum enim functionem hanc inclyto Senatui anteceſſor meus reſignaſſet, nec munus illud diu ſtudioſae iuuentutis cauſa poſſet vacare: praeſtantisſimus Conſul, de Scholae ſalute atque incremento, ſi quisquam alius, ſollicitus maxime, ſtatim Meiſnero noſtro, cum de mea perſona clarisſimorum virorum honorifica percepiſſet iudicia, in mandatis dedit, me per literas vt tentaret, obtinerine apud me poſſet, vt relicta patria, operam meam in erudienda iuuentute celeberrimae huic Reipublicae locarem. Miſit ea de cauſa clarisſimus Conſul peculiarem ad me nuncium, per quem etiam operam meam ea conditione inclyto Senatui obtuli, fore me non alienum prorſus, modo id ab Illuſtriſſimis Principibus meis, quibus adhuc ſum obligatus, commode poſſet impetrari. Quo accepto reſponſo, ad vtrumque Principem meum, Illuſtriſſ., Dominos meos clementisſios, literae a Senatu miſſae ſunt, petitumque fuit, vt in commodum & ſalutem Scholae huius Celſitudines ipſorum clementem mihi velint annuere dimisſionem. Etſi vero putaram, Illuſtrisſimas Celſitudines facillime Reipub. huic inclytae gratificaturas: quanta tamen cum difficultate dimisſio haec mea fuerit coniuncta, norunt illi, qui Principibus noſtris Illuſtriſſ. quotidie ſunt a latere, & teſtantur literae iſtae ad inclytum Senatum hunc ab Illuſtriſſ.

Prin-

Digitized by Google

Principe meo LVDOVICO, Haſſiae Landtgrauio, Domino meo clementiſſimo &c. ſcriptae, quibus ſignificat, Celſitudinem ſuam ea conditione & lege me dimittere, vt ſi in patriam meam reuocet, vicisſim ſine mora dimittar. Prouidentia igitur diuina ita factum, vt ante annos quatuor cum dimidiato fere vrbem hanc ingrederer. Quanta vero me humanitate hic ipſe Conſul noſter a Dorne, cum primum huc veniſſem exceperit, quanto amore me non tum ſolum ſit complexus, ſed ad vitae finem vsque conſtanter ſit proſecutus, collaudare ſatis hoc loco, nec non ob temporis anguſtiam, inſtitutique noſtri rationem depraedicare pro dignitate ſatis non poſſum. Vtinam vero Neſtor aliquis vel tum, cum pie obiret, ſurrexiſſet, vel adhuc dum ſurgeret, qui tanti viri laudes, virtutes, honorem & gloriam depingeret: haberemus certe ideam Conſularis viri longe ſplendidisſimam, haberemus facundiae atque orationis diſertae ac grauitatis plenae exemplar, haberemus legatum ad Reges & Principes toties miſſum, ac magna cum laude feliciterque ea, quae demandata ſibi fuerant, expedientem: haberemus Conſulem, conſilio, auctoritate, grauitate cum humanitate temperata inſtructisſimum, de quo pronunciari verisſime illud poſſet, quod de Vlyſſe apud Homerum:

Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

Ab hoc Conſule amplisſimo Meisnerus noſter rece-

receptus, filioꝗ; *Hermanno*, nunc Senatori ſpectatisſimo, parenti ſuccenturiato, paedagogus praefectus fuit. Quo vero prouincia haec fuit difficilior, quoꝗ; accuratiorem requiſiuit inſtitutionem, eo maiori cura, diligentia, atꝗ; ſedulitate ſuſcipiendam ſibi eam eſſe exiſtimauit Meisnerus. Informauit igitur filium filiasꝗ; per annos aliquot fideliter feliciterꝗ;. *Hermannum* cumprimis & in ſtyli exercitiis, vt terſam, puram, elegantem ac nitidam conſequeretur dictionem, diligenter exercuit, & in lectionibus vſitatis repetendis nullam non nauauit operam. Ipſe interim Meisnerus ſtudia quoꝗ; ſua non negligens, nocturna diurnaꝗ; manu tractanda ea eſſe putauit. Quocirca moleſtiam inde nullam percepit, etiamſi in multam noctem vigilias ſaepe protractas eſſe animaduerterit. Frigora haud raro excutere ſcholaſticis noſtris libros e manu ſolent: aſt hic nec calore, nec frigore fractus, asſiduo labori erat deditus ac quaſi conſecratus. Inter deambulandum, vt moderata remisſio corporisꝗ; aliqua exercitatio adoleſcentibus deneganda non eſt, libros aperuit, legit, meditatus eſt. Vrgentibus commilitonibus potationem aliquam, diſſuaſit: Muſicam, arriſit. Iſtud vero hominum genus cane peius & angue ſemper oderat, quibus, vt Cicero in Piſonem loquitur, nox pro die erat & caupona pro oppidulo, quiꝗ; conuenticulis hiſce intempeſtiuis ac compotationibus praeceptoribus ſolebant eſſe moleſti. Aleatoribus, lurconibus, hel-

helluonibus, amatoribus, & id genus ſimilibus aſſociare ſe nunquam voluit. Exercitia liberalia, & quae hominem ingenuum atque liberalem decerent, amauit: ita tamem amauit, vt moderate illis vteretur, non abuteretur. Summatim vt dicam, praeceptoribus omnibus, inprimis vero Clariſſimis viris, Dn. M. *Ioachimo Hanſſio*, & M. *Pancratio Krugerio*, Rectoribus de Schola hac noſtra praeclariſſime meritis, inter omnes alumnos vnus fuit chariſſimus. Ex quo factum eſt, vt cum per bene longum tempus primum in prima claſſe obtinuiſſet locum, de ingenii candore atque alacritate, de diligentia aſſidua, de ardore amoreque erga ſtudia humaniora conſtaret abunde, etiam Dominus Rector *Pancratius* non ita praeciſe aſtrictum eum legibus ſcholaſticis vellet, vt coeteros, ſed, re ita atque occaſione poſtulante, iuſſit Meisnerum noſtrum quartam adire claſſem, in eaque Praeceptoris loco, puerorum curam agere. Et memini, ipſum Dn. compatrem meum aliquando mihi narrare, fuiſſe manipulum quendam primanorum Rectori ſignificatum, de quibus iure poenam potuiſſet exigere ſcholaſticam: nominato vero inter reliquos etiam *Meisnero*, obſtupefactum quaſi Rectorem in haec erupiſſe verba: Quid *Meisnerus*? Propediem is noſter futurus Collega eſt. Quid dicam de *Cantore* noſtro, cuius exuuias proxime, octiduo poſt Meisnerum noſtrum, ſepulturae tradidimus; ex cuius ore non ſemel audiui, ſe paucos ſub ſua diſciplina, quam & ſat longe & ſat bene in Schola Roſtochienſi, Gry-

Digitized by Google

phiswaldenſi & noſtra exercuit, Meisnero ſimiles, cum quoad diligentiam, tum quoad probitatem & erga Praeceptores obſeruantiam, habuiſſe. Ad hanc igitur aetatem eruditionemq; cum perueniſſet Meisnerus, Dn. Conſul, hoſpes, remorari ipſum amplius noluit. Videbat enim, ingenium ad maiora natum, ideoq; dignum, quod quoquo modo ſumptibus neceſſariis, in publicis Scholis, quas Academias vocamus, alatur: nec per vnum aut alterum tantum annum alatur, ſed per iuſtum annorum ſpatium, quo comparare ſibi ſolidam in diſciplinis ac facultatibus ſuperioribus eruditionem poſſet. Redeunt ſiquidem alias Grammatelli quamplurimi, qui preſſi fortunae tenuitate, ſtudia ſua continuare nequeunt, ideoq; iis praeficiendi ſunt locis, quibus primam aetatem A B Γ doceant, atq; ita in eorum referantur numerum, de quibus vetus ille ſcriptor per contemptum ac ludibrium, male tamen, pronunciat: Grammaticam docere eos, quibus iratus ſit Deus & quorum nutrix ſit egeſtas. Sunt enim & hae, quas erudiunt, plantulae Deo gratisſimae, laborq; in eas impenſus longe ſuauisſimus, vt habet vox Chriſti: Sinite pueros ad me venire. De ſumptibus, inquam, cum eſſet cogitandum, quibus in Academia Magiſter noſter perſequi ſua ſtudia poſſet, Dn. Conſul omnia humanitatis atque beneficiorum genera obtulit. Praemiſit igitur paedagogum hunc ſuum in Academiam *Roſtochienſem* anno 84. circa Paſchatos feſtum: eidem non ita multo poſt filium

quoq;

quoq; *Hermannum* miſſurus. Interea Meiſnerus Dominorum Profeſſorum ſibi conciliat amicitiam: auditoria diligenter perluſtrat: ſtudioſi vitam, vt ante ſtudioſam, ita nunc ſtudioſiorem inchoat, *Hermannum* ſuum auidisſime expectans, anno 85 demum tempore vernali aduentantem excipit, recipit, ſibi ſane gaudens, Hermanno vero gratulans. Laetatur, Academicum ſe factum, ideoq; quid Academici officii ſit, diligenter etiam atq; etiam perpendit. Non enim illorum mores conſectatur, qui miſſi a parentibus ad Academiam aliquam, tanquam ad mercaturam bonarum artium ac diſciplinarum exercendam, nihil agunt minus, quam quod voluntati parentum atq; amicorum reſpondere ſatagant. Etenim *Meisnerus* noſter totus eſt in artibus & diſciplinis philoſophicis occupatus: his delectatur, his gaudet: vſum Logicarum artium in auctoribus clasſicis *ἀναλύσει* rimatur, imitatur *γενέσει*. Sphaerica, Mathematica, Phyſica, Ethica ex Dominis Profeſſoribus diligenter audit, audita repetit reuoluitq;. Nec ſine fructu. Enimuero, poſteaquam in hiſce Muſarum caſtris tam militauit ſtrenue, tam egregia asſiduitatis, atq; infracti laboris edidit ſpecimina, etiam *βραβεῖον* & laboris praemium reportare ipſum aequum fuit. Cum igitur hunc morem in Academiis receptum eſſe videret, vt ii, qui in ſpatiis & curriculis rerum Philoſophicarum haud infeliciter eſſent verſati, a Praeceptoribus cum amarentur prae aliis, tum quoq; ad publica honorum praemia per actus ſolennes

ac panegyricos inuitarentur, ipſe quoq; in hac palaeſtra literaria poſtremus eſſe noluit. Inde factum, vt competitoribus aliis praeſentibus, ipſe quoq; ſpectabili Dn. Decano facultatis philoſophicae nomen ſuum profiteretur, deq; aperiendo Magiſtrandorum examine vna cum caeteris inſtaret. Habito igitur examine & omnibus rite ad promotionem praeparatis, magna cum laude, nec non communi facultatis modo nominatae ſuffragio, *Magiſter artium* publice creatus ac deſignatus eſt, idq; currente anno 86. die Fortunati, qui erat menſis Aprilis dies vigeſimus primus, menſe nempe eodem, quo in hanc lucem erat editus,& a quo ad hoc promotionis tempus anni effluxerant viginti quinq;. Accepto Magiſterio & curſu Philoſophico feliciter abſoluto, totum ſe rebus ſacris, ſeu facultati Theologicae conſecrauit. Vt igitur ante Praeceptores Philoſophicos diligentisſime audiverat, ita nunc quoq; viros Clarisſimos Dn. *D. Chytraeum*, Dn. *Simonem Pauli*, Dn. *D. Backmeiſterum* & reliquos ardentisſime complexus eſt. Silentio etiam praeterire non poſſum, ornatiſſ. atq; humanisſimum virum Dn. M. *Marcum* Has*ſacum*, ex cuius ore elementa prima ſanctae linguae Hebraeae primum percepit, nec non & ex eiusdem praelectionibus Catecheticis commentarium integrum excepit. De literarum Hebraearum amore, qui & quantus is in Meisnero noſtro fuerit, dicam ſuo loco Haec igitur vita Roſtochienſis: in qua Academia per annos integros tres curſum ſtudiorum ſuorum pertexere

texere voluit. Anno deinceps 87 vna cum *Hermanno*, nunc Mecoenate & Fautore noſtro honorando, Senatore ſpectatisſimo atq; amplisſimo, *Wittenbergam* eſt profectus. Cum vero ibi Profeſſores Theologos veneno Caluiniano infectos eſſe animaduerteret, artibusq; minus Theologicis animos adoleſcentum occupari res ipſa loqueretur, commorari ibi diu Meisnero integrum non fuit. Quare fama ac celebritate Academiae *Marpurgenſis*, cum ipſe, tum *Hermannus* excitus, accedente parentis Conſulis auctoritate ac voluntate, vterq; ſub annum 88. menſe Iunio, (cum Wittenbergae annum tantum vixiſſent vnum) Marpurgum ſe contulere. Domeſtica haec mea & nutrix ſtudiorum meorum Academia Marpurgenſis, perluſtratis ſingulis, ita arriſit vtrique, vt non per annum vnum, ſed plures in ea ſibi commorandum ducerent. Alter ſiquidem *Meisnerus*, Theologos inueniebat exoptatisſimos, viros reuerendos atq; clarisſimos Dn. D. *Aegidium* Hunnium, amicum & compatrem meum honorandum, & Dn. D. *Danielem Arcularium*, vicinum meum doctiſſ. atq; humaniſſ., cuius animula ante annum cum dimidiato, in profeſto Pentecoſtes, in beatorum conſortium recepta eſt: alter vero *Hermannus*, gratulabatur ſibi de Iureconſultorum anteceſſoribus, viris clarisſimis atq; doctisſimis, Dn. D. *Regnero Sixtino* & Dn. D. *Hermanno Vulteio*, iureconſultis ipſo Cuiacio, Geilio, Weſembecio haud inferioribus. Nil dicam de profeſſoribus caeteris, quorum lectionibus eruditisſimis

Meiſnerus noſter etiam ſolebat intereſſe. Lectionem Hebraeam vt attingam, laudes Meiſneri poſtulant. iubent, volunt. Iſtud namque ego, linguae ſanctae tum temporis, ſicut & Graecae profeſſor, affirmare vere poſſum, per totum illud tempus, quo Meiſnerus noſter nobiſcum Marpurgi vixit, diligentiorem me in hebraeis auditorem habuiſſe nullum. Erat enim erga Sanctam hanc linguam ita inflammatus, vt ſe totum huic dederet ac quaſi manciparet: ita erat accenſus, ac ſi non olim in ſcholis ſibi profitenda haec lingua foret, ſed propediem vſurpanda in ipſo coetu beatorum Angelorum ac hominum. Dubium ſiquidem non eſt, quin electi in aeterna illa ſchola & panegyri perenni, vbi plena primi & antiquisſimi ſtatus inſtauratio futura eſt, omnes ſint locuturi lingua Hebraea (51): quorum

(51) Eadem eſt ſententia aliorum, de quibus vide, ſi placet, quae dixi in Nott. ad Luther. de Scholis optime merit. p. 25. His addendus omnino eſt Samuel Schelguigius, ſiue potius Gabriel Groddeckius, auctor Diſſert. de Lingua Beator. in altera Vita. Gedan. 1692. 4. euulgata. In hac Beatos Hebraeo idiomate vſuros eſſe aſſeritur, quia haec lingua, omnium antiquisſima, fuit in ſtatu integritatis, ideo in reſtitutione primi illius ſtatus longe felicisſimi etiam reſtauranda: quia linguae, praeter Hebraicam, omnes in poenam datae ſunt; non autem veriſimile, peccatorum mnemoſynon aliquod in vita aeterna reſiduum fore: quia Beatis in ſacro codice Hebraica vocabula, *Amen*, *Halleluiah*, Apoc. XIX. 4. attribuuntur: quia Lingua Hebraica labium electum Sophon. III. 8. 9 appellatur. Quamuis autem allatae rationes non omnibus forſan videantur apodicticae, multo

quorum vt vna mens animusq; vnus futurus eſt, ita hoc electo labio, vt dulcisſime appellat Sophonias propheta, cum omnibus beatis Angelis venerandae Trinitatis laudes aeternum ſunt decantaturi. Nouerat etiam Magiſter noſter ingentes vtilitates ac commoda huius linguae: potisſimum vero, quae ad Theologiae ſtudioſos

to tamen melior eſt haec ſententia, quam eorum opinio qui cum Io. Gorop. Becano *Cimbricam*: cum Ioan. d'Eſpieres de Auctor. Script. Diſp. I. qu. 5 in fin. *Sinicam*: cum Hieron. Ruſcello, Veneto, *Italicam*. (quod Papa, caput, ſi Diis placet, eccleſiae, eandem loquatur): cum aliis vel *Graecam*, vel *Syriacam*, vel aliam Beatis in vſu fore contendunt. Cum Becano, Ruſcello, & ſimilibus nugiuendulis, comparandus eſt Melchior Inchofesus, Loiolita, in Hiſt. Sacr. Latinit. cap. 2. p. 220-226 probaturus, Beatos in coelo Latine eſſe locuturos. Rationes ſummatim p. 225 his verbis eloquitur: *Scilicet, vt ſemel concludamus, quae lingua Dei filium inter Ciues Vrbis & Orbis adſcripſit, quae Romanum Imperium longe Chriſtiano regno praeparauit, quae Euangelium ad circumfuſas longe late gentes exportauit, quae ſparſa vbique Imperia ſub vnum religionis ſceptrum attraxit, quae denique denaſcentis in cruce Filii Dei cauſam & honorem praecipuo loco ſignauit: eandem fore in aeterna illa Beatorum ciuitate, velut vernaculam, diſputari vix debet: vt quemadmodum Romanum Imperium Eccleſiae militanti ad fidem propagandam praecipue inſeruiuit, ita Romana lingua eidem triumphanti, ad Deum in claro intuitu laudandum, veniet vſurpanda.* Has ratiunculas legiſſe, eſt refutaſſe. Specioſiores illi afferunt, qui nouam prorſus, omnibusque, quas mortales norunt, excellentiorem linguam Beatos adhibituros eſſe, affirmant. Vide eas apud Groddeckium l. c. pag. 27 ſqq. Omnium optime illi iudicant, qui nihil hic definiunt, ſed futurae experientiae rem totam committunt.

Digitized by Google

ex ea poſſent redundare. Etenim vt vno verbo, quod res eſt, cum Beato Tertulliano dicam, eſt haec lingua veluti ſcrinium, quo omnis theſaurus Iudaici Sacramenti, & proinde noſtri quoq;, continetur: hac myſteria eloquiorum Dei ceu Archiuis fidelisſime cuſtodita aſſeruantur: hac ſanctisſimorum Patriarcharum ſeries & chronologia conſignata eſt: hic tabulae panduntur, in quibus quo ordine, qua ratione, quo deniq; auctore initium rerum omnium extiterit, pulcherrimumq; mundi theatrum fuerit fabrefactum, ceu in ſpeculo quodam contueri licet. In hac lingua maxima Theologiae pars quaſi abſcondita latet: ſine hoc fonte ſcriptura nunquam ſolide intelligi, nunquam propagari fideliter, nunquam defendi contra aduerſarios feliciter, nunquam exponi ſatis tuto poteſt. Tametſi namq; Bibliorum codex (propter quem ſolum Hebraea lingua diſcenda erat, & quidem ab iis, quorum proprius eſt codex, hoc eſt, Chriſtianis omnibus diſcenda) in varias linguas peregrinas traductus reperiatur, adeo vt hoc tempore, ſingulari Dei Opt. Max. beneficentia, nullus fere in orbe ſit populus, qui non in ſuam, hoc eſt, patriam, ſeu vernaculam linguam Biblia habeat conuerſa, inter quas verſiones omnes principem locum Germanicae Dn. *Lutheri*, beatae recordationis, aequisſimo iure tribuimus: attamen has qualescunq; translationes, ſi in vnum comportentur aceruum, animaduertas, omnes omnino, nulla excepta, ita comparatas, vt ſemper diuitem aliquem quaſi theſaurum in ipſo fonte

ſonte relinquant: adeoq; huc quoq; non inepte transferri poſſit id, quod Hieronymus de ſe ipſo, cum Euſebii Caeſarienſis Chronicon in Latinam transtuliſſet linguam, teſtatur ad Pammachium de optimo genere interpretandi: *Difficile eſt*, inquit, *alienas literas inſequentem, non alicubi excidere, & arduum, vt quae in alia lingua bene dicta ſunt, eundem decorem in translatione conſeruent. Significatum eſt aliquid vnius verbi proprietate, non habeo meum, quo id efferam: & dum quaero implere ſententiam, longo ambitu, vix breuis viae ſpatia conſummo.* Haec Hieronymus. Et ſane veriſſimum eſt, quod a piis & doctis viris ſaepiſſime fuit inculcatum, in ſingulis vocibus, phraſibus & idiotismis Hebraeis ſingula ineſſe pondera, pendere magnos montes, ac commentaria luculenta atq; perſpicua, quae id fere praeſtent & ſuggerant ſemper, quod alioqui vix vllius interpretis, quantumuis felicis, copioſa expoſitio ſuppeditare poſſet. Atq; haec cauſa mihi videtur eſſe, quam ob rem tanto ardore, laboreque tanto, praeclariſſima vetuſtarum Eccleſiarum lumina, Hieronymus, Origenes & alii multi, aetate iam prouectiore inter maximas occupationes & difficultates addiſcere linguam Hebraeam non fuerint grauati: Hieronymus etiam nominatim conductitium quendam aluerit Iudaeum, qui obſcuriora Rabbinorum explicaret loca, de quo ad Pammachium & Oceanum teſtatur, quod cum interdiu audire eum non liceret, nocturnum ipſum habuerit praeceptorem. Timebat enim, inquit Hieronymus, apel-

apellas ſuos Iudaeos, & mihi alterum exhibebat Nicodemum. Haec cauſſa eſt, quamobrem ad eam nominis celebritatem peruenerit idem Hieronymus, vt ad vnum ipſum, ex omnibus totius orbis regionibus, velut ad certisſimum quoddam oraculum, concurreretur, variisq; de rebus quaeſtiones deferrentur ex Italia, ex Hiſpania, ex Aphrica, ex Graecia, ex omnibus Galliarum partibus, ſi quid in literis diuinis vel obſcurum eſſet, vel controuerſum, vt iudicio & verbis magni iſtius Erasmi vtar. Haec cauſſa eſt, quamobrem toties ſuam hac in parte deplorarit infelicitatem Auguſtinus, Hieronymi σύγχρονος, aliisq; vt linguam iſtam Sanctam quam accuratisſime excolerent, fuerit hortator; quippe quod haud obſcure animaduerterit, ſine eius praeſidio atq; adminiculo ſe multis in locis Scripturae non modo haeſitabundum diſcesſiſſe, verum etiam coniectaſſe ea ſaepe, quae parum aut nihil ad Andromachen, vt Tertullianus loquitur, feciſſe viderentur. Haec denique cauſſa eſt, quamobrem optimus pater Lutherus D. *Bernhardum* reliquis patribus, Latine & Graece tantum doctis, praeferre voluerit, quod hic linguae Hebraeae ſcientiam aliquantulam tenuerit, quamuis in eo, quod ſpiritualiter ſaepe cum Scriptura luſerit, omnem ipſum reprehenſionem effugere non poſſe cenſeat. Veniam mihi dabitis, Aud. humaniſſ., quod amore ſanctae linguae in laudes eius aliquanto longius ſum digresſus. Recordari enim & ſic Meisneri ſoleo, quem toties haec ipſa encomia recitan-

tem

Digitized by Google

tem magniꝗ facientem audiui. Ardor huius linguae erat in homine incredibilis, amor inſatiabilis. Noſtine, *Meisnere*, amice beatisſime, quanta laetitia perfundereris, cum primam mecum contraheres amicitiam, cum rogares me, vt quid ſibi literae iſtae Kuph, Jod, Caph, in Bibliis Hebraeis margini cum voculis nonnullis adſcriptae, velint, explicarem tibi? cum audires ex me, & in librum tuum conſignares, Hebraeos tria habere verba, quibus ſecundum Magiſtros Hammaſoreth ad indicandam veritatem lectionis vtantur, nimirum *Kethibh*, *Keri* & *Jattir*: primum כְּתִיב indicare, ſic ſcriptum eſſe in contextu: alterum קְרִי ſic legi ſolere: tertium יַתִּיר literam vel punctum praeter grammaticam rationem redundare? En hominem linguae ſanctae ſtudioſisſimum! immo tam feliciter in ea verſantem, vt quoties mihi peregre abeundum, vel in negotiis Academiae, aut ſocrus aliquid conficiendum eſſet, Magiſtrum hunc noſtrum, qui publice loco meo Hebraea profiteretur, protinus ſubſtituerem. In Collegiis Theologicis priuatis, quorum alterum apud Reverend. & Clariſſ. virum Dn. D. *Hunnium*, alterum in aedibus meis erat inſtitutum, opponendo reſpondendoꝗ diligentisſime ſe exercuit. Vitam & mores Profeſſoribus vniuerſis ita probauit, vt non ſolum ab omnibus & ſingulis amaretur plurimum, verum etiam in nonnullorum amicitiam peculiarem reciperetur. Me quod attinet, affirmare denuo bona cum conſcientia poſſum, delectatum me fuiſſe ingenio ipſius vehemen-

Digitized by Google

hementer: praeſertim cum haberem ipſum vna cum aliis quibusdam ſtudioſis, egregiis ſane illis, e quorum numero & *Hermannus* erat *a Dorne* & *Henricus Broccius*, ambo Coſſ. filii, commenſalem, animaduerteremq́ꝫ, ipſum in omni ſermone grauitatem cum humanitate ſtudioſisſime contemperare. Abhorrebat ab omni ſpurcitie: paci ſtudebat maxime: hilaritati ſi pro re nata temporis aliquid tribuebatur, prima cura erat de Muſica ſuaui, aequabili atq́ꝫ elegante. Hanc amabat, hanc regebat, in hac Phonaſcus & Lammenazeach noſter erat. Prouidentia igitur divina ita diſponente, perſpectaq́ꝫ probitate, eruditione atque auctoritate Meisneri, ſtrenui atq́ꝫ nobilisſimi viri, Dn. *Volpertus Rideſelius* & *Georgius Didenius*, nobilitatis Hasſiacae lumina, filios ſuos, hortatu ac ſuaſu Dn. D. *Hunnii*, Meisnero noſtro commendarunt, dato ſtipendio ac menſa liberalisſimis. Qua vero diligentia nobiles hoſce pueros rexerit, qua ſedulitate oeconomiam, quam peculiarem habebant, adminiſtrarit, norunt, qui laudes eius ex ore ipſorum nobilium parentum audiuerunt recenſeri. Inſtitutionem hanc cum vltra ſeſquiannum Marpurgi feliciter continuaſſet, & vero diſcipulus maior, *Hermannus Rideſelius*, nobilis, humanus ac ingenio praecellens, paulatim ad maiora, ipſam videlicet iuſtitiae reginam, contenderet, patri nobilisſimo viſum fuit, vt filius hic ſolus cum Magiſtro ſuo Meisnero ad Academiam mitteretur Tubingenſem. Diſcesſit igitur a nobis charisſimus Magiſter Anno 91. menſe Septem-

Septembri, elapſis ab ipſius aduentu ad Academiam noſtram annis tribus, totidemq; menſibus. *Tubingam* profectus, Hebraea non minore, quam ante, proſecutus eſt amore ſeruoreq;. Commodum vero nactus eſt ibi praeſtantiſſimum atq; clariſſimum virum Dn. *Georgium Weiganmeierum*, in literis Hebraeis parem vix ac ne vix quidem habentem, ad quem ego tum, ob ſtudiorum noſtrorum communitatem, Meiſneri cauſa, literas ſcripſi commendatitias. Huius viri humanitatem atq; in communicandis ſtudiis Hebraeis liberalitatem expertus Meiſnerus, coepit cum ipſo agere, vt & habitationem in aedibus ipſius haberet, & priuata quoq; eius vteretur inſtitutione. Ex hac vberrimam eamq; longe ſeueriorem rerum Grammaticarum conſecutus eſt cognitionem, quam e vulgatis libellis Grammaticis, qui communibus fere iisq; infinitis opplentur erroribus, petere vnquam potuiſſet. Res Grammaticas dico, quia in his adhuc dum hodie cum Rabbini, tum noſtri, vehementer deſudant. Errant enim illi longiſſime, qui nullius linguae Grammaticen tam facilem eſſe dictitant, atq; ſit linguae Hebraeae: cum nullius linguae materies Grammatica tam ſit refractaria, atq; ex tot minutiis enucleanda, atq; eſt ipſius linguae ſanctae. Hoc peruidens Meiſnerus noſter, Tabulas Hebraeas Weiganmeieri, ſeu גַן־מֵאִיר *Gan Meir*, quibus in Grammaticis nihil habemus perfectius aut abſolutius, & perluſtrauit diligenter, & ſicubi videretur haerere, ex praeceptore praeſente, ſententiam

ſciſci-

ſciſcitatus eſt; & vt cum ipſe, tum alii quoq; harum Tabularum vſum eo facilius feliciusq; aſſequerentur, penitiusq; memoriae infigerent, iſtum adhibuit laborem, vt tabulas reſolueret in contextum continuum, nullis typorum ſignis interruptum. Et hunc quidem librum pluribus vt ornauit exemplis, ita a praeceptore quoq; impetrauit, vt ipſe vltimam adhibuerit limam. Vnicum illud reſtat, vt dignisſimus aſpectu & luce labor ſtudioſis linguae ſanctae typis publicis propediem communicetur, & ita nomen Meisneri ad ſeram poſteritatem traducatur. Interea Meisnerus noſter cum reliquis etiam Profeſſoribus Tubingenſibus familiaritatem atque amicitiam contraxit. Inprimis veneratus eſt Reuerendum atque clarisſimum virum Dn. D. *Iacobum Heerbrandum*, itemq; clariſſ. Dn. D. *Stephanum Gerlachium*, Profeſſores Theologos longe celeberrimos. Caeteros etiam humanioris literaturae Profeſſores non minori ſtudio complexus eſt. Amauit namque vehementer ſenes illos optimos Dn. *Georgium Lieblerum*, Phyſicum praeſtantisſimum: Dn. *Martinum Cruſium* πολυΐστορα & Graecum excellentisſimum, amicum meum ſummum: Dn. D. *Andream Planerum*, Medicum celeberrimum & Philoſophiae Ariſtotelicae anteceſſorem acutisſimum, nec non & reliquos Profeſſores Logicos, Mathematicos, Poëtas, quorum virtus & laus ob temporis anguſtiam hoc loco a me commemorari non poteſt. Per annum igitur ferme integrum cum Magiſter noſter in Academia fuiſſet Tubingenſi, & vero literas

teras

Digitized by Google

teras acciperet, fore propediem, vt in patriam ad munus ſcholaſticum obeundum vocetur, facere noluit, quin prius alia quoqꝫ loca celebriora inuiſeret. Aſſumpto itaque itineris comite *Martino Chemnitio*, celeberrimi iſtius Theologi, *Martini Chemnitii*, filio; ſuperioris Germaniae ciuitates praecipuas luſtrauit. Baſileam Rauracorum, Argentinam Alſatiorum, Friburgum Brisgoiae, iſtarumqꝫ ciuitatum Academias ac Profeſſores viderat ante: nunc Bauariam ingreditur & Ingolſtadienſem quoqꝫ Academiam perluſtrat: inde Ratisbonam concedit, ibique cum ſcholae Magiſtris, cumprimis vero Cantore, homine liberalisſimo & Muſico egregio, amicitiam init: Auguſtam quoque & alias ciuitates inſigniores non praeterit: indeqꝫ ſe rurſum ad Academiam Tubingenſem confert. Vix reſpirarat ex itinere Meisnerus noſter: en adſunt literae, quibus in patriam ad Scholae Subconrectoratum adminiſtrandum euocatur. Parendum eſſe vocationi nouerat Meisnerus. Paruit igitur libenter, Platonis illud ſecum reputans: Ortus noſtri partem vendicant ſibi parentes, partem amici, partem patria. Accinctum itineri iam Meisnerum habemus: & talem quidem habemus, qualem amici expectant & qualem eſſe decet. Recitat Clemens Alexandrinus verſum quendam Heracliti, in quo, ait, proponi exemplum & imaginem vitae philoſophicae ac ſcholaſticae: πολλὰ πλανηθῆναι διζήμενον ἔμμεναι ἐσθλόν, hoc eſt, ſuſcipiendas eſſe peregrinationes diſcendi cauſa, & ſimul retinendam mo-

rum

rum integritatem. Sic doctrinae cauſa Meisnerus noſter adiit Academias, & eas ſane Germaniae praecipuas, in quibus haud vulgarem aut ſuperficiariam, ſed ſolidam ſibi comparavit eruditionem: mores hominum vidit varios: interim honeſtisſimos ſuos, quibus erat aſſuefactus, non mutauit, vt ſaepe multi faciunt alii, de quibus Melanchthon dixiſſe fertur: propemodum καθολικὸν & vniuerſale eſt, omnes ex Italia redeuntes nobis eſſe inimiciores: credo, vt vel impietatem ſuam declarent, quam ibi hauriunt ἀμυστὶ, vel vt videantur nouum ſapientiae genus adferre. Aſt Meisnerus noſter, vt vere omnes boni affirmant, non prophanitatem alterius gentis, non abſtruſae ſapientiae opinionem, ſed vtilisſimae doctrinae, qua multum ſane adoleſcentiae noſtrae profuit, cognitionem adfert. Reducem igitur nunc in patriam habemus Meisnerum. Gaudent amici, gratulantur aduentui Meisneri Rector, caeterique Scholae praeceptores. Vocatur a Magiſtratu amplisſimo: defertur prouincia docendi iuuentutem ſcholaſticam: ſpecimen eruditionis in Schola vt edat, iubetur. Quo praeſtito praeclare, ſiſtitur examini: examinatus dignusq; inuentus, ſuffragiis concordibus Scholae praeceptor tertius, quem *Subconrectorem* vocamus, declaratur, iuuentutiq; praeficitur. Iam igitur certo vitae generi deditus, ac quaſi conſecratus, ſolitudinem cum coelibatu deteſtans, ſociam quoque vitae quaerendam ſibi eſſe cenſuit. Itaq; Deo opt. max. in coelis ita decernente,

te, amicisque ſuadentibus, legit ſibi honeſtisſimam atq; caſtisſimam virginem *Gertrudin Schellenbergers*, *Dauidis Schellenbergeri*, Pharmacopoei olim ſolertisſimi, filiam relictam, nunc viduam moleſtisſimam atq; triſtisſimam, ex qua liberos tres, filium vnum *Dauidem*, filias duas, alteram *Annam*, quae haud ita pridem ante parentem, vndecima nempe Septembris, obiit, alteram *Sophiam* ſuscepit. Caeterum in officio demandato, quod per annos fere quinq; ſuſtinuit, quantum adhibuerit diligentiam, curam, fidelitatem, induſtriam, dicere ſi velim, vereor ne pauca dixiſſe, plura omiſiſſe videar. Contraham igitur vela, & in laudibus ipſius recenſendis ero parcior: non quod detractum ipſi quicquam velim, ſed quod vita, mores, ſtudium, candor, caeteraque virtutum ornamenta, vobis omnibus ſint perſpectisſima. Officii partes omnes ea tuebatur induſtria atq; diligentia, vt per totum id tempus, quo ego Rectoris locum tenui, commeminiſſe nequeam, vnicam horulam ab ipſo fuiſſe neglectam. Qua item induſtria lectiones ſuas propoſuerit, quanta accuratione ac ſtudio, depraedicare ſatis non poſſum. Nouit iuuentus, quam vberes fructus ex praelectionibus ipſius perceperit. Auctoritatem ſuam apud iuuentutem tuebatur conſtanter, cui etſi nonnulli maleferiati malitioſe reſtiterint, ſartam tamen tectam eam retinuit. Iſtud noui, M. noſtrum aegerrime ferre, cum ab inſigni iſto nebulone atque balatrone, homine ſceleſtisſimo, & nequidem aura hac communi digno, *Iohanne Burmeiſtero*, diſcipulo noſtro nequisſimo, vna cum caeteris praeceptoribus impeteretur.

 Hic

Hic noui ipſum dicere, ſe propemodum fatigari diſciplina ſcholaſtica, & malle ſe, vt aliud vitae genus eſſet amplexus. Sed non feret impune (Deo vindice) impurus ille nebulo. Manebit enim veriſſimum illud: ὅια τ' ἀνὴρ ῥέζει, τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει: Qualia vir patrat, talis manet exitus illum. Elegantia morum praeluxit diſcipulis Meisnerus: crebris admonitionibus ad pietatem inflexit, ad modeſtiam, verecundiam, aliasque virtutes, ſtudio indefeſſo aſſuefacere conatus eſt. Et, vno dicam verbo, quis fuerit Meisnerus: φιλόσχολος erat, omnes actiones ſuas eo dirigens, vt vtilia proponeret in ſchola, & cum praeceptoribus omnibus pacem coleret ἀνυπόκριτον. Mihi ſane alter erat Oreſtes, φίλος γνήσιος, ingenuus, ſincerus, apertus, verus, minime fucatus, aut adulterinus. Vnde quis candor in homine fuerit, quae integritas, omnium optime noui. Sed hactenus vita eius quoque media: curriculum annorum 36. Ad metam vltimam vt properemus, ipſa clepſydra nos iubet. Appropinquante igitur vitae termino, quem ipſi Deus praefixerat, ſecundum illud Hiobi: Breues dies hominis ſunt, & numerus menſium apud te eſt, conſtituiſti terminos eis, qui praeteriri non poterunt: Meisnerus noſter clementiſſimam Dei voluntatem patienti expectauit animo. Antequam enim hoc morbo, quo extinctus eſt, corriperetur, pie & Chriſtiane quotidie ad mortem ſe praeparauit. Audiui ex ipſo vocem memorabilem, cum funera frequentius duceret amicorum ſuorum: Ego, inquiebat, ferme quotidie amicos deduco, praemiſſis adhuc paucis, ſequar

ſequar & ego: fiat miſericors Dei voluntas. Et hanc conſtantem ſuam voluntatem, mentem atq; ſententiam fuiſſe, declarauit cum aliis domeſticis, tum quoq; Reuerendo atq; doctisſimo viro Dn. M. *Iohanni Stolterfohto*, qui Paſtor animulae Meisneri, ad vltimum halitum vsq; diligentisſimam ipſius habuit curam. In *peſtem* igitur, 19. Octobris anni currentis 97, Dei prouidentia ita moderante, incidens, ac cum ea per tres dies conflictans, pietatem ſuam oſtendit confesſione fidei & inuocatione Filii Dei asſidua atq; ardentisſima. Iſti, vt Saluatori & Redemptori ſuo vnico, vitam ac ſalutem omnem in manus reſignauit. Ornauit vero ipſum atq; amauit praecipue, mox iter ad immortalitem ingreſſurum, hoſpes dulcis ac nobilisſimus animae, Spiritus ſanctus, qui arrhabo haereditatis noſtrae eſt, dans Spiritui noſtro teſtimonium, quod filii Dei ſimus, largiens plenum robur fidei, conſolationis & laetitiae diuinae in ſolo Deo acquieſcentis atq; laetantis. Huius pretioſi Spiritus afflatu atq; inſpiratione beatam ſuam animam efflauit placidisſime Meisnerus die Octobris 22 horam circiter tertiam pomeridianam. Corpus vero eius ad beatam reſurrectionem, ſicuti vidiſtis omnes, in templo Petrino die 24 menſis eiusdem ſepulturae eſt traditum, ſummo ſane cum luctu vxoris, ſocrus, propinquorum, amicorum, ſummoq; cum moerore ac dolore ordinis noſtri, adeoque bonorum omnium. Cum igitur coeleſtis atq; triumphantis Eccleſiae ciuis iam ſit factus, inq; Eccleſia iſta, dulcisſima & ſanctisſima conſuetudine omnium ſanctorum Patriarcharum, Pro-

Digitized by Google

phetarum, Apoſtolorum, Angelorum, vtatur, fruatur, hanc felicitatem ipſi quidem gratulamur, Reipubl. vero noſtrae literariae cauſa admodum dolemus. Interim quia omnibus eadem lethi via, vt Horatii verbo vtar, calcanda nobis eſt, ſimul etiam doloris acerbitatem veris ac efficacibus ex verbo Dei petitis conſolationibus mitigemus ac leniamus, ſcientes, Chriſtum, caput noſtrum, etiam mortem guſtaſſe, ac maſſa ſua humana ſepulchrum & terrae foueam attigiſſe, eamque contactu iſto ſuo pretioſo ita ſanctificaſſe, vt piis dormitorium ſit ſuauisſimum, donec vltima tuba ad patriam coeleſtem e cineribus iſtis nos ſit euocatura. Et haec quoque linea vltima vitae Meisneri eſto. Nihil reſtat amplius, niſi vt iuuentus noſtra ſcholaſtica praeclarum illud pietatis, ſanctitatis, ſinceritatis, pacis, concordiae, omnisque virtutis exemplar probe inſpiciant, & ad imitandum ſtudioſe ſibi proponant. Nos vero decebit, ita in terris verſari, conuerſarique, ita ad alteram illam coeleſtem & beatam vitam anhelare, aſpirareque, vt pro Domini voluntate aliquando cum ipſo Meiſnero & piis omnibus, pariter cum animis & corporibus noſtris per Dei miſericordiam coeleſtibus illis bonis & nunquam intermorituris gaudiis, aeternum fruamur. Quod faxit Deus Pater, propter Filium Redemptorem noſtrum, per Spiritum ſanctum. Amen. Hactenus Gualtperius, qui Orationi ſuae *Epicedia* alumnorum aliquot Scholae adiicienda curauit. Hos gratos erga praeceptorem meritisſimum diſcipulos iudico dignos, quorum memoria ſaltem hic retineatur. Sunt autem *Ioach. Beringius,*

ringius, Sund., *Bruno Hacken*, Einbecenſ., *Daniel Cotbenius*, Brunſuicenſ., *Thomas Selius*, Gryphenb. Pom., *Bernh. Textorius*, Verdenſ., *Ioach. Tidebol-dus*, Weſenberg. Megapol., *Andreas Fritzius*, Frantzburg.Pom., *Seb.Giſaeus*, Lôzenſis Pom., *Dav. Schellenberger* L., *Iacobus Boëthii*, S. Holſat., B.H.E.

DANIEL GEORGIVS MORHOFIVS.

Vt ſummum hunc Polyhiſtorem hic non omitterem, fecerunt celeberrimi Act. Erud. collectores, qui vitam Morhofii recenſentes, an. 1699. p. 291 ſcribunt: *Pietatis aeque ac Latinitatis fundamenta prima a Patre eius iacta ſunt, quibus poſthac in Schola patria, ac deinceps etiam in* Lubecenſi, *non citra fructum maiores profectus inaedificauit*. Contradixit Lipſienſibus Cl. Mollerus in Prolegom. ad Morh. Polyh. p. 7 ideo, quoniam iſtius nullam in Vitae ſuae Hiſtoria iniecit mentionem. Quicquid huius rei ſit, hoc tamen certisſimum, quod *Ioannes Polzius* fidelisſimus ipſius fuerit praeceptor, adeoq; is vel eo nomine locum in his Athenis mereatur. Sic enim ipſe ſcribit in Vita ſua pag. 6: *In Schola patria IOHANNEM POLZIVM, eius Rectorem, poſteaque Scholae Lubecenſis Sub-Rectorem & Con-Rectorem, vnicum ad bonos auctores & ſelectiorem Latinitatem ductorem habui. Huius auſpiciis claſſicos auctores euolui, ex illis excerpſi, eius impulſu & cenſum in vtraque lingua, tam proſa, quam ligata oratione, me exercui, illaque ſpecimina dedi, quae in XIV annorum adoleſcente vltra aetatem a praeceptoribus ipſis extollebantur*. Conf. quae dixi P. I. p. 87. Iure idcirco inter eruditos praecoces fuit lauda-

Digitized by Google

laudatus a B. Dav. Schulteto in Acceſſ. ad Bailletum p. 33, & Cl. Io. Kleſekero in Biblioth. Erud. Praecoc. p. 249 ſqq, vbi, poſt Schultetum, varia praecocis illius ingenii documenta adduxit. Plura de hoc laudatiſſimo viro commemorare non opus eſt, poſteaquam dudum doctiſſimi viri illum, ipſiusq; ſcripta praedicarunt. Legantur Vita ab ipſo ſcripta, quae cum Notitia ſcriptorum, & Elogiis Morhofianis a Caſp. Thurmanno collectis, edita: Matth. Henr. Burchardi Laurus Cimbrica Areſcens ad Buſta Morhofii ſparſa: Io. Molleri Prolegomena cit: Buddei Lex. Hiſt. P. III. p. 561 ſq: Reimmanni Introd. in Hiſt. Lit. paſſim: Rollii Memor. Philoſophor. Dec. II. p. 283 ſqq: Adolph. Clarmundi Vitt. P. V. p. 195 ſqq, ad quam vitae Morhofianae deſcriptionem nonnulla reperiuntur annotata in Vergnûg. Mûſſig. Stund. P. II. p. 91: Obſeruatt. Miſcell. P. XV. p. 225 ſqq. Tentzelii Dialog. Menſtr. 1689. p. 261 ſqq. 1691. p. 806 ſqq: Nov. Lit. Mar. Balth. 1699. p. 184: Ausfûhrl. Ber. von Neuen Bûchern P. I. p. 1 ſqq. &c. Cineres Morhofii in Templo nobis proximo Cathariniano ſunt reconditi. Cur tanto viro, quem totus orbis eruditus ſuſpexit, & poſt fata etiam veneratur, Epitaphium non ſit poſitum, neſcio. Dignus profecto fuit, cuius lapidi ſepulchrali haec fuiſſent inſcripta:

HIC. IACET.
DANIEL. GEORGIVS. MORHOFIVS.
SVI. SAECVLI.
TVLLIVS.
MARO.
PLINIVS.
VARRO.

POLY-

POLYHISTOR. PLANE. INCOMPARABILIS.
QVEM.
VIDIT. AETAS. SVPERIOR.
POSTERITAS. NON. VIDEBIT.
LECTOR!
DOLE. MIRARE.
ET.
VIRVM. DIVINVM.
STVDE. IMITARI.

Elegantisſima Lubecenſium carmina, quibus Morhofium & viuum, & mortuum collaudarunt, *Deliciis Poëtarum Lubecenſium* D. V. inſeram.

IOANNES LAVRENTIVS MOSHEIM.

Inter eos, quos an. 1707. m. Mai. coetui Gymnaſtico adſcripſit B. Suantenius, in Albo noſtro p. 148 apparet, ibidemq; Lubecenſis appellatur. Praeter *Suantenium* autem, *Mart. Chriſt. Goldelium*, Conrect., *Sixt. Chriſt. Lipenium* & *Zach. Stampeelium*, Subrectores, habuit praeceptores. Studia Academica tractauit in Kilonienſi Academica, vbi *Alberti zum Felde* Diſputationem, in memoriam Feſti Saecularis Euangelici II conſcriptam, qua *Pontificios, Salis Apoſtolici expertes, in re fidei fluctuare, ad Matth. V. 13 demonſtrauit*, an. 1717. d. 8 Nov. publice defendit. Paulo poſt ibidem creatus eſt Philoſophiae Magiſter, & titulum Aſſeſſoris Facultatis Philoſophicae impetrauit. Obtulit orbi erudito nonnulla ſcripta: multa alia paſſim promiſit. Edidit autem

Zufälliger Gedancken von einigen Vor-Urtheilen in der Poëſie, beſonders in der Teutſchen, eröffnet von SE-

LINTES Erſten Vortrag. Lub. 1716. 4. Continuatio huius ſatyrici ſcripti haeret in promiſſis.

Die Herrlichkeit JEſu als des eingebohrnen Sohns vom Vater, in einer am Himmelfahrts-Tage in der Kieliſchen St. Nicolai Kirche 1716 *gehaltenen Nachmittags-Predigt aus der ordentlichen Feſt-Epiſtel Act. I.* **I—II** *vorgeſtellet*. Kiel. 4.

Apologiae pro Martyribus aduerſus Marcum Antoninum, Philoſophum Auguſtum, Diſſertationem primam. Kil. 1718. 4. Praeſ. *Nicol. Möllero*. Verba Antonini, contra quae ſcripta eſt Apologia, leguntur Lib. XI τῶν εἰς ἑαυτὸν §. 3. p. m. 319. edit. Gatak: οἵα ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἡ ἕτοιμος, ἐὰν ἤδη ἀπολυθῆναι δέῃ τοῦ σώματος, καὶ ἤτοι σβεσθῆναι, ἢ σκεδασθῆναι, ἢ συμμεῖναι; τὸ δὲ ἕτοιμον τοῦτο, ἵνα ἀπὸ ἰδικῆς κρίσεως ἔρχηται, μὴ κατὰ ψιλὴν παράταξιν, ὡς οἱ χριστιανοὶ, ἀλλὰ λελογισμένως, καὶ σεμνῶς, καὶ ὥστε καὶ ἄλλον πεῖσαι ἀτραγῴδως. H. e. interprete Gatakero: *Qalis eſt anima ea, qae parata eſt jam ſtatim, ſi oportuerit, e corpore emigrare, & vel extingui, vel diſpergi, vel permanere? ita paratam dico, ut a judicio peculiari promptitudo haec profluat, non ab obſtinatione mera, pro Chriſtianorum more: ut mortem obeas conſiderate, compoſite, citra tumultum, qo & aliis idem ſuadere poſſis.* Docte ad h. l. comentatus eſt Gatakerus. Quaedam etiam obſeruarunt Mericus Caſaubonus p. 417 ſq. & Guilielmus Xylander p. 433 edit. cit.

Vindicias antiquae Chriſtianorum Diſciplinae aduerſus Io. Tolandi, Hiberni, Nazarenum, Kilon. 1720. 4.

Partem primam Cogitationum de Studio Litterario. Miſcell. Lipſ. Tom. VI. pag. 63—82.

Obſer-

Obſeruationem de Loco vexato Ael. Lampridii: SANCTVM NOMEN in penetrale Dei ſui transtulit. Probatur hac Obſ. per Sanctum nomen ATTYN, Cybeles amaſium, intelligi. Miſc. Lipſ. Tom. IX. p. 271-281.

Demonſtrationem Sectae Nicolaitarum aduerſus doctiſſimos eius oppugnatores. Bibliothec. Bremenſ. Claſſ. I. Faſcic. IV. p. 381--446.

De Die Chriſti ab Abrahamo viſa, ad locum Io. VIII. 56. coll. Ebr. XI. 19 Meditationem. Bibl. Brem. Cl. II. Faſc. II. p. 209--256.

De vera Aetate libelli ab Athenagora pro Chriſtianis conſcripti Diſquiſitionem. Bibl. Brem. Cl. II. Faſc. V. p. 853--883.

De Imaginibus Teleſticis, quas Apollonius Tyanaeus confeciſſe dicitur, Epiſtolam. Bibl. Brem. Cl. III. Faſc. I. p. 1--35.

Diſquiſitionem Chronologico-criticam de vera Aetate Apologetici a Tertulliano conſcripti. Lugd. Bat. 1720. 8.

De eo, quod iuſtum eſt circa Litterarum ſacrarum ex priſcis Scriptoribus Interpretationem & Emendationem Cogitationes Philoſophicas. Kil. 1720. 4. Eos, qui profanis etiam ſcriptoribus ad interpretationem nonnullorum ſacri codicis locorum vſi ſunt, nempe *Grotium*, *Heinſium*, *Salmaſium*, *Pricaeum, Morum, Huetium, Doughtaeum, Clericum,* & plures, adeo perſtringit haec Diſſertatio, vt Satyre non videatur diſſimilis. Quare dubitant aliqui, an ſerio ſit ſcripta, quoniam res, quae impugnatur, ſole clarior, & dudum a viris ſummis inuicte demonſtrata, ac valde commendata, ita tamen, vt nemo ea abutatur.

Plura forſan in Supplementis poterunt commemorari.

BENIA-

BENIAMIN POTZERNE.

Dies ipſi natalis fuit ſecundus & viceſimus Aprilis anni 1665; patria autem Sedinum Pomeranorum, vbi pater ipſius, *Daniel Potzerne*, ſupremi rerum cenſualium & vectigalium per Pomeraniam Inſpectoris munere functus eſt. *In Schola primum patria*, teſtibus celeberr. auctorib. Nov. Lit. Mar. Balth. 1699. p. 67, *litteris imbutus, Lyceum Lubecenſe petiit, habitaq; ibidem, poſt triennium diligenter & cum laude exactum, ſpeciminis ſcholaſtici loco, ſub perſona Lutheri, Oratione de Oratore ſacro perfecto, an.* 1685 *in Academiam Wittenbergenſem ſe contulit.* Doctorem itaq; praeter alios, habuit *Hinckelmannum*, qui etiam nomen ipſius Albo noſtro inſcripſit. In alma Leucorea (quae an. 1687 Philoſophica eum Laurea donauit) praecipue adhaeſit *Io. Frid. Mayero*, quo vt porro frueretur doctore, & inſtructisſima ipſius vti poſſet Bibliotheca, Hamburgum deinceps etiam ſe contulit, vbi laudati Mayeri hoſpitio fuit exceptus. Audiuit quoq; *C. S. Schurzfleiſchium*, qui eum ſollicitauit, vt doctas Comitum quorundam Sueuicorum peregrinationes moderaretur. Obtemperaſſet tanto viro, niſi ſatius duxiſſet, ſtudiis Academicis, Philoſophicis pariter ac Theologicis, porro inhaerere, quo poſſet aliquando cum laude ad cathedram graſſari. Lipſiae quoque, Helmeſtadii & Kilonii litterarum quaeſiuit incrementa. Effecit eius eruditio, ſpeciminibus nonnullis Academicis declarata, vt Auguſtisſimi Sueciae Regis, CAROLI XI, gratia, per ipſius Proregem *Bielkium*, an. 1691 Profeſſor Logices ac Metaphy-

taphyſices in Academia Gryphiswaldenſi fuerit conſtitutus. *Quam ſpartam*, teſtibus iisdem l. c. p. 68, *d.* 17 *Aug. Oratione Inaugurali* de Logica & *Metaphyſica, nec elegantiarum quidem ſtudioſo aſpernandis diſciplinis*, *auſpicatus eſt*, & *hactenus per ſeptennium*, & *quod excurrit, tam docendo, quam diſputando egregie ornauit*. Obiit coelebs an. 1699. m. Febr. Scripta eius, edita, inedita & affecta, (de quibus leg. etiam Nov. Lit. cit. pag. 68 ſq), ſunt

Diſputatio Theologica de Sacris Studiis non deſerendis. Wittenb.

De Quaeſtione: Vtrum pro Veritate Religionis ſacramento aliquo ſit contendendum? Kil.

Diſp. Theol. de variis, iisq́; ſelectis Poſitionibus Theologicis. ibid.

Logica Sacra duobus de Novi Teſtamenti Locis (Matth. XXII. 15-22. 23-33) *veſtigata.* Gryphisw. 1693. 4.

Logica Sacra de diverſis Novi Teſtamenti Locis (Act. II. 15. XXVI. Rom. IV. X. 18. 1. Cor. XV. 12--33. Hebr. I. 4. 1. Io. I. 1. Apoc. XIX. 10) *veſtigata.*

Mens Humana a Cogitantismo Carteſiano vindicata.

Catechismus Ideaſticus, i. e. breuis & perſpicua enarratio doctrinae de Ideis, quidq́; illa Encyclopaediae conferat.

Oſculum diuinae Praeſcientiae & Bonitatis, liberum quoddam in hominibus arbitrium & rerum contingentiam firmans.

Individua ſubſtituta, eorundemq́; natura & uſus.

De Entitate & Entitatula.

Neſtorius imperitus Diſputator, quod conceſſis praemiſſis concluſionem negaret.

Epiphanii Soloeciſmus Logicus, in diuiſione Haereſium Panarii commiſſus.

Philo-

Philoſophaſter operoſe nugans & obſcurae diligentiae reus.
Philoſophia pro tribunali ſedens, & Philologiam iudicans.
Licentia Philoſophorum τὸ ὀνοματοποιεῖν, *ac ciuitatem nominibus dandi.*
Logica Medico atque Hiſtorico operae pretium reddens.
Diogenes Inſtantiarum architectus, in exemplum felicis eatenus Diſputationis propoſitus.
Chriſtiani quaſi Pythagorei.

IOANNES ADOLPHVS ROSMANNVS.

Bordesholmenſis, denatus an. 1683 Kilonii, cum vix vnum & triginta annos impleuiſſet. Sermonem in ipſius funere habuit Ioach. Gieſe, Paſtor primarius Nicolaitanus, a quo ob linguarum & Philoſophiae perinſignem cognitionem valde laudatur. Ego vt memoriam ipſius in his Athenis conſeruarem, adductus fui ſequentibus verbis, quae in Vitae deſcriptione offenduntur: Durch „die treumeinende Unterweiſung Hn. Johannis „Bachmanni iſt er dahin gebracht, daſs er im Jahr „Chriſti 1669 im 17 Jahr ſeines Alters von ſeiner „Fr. Mutter nacher Lûbeck auff die nahmhaffte „Schule hat kônnen verſchicket werden, woſelbſt „Sie ihn dem damahligen weitberûhmten Con„Rectori ſelbigen Gymnaſii, Hrn. *IOHANNI* „*POLZIO*, in ſeine Aufficht und priuat-Informa„tion als einen Hauſs- und Tiſch-Genoſs über„geben hat. Was er aber an dieſem Ort auſsge„richtet, und wie er bey die 3 Jahre gantz löblich „ſeine Studia fortgeſetzet, davon gibt des vorbe„meldten Hrn. Polzii Hr. Sohn, ein Studioſus auff „hieſiger Academie, als auſs dem Munde ſeines

Sel.

Digitized by Google

„Sel. Hrn. Vaters, mir in einem Zettel folgende „Nachricht:„ *Fuit B. Dn. Roſmannus in aedibus B. Iohannis Polzii, Gymnaſii Lubecenſis tum temporis Con-Rectoris, fere per triennium, eiusdemq; ſolers ſemper ac diligentiſſimus ibi auditor, in primis & in pernoſcendis Graecis auctoribus gnarus, ita vt ſingularem de eo ſpem B. vir conciperet, inque ea, quoad viuebat, conſtantiſſime perſeueraret, & commendaret ſingularem iuuenis pietatem, probitatem, modeſtiam, quin & eruditionem saepius magnopere praedicaret.* Dolendum itaq; eſt, quod praematura morte obierit. Reliquit tamen aliquod peritiae philoſophicae ſpecimen, ſcilicet *Diſputationem Logicam de Vniuocis* Roſtoch. 1675 euulgatam.

THOMAS TROSTIVS.

Praecox hic Philologus eam mature oſtendit linguarum, in primis orientalium, peritiam, vt ni fata impediuiſſent, ſummus haud dubie Philologus euaſiſſet. *Delineationem Vitae & Obitus* ipſius habemus induſtria *Adami Laurentii Nicolai* Lubec. 4. an. 1667. d. 18 Maii (quo die ſepultus eſt Troſtius) editam. Operae erit pretium ex ea, hodie rariſſima, excerpere potiora, quae his abſoluuntur verbis: „Siſtebat ſe ſcenae huius vniuerſi „THOMAS TROSTIVS, cui iuſta hodie ſoluimus, non hiſtrio ineptus, ſed ſpectator prudentiſſimus, ipſis calendis Novembris anni poſt „Seruatorem natum milleſimi ſexcenteſimi trigeſimi ſeptimi. Patriam habuit Lubecam, illam „Vandalici ſoli Reginam. Pater illi erat clariſſimus Dn. DAVID TROSTIVS, vir de literaria „republica optime meritus. Mater ANNA „WOLFIA. Patrem amiſit infans. Matri deinde

futuri

„futuri coniugii ſpem fecerat Cl. V. Dn. IVSTVS „TRIBBECHOVIVS. Nuptiae antequam cele„brarentur, ſponſa ex vita migrabat. Vnicus ad„huc ſupererat Tribbechouius, cuius paterna cu„ra commodis Troſtii noſtri conſuleret. Hoc „auctore prima aetate minoribus Muſarum ſa„cris initiatus eſt. Mox ſagax videre fuit inge„niolum, quod magnas de ſe ſpes concitaret. A„dultior erat iuuenis, cum Graecis & Hebraeis „lectionibus aſſidue intereſſet, in Graecis B. „MEIERI, in Hebraeis opera B. BANGERTI „potiſſimum vſus. Graecos auctores magna ſe„dulitate perlegebat, non ignarus, quod Grae„cia eſſet commune quoddam ſapientiae oracu„lum, omnisque eruditionis quaſi delubrum. „In primis autem ſacris Hebraeorum erat inten„tus, vt, quam laudem B. MARTINVS TRO„STIVS, oriental. ling. Prof., obtinuiſſet, & ſuam „faceret. Imo aſſiduo labore eousque in ſancta „literatura progrediebatur, vt absque interprete „Hebraeum codicem facile perciperet. ——— In „oratoria facultate exercitatiſſimus erat. Teſtan„tur id ipſum Orationes, quas ſuo Marte conſcri„ptas publice aliquoties recitauit. Mirabantur „profectus tam egregios omnes, qui litteras „aeſtimare poterant —— Iam viceſimum pri„mum aetatis annum ingreſſus erat, cum conſi„lio amicorum Academico ſe coelo committeret. „Primum quidem Wittenbergam, tanquam ad „celeberrimam optimarum artium mercaturam, „ſe contulit. Contubernio ibi vtebatur viri ex„cellentiſſimi Dn. CONSTANTINI ZIEGRA, „SS. Th. D. & PP. Hic ſtudiorum eius rationem

ha-

„habebat, & conuictorem ſuum cum in Philoſo-
„phia, tum Theologia aſſidue informabat. Imo
„tam ſerio philoſophia & orientales linguae a
„Troſtio noſtro excolebantur, vt, triennio prae-
„terlapſo, dignus iudicaretur, cui ſummi in phi-
„loſophia honores conferrentur. Sed placuit ti-
„tulos hactenus recuſare. Theologiae praeterea
„ſtudio operam nauabat aſſiduam, vtque eo fe-
„liciores progreſſus faceret, magiſtros ſibi elige-
„bat B. Dn. D. ANDREAM KVNADVM, D.
„IOANNEM MEISNERVM, propugnatores
„fidei noſtrae acerrimos. Addebat his Dn. D.
„AEGID. STRAVCHIVM, virum ſupra huma-
„nam ſortem eruditisſimum. Quinquennium
„Wittenbergae commoratus erat, cum omnes,
„quibus notus erat, magna de illo Eccleſiae pol-
„licerentur. Dresda, Lipſia & caeteris locis fini-
„timis perluſtratis, Wittenberga diſcedebat, non
„ſummo ſine praeceptorum deſiderio, auditor ſe-
„dulus. Lubecam redibat, cumque ibi ſtudiis ſuis
„in dies magis magisque conſuluiſſet, Hambur-
„gum migrabat, vbi excellentisſimi Hebraei,
„ESDRAE EDZARDI, informationi ſe tradebat.
„Ardebat enim iuxta Solonis illud:
„ Γηράσκειν αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.
„ *Seneſcere multa quotidie addiſcens.*
„Vt autem in Talmudicis crebrius exerceretur,
„verſabatur quotidie cum eruditisſimis Iudaeo-
„rum magiſtris, inter quos praecipuus erat Rab-
„bi COHEN de LARA. Cumque ſatis diu Ham-
„burgi ſubſtitiſſet, Daniam peragrauit, vidit
„Hafniam, Danorum metropolin, Soram, & alia
„loca celebriora. —— Amicitiam vndique cum
doctis

Digitized by Google

„doctis contrahebat, maiores natu verebatur, ex
„his eligebat optimos & probatiſſimos, quorum
„conſilio niteretur. Ex Dania redux ad Chilo-
„nienſem Academiam inuiſebat, amiciſſimus
„totius Germaniae ornamento, viro excellentiſ-
„ſimo Dn. MATTH. WASMVTHO, SS. Th. D.
„& PP. Hoc ſuadente *de feliciſſima Academiae Fun-*
„*datione Hebraeam Orationem* conſcribebat, & inter
„publicos auditorum applauſus recitabat (52).
--- Iam

(52) Extat Kilon. 1666. 4 editum Matthiae Wasmuthi *Programma, quo omnes literarum amantes ac patronos omnium ordinum honoratiſſimos ad Panegyrin Hebraeo-Oratoriam Laudibus illuſtris Academiae Chriſtian-Albertinae a praeclaro & Hebraic. doctiſſimo Viro iuuene Dn. Thoma Troſtio, Lubec., in ſolemnibus Hebraearum Muſarum Soteriis, d. XI Decemb. publice conſecrandam inuitauit; eodemq. ſimul nuperis quorundam in & extra Germaniam clariſſimorum virorum de Hebraismo & diuinae Accentuationis principio, praeconceptis opinionibus ac iudiciis, tam pernicioſis, quam prorſus erroneis, denuo occurrit.* In eo pag. 54 de Troſtio
„noſtro annotauit ſequentia: Orator e Vet. Teſt. Cathedrae
„noſt. Academicae nunc ſiſtendus eſt praeclarus orientalis
„Philologiae cultor, Dn. THOMAS TROSTIVS, ma-
„gno nomine & omine, ſanctioribus hiſce ſtudiis a pri-
„mis annis innutritus in Lyceo Lubecenſi, magna cura &
„inſpectione viri ſumme rev. & celeberr. Dn. D. HANNE-
„KENII, Prof. olim & hinc Superint. Lubec. meritiſſimi,
„qui nunquam ſatis laudando, omnibusque merito Scholar-
„chis & Eccleſiarum Praeſulibus imitando exemplo, origi-
„narii ſermonis diuini prima elementa laudatiſſimo iſti Ly-
„ceo intulit —— Hinc autem magnis cum aetate paſſibus
„feliciter graſſatus eſt idem ad eam in Rabbinicis quoque
„inſignem peritiam, quam fideli & dextrae debet manu-
„ductioni celeberrimi illius Hebraizantium Phoenicis, Dn.
„L. ESRAE EDZARDI. —— De illo ergo digno tantis
prae-

„— — — Iam Troſtius noſter celeberrimas Orientalis Friſiae Academias, Groningam & Franequeram, Amſtelodamum, nobilisſimum „Hollandiae emporium, Leidam, gratioſam illam Muſarum matrem, Hagam Comitum, & „alias Batauorum ciuitates inſigniores luſtrauerat, cum Lubecam rediret, certus, inde Gieſſam, „florentisſimam Haſſiae Academiam, ſalutare, „deinde per Argentoratum Lutetiam Pariſiorum „adire; ſed conſilium propoſuit, quod ſummus „ille rerum noſtrarum arbiter diſpoſuit. Dum „enim non niſi magna & ingenio ſuo digna meditatur, morbus illum inuaſit, & vires eius adeo „confecit, vt exhauſtus & debilitatus in ipſo iuventutis flore, non ſummo ſine literariae reipublicae detrimento, diem ſupremum obiret." Hactenus verba Nicolai, qui plures Troſtii laudes citata Delineatione eſt complexus. Praedicarunt Troſtium alii, & in primis litterarum orientalium maximam peritiam in eo ſunt demirati. Dauid von der Brûgge quoque in inſcriptione Carminis in laudem Troſtii concinnati *SS. Theologiae & Philoſophiae cultorem ſolertisſimum, Ebraicis atque Syriacis, quin Arabicis atque Chaldaicis excultum inſigniter ac perpolitum*; in ſupiſcriptione autem *incomparabilem iuuenem* eum appellat. Ipſum Carmen Brûggianum legi hic meretur:

„praeceptoribus diſcipulo & ipſis merito gratulamur & patriae, ſpem concipientes οὐκ ἀθεεὶ, inſigni eum aliquando vtrisque fore ornamento. Haec Waſmuthius. Conf. etiam, quae de Troſtio, nouellae Academiae Kilonienſis praecone, ſcripſit Mollerus in Iſag. ad Hiſt. Cherſon. Cimbr. p. 374 ſq.

Grande decus iuuenum, Phoebi Charitumque Madulſa,
Maxima progenies ſecli, Sophiaeque Smaragdus,
Maxima pars animi noſtri, candoris imago,
Et pietatis amor, docti ſol aureus orbis,
Splendor & Eoae celeberrima gloria linguae,
TROSTIVS effertur Muſarum nobile ſidus.
Ite pii iuuenes & pectora tundite palmis;
Ite ſacrae Nymfae: niueis circumdare vittis
Tempora moeſta iuuet, iuuet ora rigare fluentis,
Et paſſam lacerare comam. Stant moeſta Sionis
Culmina ſancta, nigro colles velantur amictu.
Et merito: nam magnus eras, clariſſime TROSTI,
Non tibi ſat doctos Latii penetraſſe receſſus;
Non ſatis Argolicas didiciſſe fideliter artes:
Summus Ariſtoteles, clarumque Platone Lyceum,
Socraticique Lares quicquid docuere, tenebas.
Non te quisquiliae, non ſomnia vana trahebant;
Non caſſi & nudi tituli; quaecunque putantur
Maxima, ſordebant: totum te dedere ſanctis
Coepiſti linguis. Fontem didiciſſe ſalutis,
Quaeque Palaeſtinae quondam ſunt tradita genti,
Ardor erat, mentemque Dei vocesque Tonantis.
Non te fallebat TARGVM; quid MISCHNA, ſciebas,
Quae docuit IAFNE, clarus quae tradidit AMMI,
EDZARDO monſtrante viam didiciſſe iuuabat;
WASMVTHI & ductu celebris tibi rectior vſus
Accentûm manifeſtus erat. Qui ſingula dicam?
Quicquid Arabs, Syrus ac Chaldaeus, quidque Iehova
Edixit Sina, callebas.
Fare age num talem dederis mea patria? donis
Num tot conſpicuum? linguarum pectore cuius
Credidimus coiiſſe chorum, & myſteria ſancta.
Magnus eras; (magnum non te tamen ipſe gerebas)

Maior

Maior at es coelo, dum Numine contigit ipſo
Coeleſtes inter proceres, & amoena piorum
Concilia, Angelicas audire & reddere voces.

GREGORIVS WIGANDVS.

Ad hunc Rectorem Scholae Wildungenſis in Comitatu Waldeccenſi extat elegantisſima *Henrici Bangerti* Epiſtola, occaſione nuptiarum Wigandianarum, Lubecae 1663. 4., cum annexis duobus Carminibus, euulgata, in qua ſunt aliqua, quae ad noſtras Athenas pertinent. Sic enim ſcribit Bangertus: *Non poſſum, quin verbo commemorem, non falſum fuiſſe me animi eo tempore, quo & auditor & conuictor mihi eras, cum ex incredibili tuo erga bonas litteras amore, & indefeſſo in iſtis excolendis ſtudio coniectabam, fore, vt non tantum praeclare in iisdem proficeres, ſed olim etiam ad docendas eas publice aptisſimus euaderes. Hoc vero iam dudum contigiſſe tibi vidimus, cum Wildungenſis ſchola regenda tibi commiſſa eſt. ——-- Etiam Collega meus, IVSTVS TRIBBECHO, cum quo propter viri integritatem & eximiam doctrinam viuo coniunctisſime, tam tuae quondam in litterarum ſtudiis tractandis asſiduitatis, quam erga magiſtros, qui in Lyceo noſtro publice docent, reuerentiae probe memor, optime tibi cupit, & huius ſuae erga te voluntatis indicium Carmen, quod poſt meum legis, addere voluit.* In eadem Epiſtola laudat Noſtri parentem, IOANNEM WIGANDVM, Adorffenſis dioeceſis Paſtorem, & Viſitatorem per Praefecturam Iſenbergenſem, refertque, quod, *ſi verſio Bibliorũ B. Lutheri periiſſet, posſit ea ex ſola viri huius memoria reſtitui.*

IACOBVS WOLFIVS.

Celeberrimum hunc Athenaei Straleſundenſis

Rectorem, virum de re ſcholaſtica & litteraria optime meritum, in Cathariniano noſtro olim didiciſſe, certo cognoui ex litteris, quas pro humanitate ſua an. 1718. d. 24 Dec. ad me dedit. In his enim, inter alia, ſcripſit ſequentia: *Ich habe an. 1672 und 1673 das Lübeckiſche Gymnaſium frequentiret unter den Sel. Herren NOTTELMANN, Rect. POLZIO, Conrect. BRÜGGE, Subrect. Mein locus war in der erſten Banck an der Catheder, woſelbſt ich medius ſaß zwiſchen dem Seel. MASIO und KIENEN; deren jener am Däniſchen Hofe nachgehends Hoff-Prediger ward: dieſer wegen ſeiner Poëtiſchen Neben-Stunden bekannt geworden. Ich hatte das Glück ein liberales Hoſpitium zu erlangen bey ſel. Hrn. IOHANN OESERN, vornehmen Kauffmann in der Alff-Straſſe, in welchem auch 2 Jahr geſtanden. An. 1679 bin ich in Witſtock, meinem Patria, in der Marck Brandenburg belegen, zum Rectorat an der Schulen vociret worden, und habe daſelbſt von der Catheder dociret, zu deren ſubſelliis vormahls der berühmte Criticus, VALENS ACIDALIVS, mein Landes-Mann, geſeſſen.* Witſtochio vocatus eſt an. 1687 Straleſundiam Gymnaſiii Conrector, quo munere tam egregie per decennium eſt functus, vt litterarum apud Sundenſes Praeſides ei an. 1697 Rectoris munia, quae hodieque magna cum laude obit, deferre non dubitarint. Scripta elaborauit elegantia & docta, quae ſunt

I. Witſtochienſſ.

Drama Proſaico-Poëticum in cruentum Seruatoris Obitum. 1679. fol.

Hundert und Dreiſſig Sonnetten auff alle Sonn- und Feſt-Tägliche Evangelia. 1680. 8.

Γυναικοφονία & Filicidia Herodis Magni, Dramatice. 1680. 4.

II. Gry-

II. Gryphiswaldenſ.

Paradiſus Academicus, Graece editus fol.

III. Straleſundenſſ.

Apis Michaelio-Martiniana, aliquot Epigrammatum fortuita congerie, e veris Argutiarum fontibus, partim in vſum iuuentutis, partim in amicorum gratiam, inſomni vt plurimum nocte elucubrata. 1688. 12.

Diſſertatio de catholico rerum, quae ſub ſenſus cadunt, enaſcente tandem in homine faſtidio. Eccleſ. I.

Diſſertatio de Aureo Vellere, proluſoria in Proſopopoeiam Oratorio-Symbolicam de Praerogatiua ſeptem Artium Liberalium. 1689. fol.

Feuer und Schwerdt-Bühne der Durchleuchtigſten Pomeris älteſten Tochter Actinoporthmus, ſonſt Stralſundiſche Mnemoſyne genannt. 1692. 8. Alph. 2. Titulo huius libri lucem afferunt ſequentia verba, quae occurrunt pag. 25 ſq: „Stralſund „hat eine Gewohnheit, daſs es jährlich, am 24 „Julii, Tages vor Jacobi, ein extraordinaires „Danck-Feſt, mit Predigen in allen Tempeln „des Herrn, Muſique in der Kirchen und auff „dem Thurm, auch (nachdem es ſein Zuſtand „leidet) zweymahliger Löſung des groſſen „Geſchützes auff den Wällen, höchſt-feyer„lich begehet, und an demſelben vornehmlich „dem gütigen GOtt ſein unſterbliches Denck- „und Danck-Opffer abſtattet für die An. 1628 „unvermuthlich geſchehene Errettung von „der Wallenſteiniſchen grauſamen Belage„rung. Laudatur hic Liber a V. C. Chriſtoph. Pylio, in docto & multa ad hiſtoriam Pomeraniae lectu digna complexo Programmate Iubilaeo, quo *Fauſtinum Reducem* Pomeraniae optauit, p. 29 in nott.

Χρωματομαχία, ſiue Diſſertatio de Coloribus, eorumq́ʒ Principatu, cum digreſſione ad Quaeſtionem: Quis color veſtitui iuuenis ſcholaſtici ſit conuenientiſſimus? 1699. 4. Vid. Nov. Lit. Mar. Balth. h. a. p. 356.

Diſſertatio de Ὕπνῳ ἀύπνῳ, ſeu Somno inſomni & auſpicatiſſima Templo Hieroſolymitano Nocte Darii Hyſtaſpidis, Perſarum Monarchae, propoſitaque Quaeſtione: Quodnam ſit fortiſſimum validiſſimumque? ad III Eſr. III ſqq. 1703. 4.

Πρόσωπα Auguſtiſſimorum Sereniſſimorumq́ʒ Europae Capitum, in Theatro Eloquentiae repraeſentata. 1703. 4.

Roſtra Dominantis Europae e foro Eloquentiae Romanae recluſa. 1703. 8. Alph. 2.

Diſſertatio de diuerſa Wallorum & Anglorum Pronunciatione, cum Digreſſione ad Eloquentiam Oris & Corporis. 1704.

Programma, in quo de antiquis Romanorum Numiſmatibus, ex Bibliotheca Fulvii Vrſini & Antonii Auguſtini collatis, & Romae 1577 *editis diſſerit, atq́ʒ huius Numiſmatophylacii Fores & Atrium deſcribit.* 1704. 4. Vid. Nov. Lit. Mar. Balth. 1704. p. 15 ſq.

Diſſertatio de Ludi Schacchici Inuentoribus, eiusdemque applicatione ad Statum Reipublicae Romano-Germanicae. 1704. 4. Leg. Nov. Lit. M. B. an. cit. p. 46.

Programma de Polydoro Vergilio &c. 1704. 4. Vid. l. c. p. 205.

Diſputatio Phyſicò-Philologico-Theologica de Igne huius vniuerſi panolethrico. 1704. 4.

Diſputatio Politico-Hiſtorica de Machiavelliſtis & Monarchomachis; cuius occaſione ſimul B. Lutherus a Monarchomachias crimine & calumniis Guil. Barclaii vindicatur. 1706. fol.

Vier güldene Sterne im ſchwartzen Felde. 1706. fol. Ita in-

inſcripſit Parentationem in funere *Chriſtiani von Schwartzern*, Haereditarii in Alten-Pleen &c. S. R. M. Sueciae Conſiliarii in Iudicio Pomeraniae Aulico. Leg. Nov. Lit. M. Balth. 1706. p. 365.

Diſputatio Philologico-Theologico-Philoſophica de Camelo, ad infinitam abſolutamq; Dei potentiam proportionato, per foramen acus tranſeunte. 1706. 4.

Triumf der Keuſchheit, in einem Nachtgeſichte erblicket, und bey dem Grabmahl der Jungfr. Regina Sophia Sandern in einer Stand Rede gezeiget. 1707. fol.

Programmata Actibus Oratoriis duobus praemiſſa memorantur in Nov. Lit. cit. 1700. p. 136. 1701. p. 67 ſq.

Carmina varia recenſentur & laudantur l. c. 1698. p. 53. 200. 1700. p. 105. Conf. Pylius l. c. p. 38.

IV. Polemica.

Gründliche Ablehnung des ungegründeten Kätzermacherſchen Verdachts &c. contra M. *MATTHIAM KIENASTEN*, Paſt. zu St. Mar. in Straleſunde. Altonav. 1694. pl. 8.

Gründlicher Gegen-Bericht auff ein Scriptum ἀδέσποτον. Contra eund. Guſtrov. 1696. 4. pl. 7.

Gebührende Antwort auff eine Schmähſüchtige, doch conſiscirte, Erinnerung, nebſt beygefügten Academiſchen Reſponſis. Contra eund. Guſtrov. 1696. pl. 19. Diſputatum fuit inter Kienaſtium & Wolfium inprimis de ſuperlatiuo: *Sanctiſſimus*. Hunc Wolfius honeſtisſimae cuidam Matronae in Epicediis attribuerat; id quod in malam partem Kienaſtius interpretabatur. Wolfius vero ipſi opponebat exempla plus centum non ſolum ex antiquisſima & Auguſtea Latinitate, verum etiam Theologorum ὀρθοδοξοτάτων: quamob-

rem Concilii ſanctioris Dresdenſis aſſenſum impetrabat.

Diſceptatio ſuper genus TVRTVRIS per calumniam mota, & in Foro Sundano ſuſcepta contra M. GEORG. PAVL. WERNERVM, maeſtisſimarum Turturum calumniatorem. Gryphisw. 1708. 4. Wolfius, vocabulum *Turtur* ad Epicoena referens, in genere feminino vſurpauerat. Contradicentem inueniebat Wernerum, cuius tamen obiectionibus & calumniis abunde fecit ſatis, eundemque in publico iudicio vidit deprecantem.

V. Edenda.

Aetates Rectorum Scholae Sundanae a prima eius fundatione.

Otia Bibliothecaria Gymn. Sund.

Oratio Secularis, ſub ſacratisſimis auſpiciis Auguſtisſimi potentisſimiq; Regis ac Domini, Dn. FRIDERICI IV, Regis Daniae, Norvegiae &c. &c. per Pomeraniam Occidentalem t. t. rerum ſummam tenentis, Domini ſui clementisſimi; ex gratioſa Illuſtrisſimi Regiminis Danico-Regii diſpenſatione ad IV Nonar. Nov. An. MDCCXVII. Memoriae & Meritis D. Lutheri in Gymnaſio Sundano conſecrata a M. Iac. Wolfio, Gymn. Rect. & Seniore. Aetat. an. 64.

Sibboletbiſmus Scholaſticus, cum Digreſſione ad Paedantismum. Ad modum Diſſertat. delineatus.

NICOLAVS ZIMMERMANNVS.

Viro huic de Scholis Luneburgenſibus meritisſimo honorificum ſtatuit monumentum *Gregorius Blech*, Scholae, quae apud Luneburgenſes eſt, Michaëlitanae Conrector, publici iuris facta

Idea

Digitized by Google

Idea boni ac fidelis Praeceptoris, i. e. Oratione Funebri in gratam memoriam viri clariſſimi, Dn. NICOLAI ZIMMERMANNI, de Schola Luneburgenſi vtraq;, atq; communi adeo re literaria, optime meriti, publice recitata d. 15 Ian. 1662. In hac non ſolum omnia boni praeceptoris requiſita in Zimmermanno fuiſſe docet, verum etiam pag. 22 ſqq vitam eius recenſet. Natus autem eſt Zimmermannus Crempae in Holſatia an. 1601. d. 6. Dec. Didicit prima litterarum rudimenta in patria: *anno aetatis decimo ſeptimo,* Blechio teſte p. 23, *miſſus eſt ad Scholam Lubecenſem, celebrem tum Rectore in primis IOHANNE KIRCHMANNO, nactus ibidem, rebus ac rationibus id requirentibus, hoſpitem, cuius filios regeret ac formaret, ciuem honoratiorem, WILHELMVM a GOREN, in Senatorium poſtea ordinem cooptatum.* Inuiſit quoq; Hamburgum: Academica vero ſtudia Regiomonti, Roſtochii (vbi Magiſtri Philoſophiae honores conſecutus eſt) & Lipſiae tractauit. *Ingenium tam bene praeparatum*, inquit Blechius, l. c. p. 24 ſq, *& ad altiora pleno curſu contendens, dignum mox viſum eſt Patronis noſtrae tum Scholae laudatiſſimis, quod publicae admoueretur cathedrae. Ergo ſummo Procerum huius Coenobii ad S. Michaëlis conſenſu anno huius ſaeculi 34. d. 3 Iul. Subconrectoris partes illi ſunt demandatae. At quaſi tanti & tam properabundi honores illum nimis diu exſpectaſſent, ecce tibi! menſe vix vno alterove elapſo, vbi Georgius Havichius, Conrector noſtrae Scholae tum laudatiſſimus, mortalitatis exuuias deponit, eidem noſtro Zimmermanno anni eiusdem Octob. 24 d. Conrectoris munus committitur. Necdum terminauerat viri virtus hiſce gradibus felicitatem. Cum enim A. C. 1639 d. 26. Iun. vir de Schola hac & aliis*

Digitized by Google

aliis etiam optime meritus, Harderus Bulichius, Rector, ex hoc mortalitatis tabernaculo ad aeternitatis palatia commeaſſet, A. mox 40 d. Mart. 5 Zimmermanno faſces imperii ſcholaſtici ſummi, quos iam annum prope rexerat, deſeruntur. In quibus moderandis quanta pietate, fide, prudentia, virtute, & quanta omnium bonorum cum laude ſit verſatus, cum nemo fere ſit praeſentium, qui non aut ſciat ipſe, aut ex aliis fando audiuerit, cumq; bona horum pars iam in ſuperiori orationis parte ſit delibata, addere ego plura ſuperſedeo. Anno ſeculi 47. d. 7 Maii, poſtquam pl. rever. & clar. Dn. M. Caſparus Sagittarius, rude ſcholaſtica donatus, ad cathedram ecclesiaſticam vocaretur, ab Ampliſſ. Senatu huius vrbis directio Scholae Iohanneae Nicolao noſtro committitur. Hanc, quam nactus erat, ſpartam tanta fide, dexteritate ac vigilantia rexit & ornauit, quanta cadere in hominem potuit maxima. Vnde etiam mors eius, quae an. 1661. d. 28 Dec. contigit, magnum multis concitauit dolorem. *Scripta* eius nulla mihi innotuerunt. Neque Blechius ea commemorauit. Edidiſſe tamen eum aliqua, docent verba Blechii l. c. p. 16: *Illum virum ab omni eruditione inſtructum, in omni philoſophiae & philologiae parte minime vulgariter verſatum, in docendo & ſcribendo paucos fortasſis pares, ſuperiorem vix quenquam habuiſſe, etiam me tacente, inuido & Zoilo, quantum velit, ringente, loquentur ſatis multa — — Loquentur ingenii illius monumenta, tam publici iuris facta, quam priuata.* De Zimmermanno noſtro nonnulla etiam in viri celeberrimi meritisſimiq; D. Godofr. Ludouici Hiſtor. Rector., Gymnaſior. Scholarumque celebrior. P. I. pag. 44 annotata reperiuntur.

CONSVL-

✿ (o) ✿

CONSVLTATIO DE NOVA *HELMOLDI* ET *CONTINVATORVM* EDITIONE ADORNANDA

§. I. QUanta ſit Helmoldini Chronici vtilitas, vnicuique, rerum hiſtoricarum non plane rudi, haud ignotum eſſe arbitror. Commendat iſtud auctoris fides, ſummis viris probata, eruditio pro illorum temporum ratione neutiquam contemnenda, & induſtria maxima: commendat non rerum ſolum Slauicarum, i. e. Wagricarum, Mecklenburgenſium, Pomeranicarum, Luſaticarum &c. ſed Danicarum etiam, Holſaticarum & Saxonicarum notitia, quae in eo reperitur, atque exinde ab Alberto Stadenſi, Hermanno Kornero, Alberto Krantzio ac aliis hiſtoricis, ne verbulo quidem interdum mutato, eſt deſcripta. In Lubecenſi ſpeciatim hiſtoria vſum habet adeo eximium, vt peritiſſimus iudex, Iacobus a Melle, in Praef. Diſp. I de Hiſtor. Antiq. Lubecenſ. veriſſime *vnicum* vocarit *praeſidium, ad quod antiqua Lubecenſia rimanti, tanquam ad ſacram anchoram, confugiendum.*

§. II. Optime igitur de bono publico meriti ſunt Sigismundus Schorckelius, Reiner. Reineccius, Henr. Bangertus, Godofr. Guil. Leibnitius, editores Helmoldi meam laudem longisſime ſuperantes. At cum ſcriptores Rerum Brunſuicenſium Leibnitiani a paucis posſideantur; ex reliquis quoque editionibus Schorckeliana rarisſime occurrat, & non ſatis etiam ſit inſtructa: Reinecciana, aliquanto melior, aeque ac Bangertina, omnium optima, rariores etiam factae, de noua incomparabilis huius monumenti hiſtorici editione, illo, qui ſumtus ſuppeditabit, inſtigante, coepi cogitare.

§. III. Animus autem eſt, fundamenti loco ponere praeſtantisſimam editionem Bangertinam, quam integram reddam, ita, vt Bangerti Notae vel amplificentur, vel nouae pasſim iis adiiciantur. Multa enim loca Notis adhuc carent, quae illuſtrari tamen

omnino

omnino merentur. Vnicus etiam modo continuator, *Arnoldus* in noſtra quoque editione repetendus, hactenus cum Helmoldo eſt coniunctus: praeter illum vero, quem in Acceſſionibus Hiſtoricis dedit ſummus Leibnitius, non deſunt alia monumenta Hiſtorica inedita, ad Slavorum in primis Hiſtoriam ſpectantia, quae Helmoldo addi queunt. Exhibebo etiam Diſſertationes nonnullas Hiſtoricas, quas nouam editionem illuſtrare poſſe arbitror. Paucis: quicquid ad ſupplendum, explicandum, ornandum hoc opus ſpectat, ea, qua par eſt, fide & induſtria, ſi vitam & vires clementisſimum Numen concesſerit, exſequi ſtudebo.

§. IV. Illos vero eruditos, qui meum inſtitutum poterunt iuvare, decenter rogo, velint pro humanitate ſua mecum communicare ea, quae nouae Helmoldi editioni poſſunt inſeruire. Codices intelligo MStos nondum collatos, continuatores ineditos, documenta fide digna, ſingulares obſeruationes, & quicquid hiſtoriae & antiquitatibus, Helmoldi atque Continuatorum operibus comprehenſis, lucem poterit afferre. Laudabo eos, per quos licebit proficere, eorumque humanitatem praedicare nunquam deſinam. Inſtructus quidem, quod praefiscine dixerim, ad hunc laborem perficiendum ſum aliquot ſubſidiis: ſed gratisſimo tamen animo accipiam cuncta, quibus iſta poterunt augeri.

§. V. Tempus editionis conſtituere non permittit religio muneris, nulla hora, ſiue publica, ſiue priuata, ſine vrgente neceſſitate, defraudandi. Paucas enim ſubſeciuas, & recreando animo conſecratas horas impendere tantum poſſum huic & aliis laboribus, quos inter eſt Tractatus, quem molior, *de Epoptis Veterum*, cuius Sect. I ex Antiquitate profana. II. ex Scriptorib. Eccleſ. Epoptas deſcribet; Sectio autem III loca quaedam ſacri codicis illuſtrabit. Sed nihil definio. Maximam enim temporis partem ſibi vindicant muneris, religioſe obeundi, grauitas: negotia alia, quae ſaepe de improuiſo oboriuntur: ne quid de cura valetudinis dicam. Aliquantulum tamen temporis interdum ſupereſt, quod non ſine voluptate ſcriptis elaborandis poteſt impendi. Supremo rerum humanarum arbitro rem totam committo. Tibi vero etiam, Lector optime, de nota meliori commendo.

S. D. G.

Operarum errores ad calcem Part. IV ſimul annotabuntur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
MAG 2012237
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google